ANTONII SANCTARELLI

EX SOCIETATE IESV.

VARIARVM RESOLVTIONVM, ET CONSILIORVM.

Pars Prima.

Cum duplici Indice disputationum,& rerum refertissimo.

Ad Illustriss. & Excellentiss. Principem

D. BRACCHIANI DVCEM, &c.

ROMAE, Apud Ludouicum Grignanum. Anno Iubilei 1625.

SVPERIORVM PERMISSV.

Santarelli

Variae resolutiones

et consilia

I

MVTIVS VITELLESCVS
Societatis Iesu Præpositus Generalis.

CVm libros Variarum Resolutionum ac Consiliorum P. Antonij Sanctarelli nostræ Societatis aliquot eiusdem Societatis Theologi, quibus id cõmissum fuit, recognouerint, & in lucem edi posse probauerint, facultatem concedimus, vt typis mandentur, si ita Reuerendiss. D. Vicesgerenti, & Reuerendiss. P. Magisto Sacri Palatij videbitur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus. Romæ 10. Iunij 1625.

Mutius Vitellescus.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. Magistro sacri Palatij Apostolici.

A. Episc. Hieracen. Vicesg.

EX commissione Reuerendiss. P. Magistri Sacri Palatij Apostolici P. Nicolai Rodulfij legi perquam serio & diligenter partem primam Variarum Resolutionum & Consiliorum admodum R. P. Antonij Sanctarelli Societatis Iesu, in quo nihil reperi, quod sanctæ fidei, aut bonis moribus aduersetur. Quin potius opus mihi videtur exquisita industria factum, & eruditum, & res omnes illustratæ, & probatæ rationibus è media Theologia & vtroque iure depromptis vbi etiam auctor suam doctrinam clarissimorum virorum auctoritatibus & sententijs magno iudicio & egregie confirmat, quare iudico dignissimum, quod publicam lucem videat ad plurimorum fructum & vtilitatem. Romæ in ædibus Pœnitentiariorum S. Mariæ Maioris. 15. Augusti. 1625.

Ego F. Vincentius Candidus Ordinis S. Dominici Sacræ Theologiæ Magister.

Imprimatur.

Fr. Antoninus Phœbæus Magister, & Socius Reuerendiss. P. F. Nicolai Rodulfij Ordinis Prædicatorum Sacri & Apostolici Palatij Magistri.

ILL.MO ET EXCELL.MO PRINCIPI

D. DVCI BRACCHIANI

&c.

QVID hoc rei eſt, Princeps Excellentiſsime, vt ad VRSINAM Roſam tàm crebrò ſapientia diuertat? Si defenſam ſe cupit, non imbellem, non mitem florem, ac ſine vlla fraude vernantem, ſed vallatam ſenticetis, & ſpinis illa quærat armatum. Scilicet hoc habet Roſa veſtra præ cæteris, vt dum

placet odore, non sæuiat, vt libata non vulneret, sitque illi sola pro veprium satellitio suauitas, sola, quæ rapit omnes, pro defensore iucunditas. Adsum igitur & ipse vestri floris hospes innocenti captus illecebra, & quidquid hoc tandem est laborum meorum patrocinij planè certissimus istam ad Rosam defero. Neque verò temere, atque inconsultò ad Te, Princeps, aduolaui. Nempè istud ingenium prorsus volucre, quo tanquam venator industrius fugacissimæ veritatis antiquitatem perlustras omnem, totoque litterarum campo libenter excurris, vt citius ad Te confugerem, me quoque fecit alatum: Atque ista humanitas, quæ veteri VRSINÆ gentis exemplo Monumenta reliquorum sapientium cedro digna tam strenuè tuetur, lucubrationibus, etiam meis futura præsidio inuitauit ad se, vt vel hinc appareret, te Principem esse Quiritium ocellum, Italæ nobilitatis iubar, Cæsari, atque omnibus Christianis Regibus non amicitia modò, sed & sanguine coniunctissimum. Quid enim Principem magis sapiat, quàm alere liberaliter, ac fouere augusto in sinu rerum omnium Principem Sapientiam, haud equidem scio. Excipies ergò vultu, quo soles, humanissimo vulgare hoc obseruantiæ non vulgaris argumentum, pondus, ac pretium operis non ex ingenio metiens; sed ex Authoris obsequio, ac spinas hasce meas inter vestræ Rosæ delicias paulisper

diuer-

diuersari permittes. Ita fiet, vt hæ vicini floris velut syderis adspectu deponant asperitatem, sæuitiem exuant, miraculoq. longè pulcherrimo tenerescant in Rosas. Vale.

Romæ die 1. Nouemb. anno Iub. M. DC. XXV.

Illustrissimæ, & Excellentiss. Dominationis Tuæ

Humillimus seruus

Antonius Sanctarellus.

AD LECTOREM.

QVÆ non ſemel Conſultus à multis ſuper animi caſibus reſpondi, deſcripſiq. facturum me complures exiſtimarunt operæ pretium, ſi proferrem in lucem. Parui, atque in hac prima parte Quæſtiones aliquas congeſſi, cæteras, Deo benè iuuante, daturus in altera. Difficultatibus mihi propoſitis, quarum pleraſque in virorum Sapientium conſeſſu diſſolui, alias etiam, quæ tamquam affines, cognatæq. videbantur, addidi: Reſponſa, & conſilia redegi quæſtionum in formam, vt tibi placeant vtilius, & iucundius proſint. Rerum, de quibus hic ago, varietatem, caſuum varietas peperit. Interdum verò, quamquam id rarò accidit, nonnullis in quæſtionibus quædam repeto; quia ſic ferebat explicandi nodi neceſſitas. Demum illud te moneo. Si quid hoc in opere haud ingratum reperies, acceptum id refer Diuinæ Sapientiæ, cuius tantum gloriæ labores meos conſecratos volo.

INDEX

INDEX
QVAESTIONVM.

QVAE-

QVAE-

AN-

traxerit [illegible]
lem cum vxore sua, cum ipse
[illegible] exstirpare-
rit, se possit eo casu bapti-
zare, cum tamen ex [illegible]
lieribus vna [illegible]
baptismum [illegible], &
an tuta conscientia possit ab
vxore petere debitum, & an
hic casus sit occultus, ita vt
qui habet [illegible]
[illegible]
occulti, possit cum [illegible]
tio dispensare ad petendum
debitum. [illegible]

QVAEST. LXVII.

[illegible]

ANTONII SANCTARELLI
LIBER VARIARVM RESOLVTIONVM ET CONSILIORVM.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi, Parochi, & alij Rectores, quibus imposita est cura animarum, tenentur de iure diuino in suis Ecclesijs residere.*
2 *Supremi Præsules, & Antistites Ecclesiæ vocãtur Episcopi, id est Speculatores, vel Superintendentes.*
3 *Episcopi & alij, qui habent curam animarum, debent in suis Ecclesijs residere etiam de iure canonico.*
4 *Referuntur doctores, qui sentiunt Episcopos teneri residere solum de iure canonico, & non diuino.*
5 *Papa an possit dispensare in ijs, quæ sunt de iure diuino.*
6 *Papa vere & proprie dispensat in votis.*
7 *Episcopi an à Deo, vel à Papa recipiant potestatem suam.*
8 *Cum Papa sine iusta causa dispensat cum Episcopis ad non residendum, isti peccant, si non resideant.*
9 *Dispensatio sine iusta causa est dissipatio.*
10 *Cessante iusta causa ad dispensationem, cessat etiam dispensatio.*
11 *Clerici, qui curam animarum solum exteriorem habent, sunt obligati ad residentiam.*
12 *Primates, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & alij, qui non iure tituli, sed iure commendationis, vel administrationis perpetuæ habent Ecclesias, tenentur in eis residere.*
13 *Clerici, qui habent beneficia simplicia, tenentur de iure communi residere.*
14 *Habentes præstimonia excusantur à residentia.*

15 *Beneficia simplicia ex generali totius orbis consuetudine non requirunt residentiam.*

16 *Vbi est statutum vel consuetudo, vt clericus habens beneficium simplex resideat, tenetur residere.*

17 *An omnia beneficia simplicia in dubio præsumantur libera à personali residentia.*

QVÆSTIO I.

An Episcopi, Parochi, Curati, & alij beneficiarij teneantur residere de iure diuino.

1 DIco primo. Episcopi, Parochi, & alij Rectores, quibus imposita est cura animarum, tenentur de iure diuino in suis Ecclesijs residere: ita Caietanus 2.2. quæst. 185. art. 5. & in summa Verbo. Beneficium Ecclesiasticum. Driedo de libertate Ecclesiastica pag. 204. Bartholomæus à Caranza in tractatu de residentia. cap. 2. Gigas de residentia Episcoporum. in princ. nu. 2. & cap. 2. nu. 2. Lessius lib. 2. de iustit. c. 34. dub. 29. n. 153. Azor tomo 2. lib. 7. cap. 4. quæst. 1. Sotus de iustitia lib. 10. quæst. 3. art. 1. & in Apologia aduersus Catherinum de certitudine gratiæ in principio. quæ habetur in fine libri de natura & gratia eiusdē Soti. Couar. lib. 3. variar. c. 13. num. 9. Nauarr. in summa cap. 25. num. 121. Gonzalez in regul. octau. Cancellariæ glosa 24. num. 139. & glosa 41. num 8. & glosa 43. num. 163. Ferrettus conf. 32. n. 14. & seqq. Turrianus in tractatu de residentia. qui pagina 7. ait, contrariam opinionem esse alienam à scientia sacrarum scripturarum, & earum virtute. & in alio opusculo de commendatione Ecclesiarum vacantium pagina 1. refert Romæ in quadam congregatione habita omnes cōuenisse residentiam esse de iure diuino. Emanuel Sà verbo Residentia num. 1. Valentia tom. 3. disp 10. quæst. 3. puncto 5. vers. altera sententia. Comitolus lib. 1. responsor. moralium quæstione 59. num. 1. Aloysius Riccius in praxi fori Ecclesiastici resolutione 393. num. 5. Sanchez lib.

lib.8. de matrim. disp.6.nu.5. & lib. 4. Decalogi cap. 37. num. 15. Alphonsus Aluarez in speculo iuris Pontificij capite 9. vers. de residentia. Posseuinus de officio Curati cap. 1. num. 1. Salzedo ad Bernardum Diaz in practica cap. 54. littera A. in nouissim. Vargas de Episcop. iurisdictione axiomate 12. Bott. de synodo par.3. art.1. nu.150. Augustinus Barbosa de officio Episcopi par.3. allegatione 53. num.2. Garzia de beneficijs par.3.cap.2.num.16. Alphonsus à Castro de iusta hæretic. punitione lib.3. c.4. Cordub. in quæstion. lib. 1. quæst.19. Paulus Grisaldus in decision. catholicis, verbo. Episcopus. Azeuedo in l. 27. tit.3. lib.1. recopilatio. nu.8. Melchior Gallego in tract. de parachor. obligatione tempore pestis. prima par. disp.1. num.46. & seqq. Io. Ocon. in repetitio. cap. 1. de clericis non residentibus in 6. nu.39. Quintanaduennas Eccl. lib 4. num. 50. & 51. Cenedo in collectan. 30. ad Sextum num. 2. Zauallos quæst. 585. num. 1. & seq. Angles in floribus Theolog. quæstione de restitutio. facienda propter negligentiam Ecclesiasticorum difficultate 1. Viuald. in appendice Candelabri cap.9. num.6.& 7. Io. Baptista Corradus in respons. casuum conscientiæ quæst. 317. Zechus de casibus reseruatis casu 3. & in titulo de beneficiat.n.6. & de munere Episcopali cap. 5. num. 3. Vega in speculo c. 17. quæ opinio satis aperte habetur in Concilio Tridentino sess.23. cap.1. de reformatione, vbi dicitur. Cum præcepto diuino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oues suas agnoscere, pro his sacrificium afferre, verbique diuini prædicatione, sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exẽplo pascere, pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, & in cætera munia pastoralia incumbere, quæ omnia nequaquam ab ijs præstari, & impleri possunt, qui gregi suo non inuigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more deseruiunt. Sacrosancta Synodus eos admonet, & hortatur, vt diui-

norum præceptorum memores, factique forma gregis in iudicio, & veritate pascant, & regant. ita Conciliũ, quod aperte indicat, eos, qui curam habent animarum, teneri iure diuino ad personalem residentiam, vt etiam notat Lessius loco cit. Idem colligitur ex constitutione Pij Quarti incip. In suprema. edita Romæ septimo Kalend. Decemb. 1564. Estque 90. in ordine. vbi habetur. Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, & alios beneficiatos non residentes apud Ecclesias suas sacrosancta spiritualis matrimonij inter eos, suasq. Ecclesias solemniter contracti iura confundere in perditionem animarum suarum, & subditorum suorum, ac perniciosum exemplum, & scandalum plurimorum. Idem aperte etiam colligitur ex canone quodã Apostolorum, vbi dicitur pastores, qui in suo ouili non permanent, esse alienos à cõmunione in Christo, quem canonem refert Turrianus in dicto tractatu de residentia se in vetustissimo codice legisse. ex quo canone idem auctor, & Valentia loc. cit. colligunt residẽtiam Episcoporum, & curatorum esse de iure diuino. idem asserit S. Athanasius in epistola quadam ad omnes Episcopos ad suas diœceses proficiscentes, in qua habetur. Ne diu extra diœceses Episcopi contra diuina iura morentur, vt refert idẽ Turrianus pag. 30. In epistola ad Metropolitã Cretensium ait Athanasius perinde videri gregem esse absque pastore, vt cæcum duce carere apud Turrianum pag. 70. & in epistola ad Episcopum Apameæ non licet, inquit, tibi quauis de causa abesse teste Turriano pag. 76. & in epistola ad Episcopum Sardensium diuina iura, vel statuta, inquit, ne paulisper quidem sinunt impune quemquam pastorem à grege abesse. & in epistola ad omnes Episcopos, sacerdotes, & præpositos monachorum, Ne, inquit, absque magna necessitate, quæ aliter vitari non possit, procul à diœcesi moremur, scientes pastorem esse gregi, quod anima corpori apud Turrianum pag. 30. Aduersus Episcopos non residen-

ſidentes in ſuis Eccleſijs vehementer inuehitur S. Damaſcenus epiſt. 4. ad Epiſcopos Aphricanos, aſſeritque ob illorum abſentiam negligi curam Eccleſiæ, eiusq. ſtatum perturbari, animas negligi, oues perire, morbos creſcere, hæreſes & ſchiſmata naſci, Eccleſias deſtrui, ſacerdotes vitiari, & reliqua mala prouenire, non taliter Dominum Ieſum docuiſſe, nec Apoſtolos inſtituiſſe. Bartholomæus Miranda in tractatu de reſidentia cap. 9. contra Epiſcopos non reſidentes affert illa verba Ezechielis 34. lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat, occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis. & infra. diſperſæ ſunt oues eo, quod nō eſſet paſtor.

Hæc noſtra doctrina colligitur etiam ex Acto. 20. illis verbis. Attendite vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. item colligitur ex eo, quod ſupremi Præſules & Antiſtites Eccleſiæ vocantur Epiſcopi, id eſt Speculatores, cap. cleros. §. Epiſcopus 21. diſtinct. vel ſuperintendentes, c. qui Epiſcopatum 8. q. 1. vt notant etiam Hieron. Gigas tract. de reſidentia Epiſcoporum c. 1. num. 1. Gonzalez in regul. 8. Cancellariæ gloſa 42. nu. 18. Azor. tom. 2. lib. 3. c. 27. q. 1. Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunitate lib. 3. cap. 8. Aluarez in ſpeculo iuris Pontificij lib. 1. cap. 4. Durand. in rationali diuinorum lib. 2. cap. 11. num. 1. quare S. Ambroſius vocat Epiſcopos quaſi ſuperinſpectores de dignitate ſacerdotali cap. 6. quia debent ſuos ſubditos continuo aſpicere. & S. Auguſtinus vocat eos ſpeculatores lib. 1. de Ciuitate Dei c. 9. quia ſubditorum ſuorum mores & vitam debent ſpeculari. & in cap. Cum in cunctis in principio, de electione, legimus Epiſcopos eſſe poſitos ad aliorum cuſtodiam, & curam. debent præterea Epiſcopi ſuorū ſubditorum neceſſitatibus inſeruire iuxta illud 1. Corinth. 9. Cū eſſem liber ex omnibus, omnium me ſeruum feci. & 2. Corinth. 4. nos ſeruos veſtros propter illū id eſt Chri-

ſtum. debent animam ponere pro ouibus Io. 10. debent ſubditos arguere, obſecrare, increpare ad Titum 3. illisque præire exemplo & integritate vitæ iuxta illud Io. 10. ante eas vadit. quare prima Pet. 5. dicitur, vt Eccleſiæ paſtores ſint facti forma gregis ex animo. debent ſacramēta adminiſtrare, verbum diuinum annūciare, viſitare gregē ſuum, eique inuigilare. examinare, qui ſint idonei ad cōfeſſiones audiendas, altaria & templa benedicere, & cōſecrare, tollere peccata præſertim grauia, cognoſcere gregem ſuum iuxta illud Prouerb. 27. Cognoſce vultum pecoris tui, & greges tuos diligenter conſidera. alij legunt. Cognoſce animas gregis tui. & iuxta illud Eccleſiaſt. 7. Pecora tibi ſunt, attende illis, & vulgo dicitur. Oculus Domini impinguat equum. debent prætere a Epiſcopi pauperum, orphanorum, & viduarum peculiarem curam habere, quod infirmum eſt, conſolidare, vt dicit Dominus apud Ezechielem 34. & quod confractum eſt, alligare. hæc autem præſtare non poſſunt Epiſcopi, niſi perſonaliter reſideant, & cum Christus Dominus inſtituens Epiſcopos illis commēdauerit prædicta facere, eo ipſo eos obligauit ad reſidentiam in ſuis Eccleſijs. & qui aliter fecerint, reprehenduntur Ioānis decimo ſub nomine paſtorum, qui tanquam mercenarij proprios greges deſerunt.

Præterea quilibet iure diuino, & naturali tenetur rite præſtare officium, quod ſuſcepit, præſertim quando ob tale officium ſtipendium recipit, ſed Epiſcopus non poteſt rite & bene præſtare ſuum officium, niſi reſideat, vt patet ex dictis, ergo de iure diuino & etiam naturali tenetur reſidere. Item qui ſuſcipit aliquod officium, eo ipſo tacite ſe obligat ad id, ad quod tenetur ratione officij, ſed Epiſcopus tenetur ratione officij efficere actiones quaſdam, quas non poteſt efficere, niſi perſonaliter reſideat, ergo tenetur ad perſonalem reſidentiam.

Prædictæ rationes, ſicut probant Epiſcopos teneri de iure diuino reſidere, ita etiam probant de alijs beneficia-

rijs,

ijs, qui habent curam animarum annexam, nam Concilium Tridentinum in dicta sess.23. cap.1. de reformatione vniuersaliter dicit teneri diuino præcepto residere eos, quibus animarum cura commissa est. Præterea isti sunt pastores, ac proinde teneantur residere, cum non possint recte fungi proprio officio, nisi personaliter resideant. Item isti sunt veluti Gubernatores, & Præfecti gregis sibi commissi, ac Princeps non constitueret gubernatores Vrbium, & Præfectos oppidorum, quos putat frequenter abesse ab ijs locis sibi commissis, & solum eos gubernare per alios.

Dico secundo. Episcopi, & alij, qui habent curam animarum, debent in suis Ecclesijs residere iure canonico, vt patet ex cap. sicut vir 7.q.1. vbi etiam dicitur, Episcopum oportere opportune, & importune, atque sine intermissione Ecclesiam suam ducere, eamque prudenter regere, & amare, vt à vitijs se abstineat, & salutem consequi possit æternam. Idem constat ex cap. peruenit. eadem causa 7. quæst. 1. vbi dicitur. Peruenit ad nos Pimenium Episcopum in Ecclesia sua non residere. Idcirco hac tibi auctoritate præcipimus, vt illi interminari non desinas, quatenus hoc de cætero facere non præsumat, sed in Ecclesia sua sacerdotali more resideat. Quem si forte non emendari post tuam interminationem cognoueris, in monasterio eum deputare, & nobis curabis modis omnibus indicare, vt quid facere debeas, nostra iterum præceptione cognoscas. Idem patet ex capit. sciscitaris 7. quæstione 1. vbi dicitur, Episcopos in suis Ecclesijs teneri residere, cum tanquam arietes ducatum gregibus præbeant, & illorum sint pastores, & super eorum cautela debeant esse solliciti. & in cap. suggestum ibidem reprehenduntur Episcopi, qui assignatas illis plebes relinquunt, illosq. male facere, qui filios orphanos relinquunt. Idem constat ex c. Ad hæc. de præben. & ex c. Extirpandæ. eodem tit. vbi legimus, eum, qui parochialem habet Ecclesiam, nō per

vicarium, ſed per ſeipſum debere reſidere. In cap. quia nonnulli. de clericis non reſidentibus præcipitur, vt cum Eccleſia, vel Eccleſiaſticum miniſterium committitur, talis ad hoc perſona quæratur, quæ reſidere in loco, & curam eius per ſeipſam valeat exercere. Quod ſi aliter actum fuerit, & qui receperit; quod contra ſacros canones accepit, amittat, & qui dederit, largiendi poteſtate priuetur. in cap. licet, de electione in 6. præcipitur, vt qui ad Eccleſiæ parochialis regimen aſſumitur, in illa Eccleſia perſonaliter reſidere teneatur. In Conc. Trid. ſeſſione 6. cap. 1. de reformatione Epiſcopi & alij Curati monentur, vt ſuis gregibus vigilent, & miniſterium ſuum impleant, illud vero implere non poſſe ibi dicitur, ſi greges ſibi commiſſos mercenariorum more deſerant, atque ouium ſuarum, quarum ſanguis de eorum eſt manibus à ſupremo iudice requirendus, cuſtodiæ minime incumbant. eſſeque propriæ ſalutis immemores, terrenaque cæleſtibus ac diuinis humana præferre, qui, ouili derelicto, atque ouium ſibi commiſſarum cura neglecta, à ſuis Eccleſijs ſe abſentant. Idem etiam habetur in eodē Cōcilio ſeſſ. 23. cap. 1. de reformatione. Iuſtinianus Imperator in l. generaliter. §. eos tamen. C. de Epiſcopis & clericis voluit, vt illi tātum clerici & monachi immunitatis beneficio gauderent, qui permanerent in ſuis Eccleſijs, & Monaſterijs non vagantes, nec circa diuina myſteria deſides, additque rationem, quia propter hoc ipſum beneficium indulgemus, vt alijs omnibus derelictis Dei Omnipotētis miniſterijs inhæreant. & quamuis hæc lex nullius ſit valoris, cum Principes ſeculares de rebus & perſonis Eccleſiaſticis nihil diſponere poſſint, attamen ex ea colligitur, ſemper fuiſſe conſuetudinem in Eccleſia, vt ij, qui curam habent animarum, debeant permanere in ſuis Eccleſijs, & non ab illis abeſſe ſine graui cauſa.

4 Obijcies cum ijs, qui ſentiunt Epiſcopos teneri reſidere ſolum de iure Pontificio, ſeu canonico, & non di-

uino, & consequenter pos- Pontificem statuere, vt re- deant, vel non resideant, out voluerit, ita Albinci- us tract. de residentia. Tho- mas Campegius de residen- a Episcoporum. Catherinus odem tractatu, qui in epi- ola ad Cardinalem Io. Ma- am de Monte, quæ præfigi- ur prædicto opusculo, ait in Concilio Tridentino nō fuis- e permissum à Legatis Pon- ficijs, vt definiretur, an talis esidentia sit de iure diuino, um hæc decisio parum con- uceret ad reformationem, quæ tunc desiderabatur; & nter Patres Concilij non conueniebat, an residentia esset de iure diuino, & in cē- ura contra Bartholomæum Carranzam de Miranda in principio idem scribit nem- e Præsidentes in Concilio Tridentino prohibuisse, ne n controuersiam veniret. an Episcoporū residentia sit de ure diuino. Ioannis Vigesi- no Christus Dominus soli Petro dixit, Pasce oues meas, ergo solus Papa præcepto di- uino tenetur gregem fideliū pascere, & alij Episcopi & Curati solum ex præcepto Pontificis, in cuius potesta- te sit, vel eos cogere ad re- sidentiam, vel liberare. Respōdeo illa verba soli qui- dem Petro esse dicta, ex illis tamen colligi, teneri Episco- pos præcepto diuino reside- re, vt notant Turrianus in tract. de residentia pag. 17. Valentia tom. 3. disp. 10. q. 3. punct. 5. ad 3. Azor tom. 2. lib. 7. cap. 4. q. 1. & ante hos Am- bros. in pastoral. Augustin. lib. de pastoribus c. 13. Leo serm. 3. de die anniuersario assum- ptionis, nam Episcopi & Cu- rati sunt pastores, & tenen- tur pascere greges suos, & consequenter tenentur per- sonaliter residere. de mente vero Concilij, quidquid dicat Catherinus, satis constat ex his, quæ superius adnotaui- mus.

Obijcies secundo. In sa- cris literis non reperitur hoc præceptum de residentia, ergo tale præceptum non est diuinum, sed solum Pontifi- cium. Respondeo ex dictis constare, hoc præceptum ne- cessario & clare deduci ex sa- cris literis. nec enim est ne- cesse, vt omnia præcepta di- uina expresse in sacra Scrip- tu-

tura exprimãtur, & cum Episcopi sint pastores, & Prælati, vt habetur in scriptura, eo ipso ex hoc deducitur, de iure diuino teneri eos residere, nã sicut eo ipso, quod Princeps aliquem constituit Prætorẽ, Gubernatorẽ, Consulem, &c. censetur illũ obligare ad personaliter administrãda munera connexa illi officio, quod suscepit, ita pariter est dicendum in eo, qui Episcopus est creatus. cũ vero dicimus residentiã esse de iure diuino, nomine iuris diuini hoc loco intelligitur illud, quod licet expresse non habeatur in sacris literis, necessario tamen & euidenter ex illis colligitur, vt notant Sotus lib. 10. de iustit. q. 3. ar. 1. Azor. loc. cit.

5 Obijcies secundo. Papa nõ potest dispensare in ijs, quæ sunt de iure diuino, c. sũt quidam 25. q. 1. & cap. seq. & docent Glossa in c. non est de voto verb. auctoritate. & ibi Anton. n. 3. Card. in c. cũ ad monasteriũ. de statu monach. n. vlt. Paris. vol. 4. cõs. 68. n. 20. & 264. Magdalenus de numero testium 3. par. c. 3. n. 225. Durand. in 4. d. 33. q. 1. n. 15. Sotus in 4. d. 18. q. 1. a. 5. ad 1. & lib. 1. de iustit. q. 7. ar. 3. ad 3. Suarez de sacram. Euchar. disp. 43. sect. 4. vers. tertia sententia. Nauar. cons. 4. n. 16. de dispensatio. impub. Valẽtia 1. 2. disp. 7. q. 4. pun. 6. vers. & quod & q. 8. punc. 4. & 2. 2. disp. 10. q. 3. punc. 5. Barbosa in rubr. ff. solut. matrim. 2. part. n. 104. Almain. de potest. Eccles. cap. 13. Driedo li. 2. de libertate Christiana c. 4. Couar. in 4. decretal. 2. par. c. 6. §. 9. n. 4. Syl. verbo Papa q. 16. & 17. Turrecr. in summa de Ecclesia lib. 3. c. 54. & in c. coniunctiones 35. q. 3. nu. 3. at dispensat in residentia Episcoporũ, ergo præceptum de residentia non est diuinum. Respondeo 1. multos sentire posse interdũ Pontificẽ in iure naturali & diuino dispensare, tollendo vere eius obligationem in casu aliquo speciali iusta de causa. ita Canus relect. de pœnitentia par. 5. agens de præcepto cõfessionis nõ longe à fine. Angel. verb. Papa. n. 1. Nauar. cõs. 2. n. 8. qui filij sint legit. Fortunius in l. Gallus §. & quid si tãtum. ff. de liber. & posth. n. 310 Felin. in c. final. de Maiorit. & obed. n. 7. & 8. Abb. in c. A nobis. de decimis nu. 4. & in cap. pro-

proposuit, de concession. præbend. n. 20. Beroius in c. super. de vsuris. n. 2. Gozadin. cons. 51. n. 43. Sigismundus cōs. 50. n. 37. & seqq. Grat. vol. 2. cōs. 1. n. 29. & seqq. Dec. vol. 1. cōs. 112. n. 3. Borgasius de irregulari. 6. par. tit. de sponsal. n. 5. & par. 7. tit. vlt. n. 20. Rojas in epitome successsion. c. 23. n. 71. Minchac. lib. 1. quæstio. illu-
6 striū c. 25. n. 18. & seqq. Deinde Papa vere & proprie dispensat in votis ex D. Th. in 4. d. 39. q. 1. ar. 4. quæstiunc. 1. in corpore. Soto lib. 1. de iustit. q. 7. ar. 3. col. 4. vers. ex quo fit. Vasquez 1. 2. disp. 178. n. 10. & seqq. Lessio lib. 2. de iustit. cap. 40. dub. 12. n. 98. Toleto lib. 4. cap. 18. n. penult. Valent. 2. 2. disp. 6. q. 6. pūcto 7. col. 2. vers. respondeo. Suarez tom. 4. de religione in tractatu de voto lib. 6. cap. 9. n. 6. & seqq. Hēric. lib. 8. c. 13. n. 2. in glos. lit. R. Azor tom. 1. lib. 6. cap. 1. q. 4. & lib. 11. cap. 18. q. 5. Sayr. in claui Regia lib. 6. cap. 11. num. 9. Angles in floribus 2. par. quæst. vnica de voto art. 8. difficult. 1. conclus. 1. Hostiens. in summ. tit. de voto num. 16. & tamen vota sunt de iure naturali & diuino.

Item celebrare sub vtraque specie est de iure diuino, & tamen Papa potest dispensare, vt sub vna specie celebretur in remotis prouincijs, vbi nulla esset vini copia, vt multi volunt. vt potest etiam dispensare in matrimonio rato, in ministro sacramenti cōfirmationis, & in iuramento. & tamen hæc omnia sunt iuris diuini. Præterea si dicamus Papam nō posse dispensare in ijs, quæ sunt de iure diuino, respondemus Pontificem non dispensare propriè in ijs, ita vt tollat vinculum, quo is, qui petit dispensationem, tenetur obstrictus, dicitur tamen dispēsare, quādo est iusta & legitima causa, quatenus declarat, illud vinculum cessare ob rationabilem causam, quæ superuenit, & Episcopos non teneri in aliquibus casibus residere, & Dei voluntatem esse, vt tunc non cogantur ad residentiam, & nō obstringi præcepto diuino de residentia, & quando Pontifex id facit, Deus talem declarationem ita approbat, vt ab obligatione præcepti diuini hominem ipso facto liberet. quare

re Papa non dispensat vt agens principale, sed vt agens instrumentale, seu ministeriale, quatenus ex officio & cum auctoritate declarat esse iustas causas, ob quas Deus relaxat obligationem, & ita Deus tunc vt agens principale tollit illam obligationem.

Obijcies tertio. Possunt Episcopi idoneos ministros habere in suis Ecclesijs, & illorum opera interdum poterit esse magis vtilis subditis, quam opera ipsius Episcopi; ergo satisfaciũt præcepto naturali & diuino Episcopi, si per alios gregem sibi commissum regant. Respondeo Episcopos teneri per se gregem suum pascere, nam Episcopi sunt pastores, qui non possunt recte præstare officiũ suum, nisi personaliter resideant. deinde contra rectam rationem est, vt aliquis officium cum fructibus habeat, & alius onera sustineat. Quod vero interdum bonum fidelium melius regatur per substitutos, est per accidens, & perraro.

7 Obijcies quarto. Episcopi non à Deo immediate, sed à Papa recipiunt potestatem suam, ergo præceptum, quo tenentur residere in suis Ecclesijs, accipiunt immediate à Papa; nam sicut Papa est is, qui dat potestatem, ita etiam est is, qui debet præcipere, vt talis potestas executioni mandetur. Respondeo Deum esse, qui tanquam causa principalis confert potestatem Episcopalem, vt docet S. Ambrosius in suo pastorali scribens aduersus eos, qui pecunia conferunt ordines, ibi enim ait, Deum per hominem conferre gratiam Episcopalem, sic etiam S. Leo in sermone de assumptione sua, vbi ait. Dignatio cælestis gratiæ gignit antistitem. & probant Valentia tom. 3. disp. 10. q. 3. puncto 5. ad 4. Turrianus tractatu de residentia pag. 7. Sotus lib. 10. de iustit. q. 2. art. 4. & patet ex cap. 4. ad Ephes. ex Acto. 20. vt etiam aperte significãt ij, qui scribunt Episcopos iure diuino esse institutos, vt Maior. in 4. d. 17. q. 7. concl. 1. & d. 24. q. 3. concl. 2. Valentia tom. 4. disp. 7. q. 10. puncto 2. Azor. tom. 2. lib. 3. cap. 30. q. 13. Bellarmin. tom. 1. de controuersijs controu. 3.

ge-

generali lib. 4. de Romano Pontifice cap. 25. Henriq. in summ. lib. 6. cap. 5. §. 5. Suarez tom. 4. de pœnit. par. 2. disp. 25. sect. 1. nu. 7. & seqq. Barbat. tractatu de præstant. Cardinal. quæst. 1. Camill. Borrell. in summa omnium decisio. tit. 6. nu. 1. & seqq. Gigas de pensionib. quæst. 2. num. 3. Couarr. in regula. Possessor 2. par. §. 9. num. 6. & seq. Papa vero confert potestatem Episcopalem instrumentaliter, & ministerialiter, quatenus à Deo recipit potestatem assignandi in Ecclesia pastores, qui à Deo tanquam à causa principali potestatem principalem essent recepturi. Et quidem quod principaliter Episcopus recipiat potestatem à Deo, patet ex oratione, quæ recitatur, dum Episcopus consecratur, nam rogatur Deus, vt qui ad Episcopalem dignitatem promouetur, sit fidelis & prudens, quem ipse Deus super familiam suam constituat. Quare sicut Episcopus principaliter à Deo recipit potestatem Episcopalem, ita etiam principaliter à Deo recipit præceptum, quo obstringitur ad residendum in Ecclesia sibi commissa.

Obijcies quinto. Papa solus est, qui præficit Episcopum Ecclesijs, ergo etiam ipse solus præcipit, vt Episcopus resideat in ea Ecclesia, quam illi assignauit. Respondeo negando cõsequentiam. Nam eo ipso, quod Episcopo impositum est pascere aliquem gregem in particulari, de iure diuino tenetur illi assistere, & per fideles sibi commissos pascere sacramẽtis, verbis, exemplo vitæ, & voluntatem diuinam illis annunciare.

Obijcies sexto. Episcopi solent per alios conferre ordines, concionari, confessarios examinare, ergo etiam omnes alios actus poterunt per substitutos exercere. Respondeo. Episcopum, cum sit pastor, teneri per se gregem suum pascere, posse tamen licite interdum per alios exercere aliquos actus, quod si posset prædicta omnia facere per alios, tunc poterit abesse, cum vero raro suppetat iusta causa hæc præstãdi per alios, non satisfacit præcepto diuino, si per se

actus

actus huiusmodi non efficiat, immo Concilium Tridentinũ sess. 23. cap. 1. de reformat. aperte tradit munia pastoralia omnia impleri non posse ab ijs, qui mercenariorum more gregem suum deserunt. quod idem habetur session. 6. cap. 1. de reformat. vt supra dictum est.

Obijcies septimo. Multi sancti Episcopi absfuerunt à suis Ecclesijs, vt etiam patet de Timotheo, qui ab Ephe-so, & Corinthio non semel Romam venit, & ab Vrbe se contulit Hierusalem, ergo residentia non est de iure diuino. Respondeo, posse Episcopos abesse etiam ad longum tempus ob magnam Ecclesiæ vtilitatem. De Timotheo scribit Turrianus dicto tractatu de residentia pagina 33. & 36. & 43. paucis mensibus absfuisse à sua Ecclesia, sed quamuis ad plures menses abesset, eius tamen absentia erat valde vtilis, & necessaria vniuersali Ecclesiæ.

8 Dico tertio. Cum Pontifex sine iusta causa dispensat cum Episcopis ad non residendum, isti peccant, si non resideant. ita Valentia tom. 3. disp. 10. quæst. 3. puncto 5. vers. Et hactenus. Azor. tom. 2. lib. 7. cap. 4. q. 1. ad finem, & cap. 5. quæst. 6. Sotus de iustit. lib. 10. quæst. 3. art. 4. Turrianus de commendatio. Ecclesiar. vacant. pagina 1. & pag. 37. vbi ait. vt nulla cadit dispensatio in furtum, & fornicationem, & alia huiusmodi, sic nulla cadere potest dispensatio in residentiã pastorum extra propriam Ecclesiam, nam dispensatio in ijs, quæ sunt de iure diuino sine iusta causa, non est vali-

9 da. Quare Sylu. verbo residentia q. 2. ait dispensationem sine iusta causa esse dissipationem Ecclesiæ, vt etiã asserunt Curtius senior cons. 19. num. 6. Socin. iun. vol. 2. cons. 120. nu. 28. Paulus Castrens. cons. 117. & cons. 219. Imola in cap. vnic. de ætate, & qualit. in glosa finali. Puteus lib. 2. decis. 3. Armilla verbo dispensatio. numero 13. Sylu. verbo dispensatio. num. 2. Aluarus Pelagius de planctu Ecclesiæ lib. 2. cap. 15. Mascardus volum. 1. conclus. 345. num. 14. Cordub. lib. 4. quæstionarij quæst. 9. Couarr. de sponsalib. part. 2. cap. 6. §. 9.

§.9. num.7. Eman. Suar. lib. recept. sentent. verbo dispensatio. Victor. relectio. de potestate Papæ num. 7. Hippol. de Marsil. singular. 230. Sotus lib. 1. de iustit. q. 7. art. 3. vers. postremum ergo dubiũ. & lib. 3. q. 6. ar. 3. vers. Itaque & Papa. vbi ait Papam sine legitima causa dispensantem grauiter delinquere, & eius delictum non liberare ambiẽtem, obtinentem, & retinentem à culpa. & infra. ait forte ille, cum quo dispensatum est. Papa dispensauit, ipse sibi viderit, egò immunis sum. Hic tamen cauillus securos multos reddit. tutum vero neminem, quia Papa non est Dominus, sed dispensator, ideo qui iniquam dispensationem petit, iniquitatis causa est, & qui ea vtitur, eadem semper irretitur iniquitate; sic etiam Summa Confessor. lib. 1. tit. 8. q. 81. Hoied. de incompatibil. benefic. part. 2. c. 12. num. 39. Io. de Lignano tract. de pluralit. benefic. nu. 27. & 28. S. Bernardus lib. 2. cap. 6. de considerat. ad Eugenium, vbi ait Pontificem Summum, qui spiritualis est, omnes iudicans, & à nemine iudicatur, debere non sua voluntate pro lege vti, sed Christum præ omnibus imitari, qui non suam, sed Patris voluntatem venit facere, vt omnia non pro sua vtilitate, sed pro communi commodo dispenset, alias vt dissipator cẽsendus est. & constat etiam ex cap. ex tenore. de tempor. ordinat. cap. innotuit. de electiõn. cap. diuersis fallacijs. de Cleric. coniugat. cap. ve-
10 niens. de filijs presbyt. ita vero requiritur iusta causa ad dispensationem, vt ea cessãte, cesset etiam dispensatio. l. adigere. §. quamuis. de iure patr. & c. cum cessante. de appellatio. c. Cænomensem 56. dicto cap. Monachus 67. d. c. vlt. in fine 77. dist. cap. quod pro necessitate 1. quæst. 1. c. eos 1. q. 5. c. quod pro remedio. cap. exigunt 1. q. 7. cap. ordinationes. vers. quamuis autem 9. q. 1. cap. quod pro remedio. 1. q. 7. cap. quia circa. de consanguinit. & affinit. & docent Archidiac. in cap. 1. dist. 5. non longe à princip. & ibi Domini. col. 1. vers. quæro an iustæ cõstitutio. Cardinal. Alexandr. in dicto cap. quia circa. notab. 4. Archidiac. in cap.

cap. Neophytus. in fine 61. d. Bald. in rubr. de consuet. col. vlt. ver. cessante causa. & in cap. penult. ad finem de electio. Ergo quando cum Episcopis sine iusta causa dispensatur ad non residendum, isti non sunt tuti in conscientia.

11 Dico quarto. Clerici, qui curam animarum solum exteriorem habent, tenentur etiam residere iure naturali, huiusmodi sunt, qui possunt visitare, corrigere, excommunicare, suspendere, & interdicere, & talis cura dicitur cura iurisdictionis, non tamen tenentur administrare Sacraméta. De huiusmodi clericis fit mentio in cap. Dudum 2. de electione. de illis tamen non loquitur Concilium Tridentinum, nec sess. 6. cap. 1. de reformat. nec sess. 23. cap. itẽ 1. de reformat. nam loquitur Concilium de ijs, qui tenentur administrare sacramenta, annunciare verbum diuinum, & alia huiusmodi, ad quæ nó obligantur clerici, qui solum habent curam iurisdictionis. deinde dicta sess. 23. cap. 1. Concilium diuersam pœnam imponit beneficiarijs habentibus curam animarũ ab eo, quam imponit sess. 24. cap. 12. de reformat. Archidiaconis, & alijs dignitatibus habentibus iurisdictionem. Comprehenduntur tamen isti in constitutione Pij Quarti allegata supra dicto 1. num. 1. incip. In suprema.

12 Dico quinto. Primates, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & alij, qui non iure tituli, sed iure commendationis, vel administrationis perpetuæ habent Ecclesias, tenentur in eis residere ex dicta constitutione Pij Quarti, & sub virtute sanctæ obedientiæ illis præcipitur, vt resideant, alioqui incurrant pœnas statutas à Concilio Tridentino contra non residentes, & vt priuentur regimine & administratione suarũ Ecclesiarum. Notat Gomez in regula de infirmis resignan. q. 13. & in regula de triennali possessore q. 5. commẽdationes Ecclesiarum hoc tempore habere locum tituli, cum sint perpetuæ, olim vero commendatarij cum essent ad tẽpus, non cogebantur residere.

13 Dico sexto. Clerici, qui habent beneficia simplicia

cia tenentur de iure communi residere, vt affirmant Glossa in Extrauagant. Execrabilis. de præbendis. verſ. quantum. verbo Eccleſiaſtica. & in cap. quia nonnulli. cap.cõquærente. cap.Relatum. de clericis non resident. Nauar. in summ.cap.25.num.121.Lælius Zechus de munere Episcopali cap.5.num.3. Selua de beneficijs par.4. q. 1. Hoieda de incompatibilit. benefic. c. 17. num. 24. Petr. Gregor.de benefic. cap.7. Zerola in praxi Episcop. parte 1. verb. Priuatio. §. 4. tertio dicto principali. Albertus Sbrotius de vero & perfecto clerico lib.2. cap. 44. Parisius de resignat. benefic. lib.1. q.10. num.3. & 66. & lib. 5. q. 5. num. 1. Rebuffus in praxi tit. de dispensat. de non residendo num.7. Ioan. Nicol. Gimon in Enchiridio benefic. tit.3. cap.1.nu. 10.& seqq. Bened.Capra reg. 90. num.108.Valentia tom.3. disp.10. quæst.3. punc.5.verſ. secundo sequitur. Azor.tom. 2. lib.7. cap. 3. q. 1. verſ. sed dubitatur, qui dicit esse communem sententiam. Gigas de pension. q. 3. & colligitur ex c.vltimo. cap. conquærente. cap. quia nonnulli. de Cleric. non resident. cap. vlt. de rescriptis in 6. vbi dicitur beneficiũ propter officium dari. cap. super inordinata. de præbendis, vbi legimus pueros non esse aptos ad beneficia, quia illis inseruire non possunt. cap. sanctorum. dist. 70.cap.Clericos. dist.71.cap. Eleutherius. dist. 91. cap. 1. 21. q. 1. Excipiuntur tamen
14 præstimonia, seu portiones præstimoniales, quas qui habent tenentur solum recitare officium diuinum,& cum hoc onere duntaxat ab initio fuerunt institutæ. ita Azor tom. 1. lib. 18. cap. 4. in fine, vbi ait. in Hispania videmus esse beneficia, quæ præstimonia vocantur, quæ nec exigunt, vt clerici in Ecclesijs assidue commorentur, nec vt absentes aliquem in sui locum substituant, qui seruiat Ecclesiæ. Nauarr. de orat. Miscellan. 44. num. 1. vbi ait accipiens præstimonium sine animo inseruiendi Ecclesiæ in alijs, quam recitandis horis canonicis, non peccat, cum ad nil aliud, quam ad dicendas eas obligetur de præcepto. Sic etiam Puteus lib.3.

decisio. 371. Angles in floribus in quæstione de restitutione facienda propter negligentiam Ecclesiasticorum difficult. 1. dubio 1. quāuis præstimoniales portiones requirere de iure communi residentiam putent Menoch. de arbitrar. lib. 2. Centu. 3. cap. 102. num. 55. Hojeda loc. cit. Azor. tom. 2. lib. 7. cap. 3. q. 1. versic. quærat aliquis. vbi ait. Meo iudicio præstimoniales portiones eo ipso, quod sunt beneficia Ecclesiastica, habent iure communi huiusmodi onus annexum residendi.

15 Dico sexto. Beneficia simplicia ex generali totius orbis consuetudine non requirunt residentiam. ita Glosa in cap. cum omnes. de constitut. & in cap. dudum 2. de electio. Io. Selua de benefic. par. 4. q. 1. Nauarr. in summ. c. 25. num. 121. Gonzalez in regul. 8. Cancellar. glosa 5. num. 80. & glosa 15. num. 26. Imola in cap. final. num. 9. de clericis non residentibus. & ibi Abbas num. 3. Mandos. in regul. prima Cancellariæ q. 13. nu. 7. & 8. in secunda editione, & de signatura gratiæ titulo de dispensatione de non residendo. vers. beneficia omnia. & de Monitorijs q. 39. & ad Lapum allegatio. 117. lit. D. Azor. tom. 2. lib. 7. cap. 3. q. 1. vers. quærat aliquis. Rota decis. 483. num. 2. par. 1. diuersor. Garzia de benefic. par. 3. cap. 2. num. 3. Lælius Zechus de munere Episcopali cap. 5. num. 2. & de Republica Ecclesiastica in titulo de beneficiatis num. 6. Ferrett. cons. 112. num. 1. Io. Ocon in repetit. cap. 1. de clericis non residentibus in 6. nu. 52. Sbrotius de vero & perfecto clerico lib. 2. cap. 44. num. 2. Rebuff. in praxi tit. de dispens. de non residen. num. 8. Hoieda de incomp. benefic. cap. 17. num. 25. Parisius de resignat. benefic. lib. 1. quæst. 10. num. 67. Alexand. lib. 7. consil. 1. num. 2. Felinus in cap. Dilectus 2. de rescript. num. 1. Barbosa de officio Episcopi par. 3. allegatio 53. num. 179. Armendariz in addition. ad recopil. legum Nauarræ lib. 2. tit. 23. de residentia. Rubrica. An canonici vel alij habentes dignitatem teneantur residere in suis Ecclesijs nu. 202.

202. & 205. & ita sæpe fuit resolutum in Rota teste Garzia. part. 3. cap. 2. num. 4. & seqq. & num. 9. ait sic fuisse decisum à sacra Congregatione asserente Episcopum non posse cogere obtinentes beneficia simplicia aliquod personale seruitium suis beneficijs impendere, cum ex antiquissima totius Ecclesiæ consuetudine non nisi ad officium recitandum teneantur: nec item fuit mens Pij V. in Bulla de residentia edita 8. Iulij 1569. incip. Cupientes cogere habentes benefi-cia simplicia in eis residere.

16 Quod si alicubi fuerit statutum aliquod particulare, vel consuetudo, vt in illo clericus habēs beneficium simplex resideat, tenetur tunc residere. vt notant Innocent. in cap. vlt. de clericis non resident. in princip. versic. sed tamen. & ibi Cardinalis num. 1. Abbas num. 3. Garzia de benefic. par. 3. cap. 2. nu. 111. Felinus in cap. Dilectus 2. de rescriptis. num. 1. Graffius lib. 2. decision. cap. 59. Zerola in praxi Episcopali part. 1. verbo. Beneficium. §. 7. & verbo. Priuatio. §. 4. Tertio dicto

17 principali dubio 1. Hic nota, omnia beneficia simplicia in dubio ratione vniuersalis consuetudinis præsumi libera à personali residētiā, si excipias dignitates, canonicatus, & portiones in Ecclesijs cathedralibus, & collegiatis existentes. ita Imola in cap. finali de clericis non residentib. num. 9. Felinus in dicto cap. Dilectus 2. num. 1. de rescriptis. Rebuffus in praxi tit. de dispensatione de non residendo. num. 8. Ferrettus consil. 112. num. 1.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales, qui sunt Episcopi, non excusantur à residentia eo ipso, quod sunt Cardinales, & assistunt summo Pontifici.*

2 *Ex non residentia Episcoporum in proprijs Ecclesijs oriuntur grauia incommoda.*

3 *Residentes in Curia Romana non censentur residere in proprijs Ecclesijs.*

4 *De quolibet præsumi debet, quod sit bonus & non malus.*

5 *An Cardinalatus sit incompatibilis cum Episcopatu.*

6 *Cardinales de iure communi tenentur residere in curia apud Romanum Pontificem.*

7 *Cardinalium officium est Romano Pontifici assistere, illique opem ferre consilio, & alijs modis.*

8 *Cardinales sine expressa licentia Papæ à curia Romana discedere non possunt Cardinales appellantur fratres Papæ, & dicuntur facere vnum corpus cum Papa sicut consiliarij dicuntur pars corporis Principis. Dicuntur etiam esse latus Papæ. Soli Cardinales dici possunt Legati de latere. & quare sic dicantur. Dicuntur etiam pars corporis Papæ, filij Romanæ Ecclesiæ primi gradus, & filii Papæ.*

9 *Cardinalis non residens in curia potest priuari Cardinalem.*

10 *Cardinales vna cum Sūmo Pontifice totam gubernant Ecclesiam. vniuersalis Ecclesiæ capita vocantur. Papa sine Cardinalium consilio ardua negocia tractare non solent.*

11 *Cardinalatus est incompatibilis cum Episcopatu.*

12 *Quando constitutio est fauorabilis, sub nomine dignitatis comprehenduntur etiam Cardinales, & Episcopi.*

13 *In materia fauorabili Cardinales veniunt appellatione clericorum.*

14 *Aliqui scribunt Cardinales Episcopos commorantes Romæ haberi pro residentibus in Episcopatibus, & facere fructus suos.*

15 *Cum Papa aliquid facit, vel concedit, præsumitur, quod id faciat iustis & legitimis de causis.*

16 *De omnibus præsumendum est, quod sint tales, quales debent esse de iure, & quod non velint id, quod leges prohibent.*

17 *Cardinales sunt membra, & pars corporis Papæ. Cardinesorbis. Patres spirituales. Columnæ Ecclesiæ. Senatores Ecclesiæ. Principes. Lucernæ ardentes. Lumina Ecclesiæ. Reges. Diui. Maximi. alios dignitate præcedentes, si Papa excludatur.*

18 *Personæ, quæ supereminentem habent qualitatem, nisi specialiter nominentur, non comprehenduntur sub generali constitutione.*

19 *Lex generaliter loquens non comprehendit casus specialiter priuilegiatos.*

20 *Quando ponitur in constitutione clausula cuiuscunque status, præeminentiæ, gradus, vel dignitatis existant, tunc sub illa constitutione includuntur Cardinales, alias non.*

21 *Dictio Quicumque, cum sit vniuersalis, omnia includit, & nihil excludit.*

22 *Cardinales non comprehenduntur sub generali constitutione; præsertim si fuerit pœnalis, & odiosa.*

23 *Cardinales non comprehenduntur sub censuris, quæ imponuntur transgressoribus Ponti-*

ti-

tificialium constitutionum, nisi de illis fiat expressa mẽtio.

24 *Papa iuxta aliquos doctores cum Cardinalibus ob eorum summam dignitatem dispensat, vt possint obtinere plura beneficia etiam incompatibilia.*

25 *Cardinales Episcopi secundũ aliquos excusantur à residentia.*

26 *Cardinales assistentes Pontifici sunt eidem cæteris chariores.*

27 *Dispositio loquens de simplici nõ trahitur ad personas habentes in se mixturam qualitatum. nec habet locum in mixto in materia pœnali & odiosa.*

28 *Sub lege, qua aliquid prohibetur, an comprehendantur Cardinales.*

29 *Quando aliquid per legem statuitur ad tollendas fraudes, sub illa lege comprehenduntur Cardinales.*

30 *Quando lex fertur ob salutem animæ, comprehendit etiam Cardinales.*

31 *Cardinales obstringuntur legibus Cancellariæ.*

32 *Augusta, quæ gaudet priuilegijs, quæ habet princeps. sub generali vinculo legum comprehenditur.*

33 *Imperatores, Reges, & alij Principes suis legibus obligantur.*

34 *Quando casus legis est expressus, non est de illo controuersia facienda.*

35 *Canonicus potest ab Ecclesia abesse, vt seruiat suo Episcopo, & percipere fructus sui canonicatus.*

QVÆSTIO II.

An Illustrissimi Cardinales, qui sunt Episcopi, excusentur à residentia eo ipso, quod sunt Cardinales, & assistunt Summo Pontifici.

1 DIco primo. Multi dicunt non excusari, ita Sotus lib. 10. de iustit. q. 3. pũct. 5. vers. per hæc vtique. & in quæstione quadam, quam fecit de pluritate benef. vbi ait. lege prohiberi, ne Cardinales, qui Romæ resident, Episcopi fiant. Caiet. 2. 2. q. 185. ar. 5. Turrian. tract. de residẽt. pag. 45. Valentia tom. 3. disp. 10. q. 3. punc. 5. col. 3. vers. sed quæret aliquis. Gonzal. in reg. 8. Cancell. glosa 24. nu. 138. Azor. to. 2. lib. 7. c. 4. q. 7. & c. 6. q. 1. Emanuel Sà verbo residentia n. 1. & colligunt ex c. bonæ memoriæ Guil. de postulat. Prælat. & ex Cõc. Trident. sess. 23. c. 1. de reform. vbi dicitur Cardinales præ-

cepto diuino teneri ad resi-dētiā,& probant ijsdē rationibus,quibus probatur esse de iure diuino,vt ij,quibus incū-bit cura animarū, resideāt in suis Ecclesijs. quia scilicet præcepto diuino mandatū est omnibus,quibus talis cura cō missa est,oues suas agnoscere, sacramentorū administratione,ac bonorū omnium operū exēplo pascere, gregi suo inuigilare,& assistere,vt dicitur in Conc.Trid.loc.cit.quæ debent personaliter præstare, alioqui sacrosancta spiritualis matrimonij iura confundunt inter eos, suasque Ecclesias solemniter cōtracti,vt dicitur in const.Pij IV. incip.In supre ma. suntque alieni à communione in Christo,vt legitur in canone Apostolorū allegato à Turriano in dicto trac.extra proprias diœceses cōtra iura diuina morātur ex Athanasio in epistola ad omnes Episcopos,nā grex sine pastore perinde est ac vt cæcus absq; duce ex eodē Athanasio in epistola ad Metropolitā Cretensiū,nec enim diuina iura, vel statuta sinunt impune quemquā pastorem à grege abesse ex eodē in epistola ad Episcopum Sardensiū, pastor enim est gregi,quod anima corpori ex eodē in epistola ad omnes Episcopos, Sacerdotes, &c. ob illorū absentiā animæ negliguntur, morbi crescunt, hæreses nascūtur ex S.Damasceno in epistola 4.ad Episcopos Aphricanos,oues disperguntur.Ezechiel.34. & cū Cardinales Episcopi sint pastores, debent cognoscere vultū pecoris sui.Prou.27.suis ouibus attendere.Eccl.7. quod infirmū est, cōsolidare. Ezech.34. suo officio recte fungi, quæ munera rite præstare nō possunt,si personaliter in suis Ecclesijs nō resideant, sed mercenariorum more greges sibi cōmissos deserunt.nam qui se absentant,inquit Conc. Trid. sess.6.c.1.de reform.sunt propriæ salutis immemores, terrenaque cælestibus,ac diuinis humana præferunt, nec enim ministerium suū implere possunt,nisi resideāt.nec item in subditorū suorū cautela censentur esse solliciti cōtra cap. sciscitaris 7.q.1. immo habentur vt ij, qui filios orphanos relinquūt cap.suggestū 7.q.1. Deinde si Cardinales nō tenerētur residere,id esset,quia

as-

assistunt Summo Pontifici, & exercent officiũ aliquod vtile Ecclesiæ, sed hoc, inquiũt, eos non excusat, nã cum illorum opera necessaria sit Ecclesijs, quarũ sunt Episcopi, Gubernatores, Pastores, & Rectores, & officiũ, quod Romæ habent, possit per alios suppleri, qui non sunt Episcopi, non enim desunt alij Cardinales & Prælati, quorũ opera, & industria vti posset Papa, propterea sola assistẽtia, & officium, quod habent, eos non excusant à personali residentia.

2 Obijcies. Ecclesia Romana est caput omniũ Ecclesiarũ, ergo qui in illa residet, videtur residere in suis Ecclesijs. Respondent negando consequentiã, nam cũ Episcopi Cardinales sint pastores propriarum Ecclesiarũ, tenentur in illis residere, alioqui ex eorum absentia, vt scribit Gregorius XI. teste Turriano in opusc. de cõmendatione Ecclesiarũ vacantiũ, vitia pullulant, cultus diuinus minuitur, sancta spernũtur, prouenit indeuotio populorum, oriuntur errores, crescũt insolentiæ. Ecclesiasticus status cõtemnitur, cõculcatur libertas Ecclesiæ, patitur sæpe detrimentũ iustitia, ædificia, ac alia bona tẽporalia collabuntur. quod idẽ asserit Damasus epist. 4. & Turrecr. in c. peruenit. in princ. 7. q. 1. scribit, omnibus pastoribus dici id, quod habetur Eccl. 32. Rectorẽ te posuere, curam illius habe, esseque valde vituperabile pastoribus nõ residere in proprijs Ecclesijs. & Gigas in trac. de residẽt. Episc. c. 6. n. 4. vocat Episcopũ, qui sine causa abest à sua Ecclesia, legatũ Antichristi. & residẽtia illa in Romana Curia est nimis vniuersalis. deinde si argumentũ probaret, posset idem dici de omnibus Episcopis, qui cõmorantur in Curia, quamuis non sint Cardinales.

3 Præterea propter solã residentiã in Curia Episcopos nõ debere dici residere in proprijs Ecclesijs colligitur ex c. bonæ memoriæ 1. de postul. Prælat. vbi cum quidam Cardinalis à clericis Rauẽnatensis Ecclesiæ postularetur in Archiepiscopũ, Innocẽtius III. respõdit nolle cõcedere, & rationem reddit, quia necesse erat, vt postulatus Cardinalis maneret Romæ, ex quibus verbis infertur, Episcopos Cardina-

nales,qui resident Romæ, nō sufficiēter dici residere in suis Ecclesijs, nā alioqui ratio allata à Pōtifice nō fuisset sufficiēs. & Caietan.2.2.q.185.ar. 5.ait id,quod aliqui dicūt, residentes in Ecclesia cōmuni, qualis est Romana,cēseri vbique residere, fortasse esse verum fictione iuris,non tamen esse verum quo ad Deum.

Obijcies secundo. Cardinales commorantes in Vrbe vtiles sunt toti Ecclesiæ propter operam,quā impendunt in cōsilijs Summo Pontifici, ergo excusantur à residentia. Respondent talem vtilitatem posse suppleri per alios Cardinales nō Episcopos, & alijs etiā modis. quod si Cardinalis aliquis esset ea prudentia, auctoritate, & doctrina præditus,vt assistens Romano Pōtifici,posset esse vtilis toti Ecclesiæ, tunc excusaretur à residentia,nō quia est Cardinalis, sed quia sua præsentia in Romana Curia redūdat in vtilitatē totius Ecclesiæ. quare Caietan.loc.cit.ait si negociū vniuersalis Ecclesiæ necessario exigit Episcopū, tunc absentia est rationabilis, sed si negociū vniuersalis Ecclesiæ non necessario exigit Episcopum,nō excusatur Episcopus à residētia quo ad Deū.Multa enim seruitia Romæ exhibentur ab Episcopis in quibusdam officijs, quæ possunt per alios fieri, & quod tunc Episcopi incumbant illis officijs,tales sunt in Ecclesia Dei veluti monstra in natura, & ideo nō excusātur à residētia.

Obijcies tertio. Cardinales sunt viri in Ecclesia Dei Illustrissimi, quare non videntur condemnandi de peccato, si promoti ad Episcopatū non resideant in illo. Respondēt neminē Christo Domino fuisse illustriorem, qui tamen nō venit ministrari, sed ministrare,qui est illustris,si non vult residere,nō acceptet Episcopatum,ideo enim dātur illis ampli reditus, vt pauperes sibi subditos alant,sua auctoritate illos protegant, pascāt verbo diuino, & sacramentorū administratione, illis inuigilent,à vitijs reuocēt,ad virtutes hortentur,& omniū operum exemplo illis præluceāt. vituperabile enim, inquiunt, est, vt Episcopi honores, dignitates,potentiam, auctoritatem in suis teneant per-

so-

sonis, officiũ vero & onus alteri delegent, cum tamen dignitates, diuitiæ, & alia ei ſsdẽ ſint tradita, vt officiũ animarum, ad quod electi ſunt, melius præſtare poſſint.

Obijcies quarto. Cardinales Episcopi per vigilantes & bonos vicarios poſſunt gubernare ſubditos ſuos, ergo ipſi commorantes in Rom. curia ſunt tuti in conſcientia. Reſpondent, teneri per ſe ipſos gubernare ſibi ſubiectos, hoc enim debitum eſt perſonale, quod per alios ſuppleri non poteſt. & ſicut ſacerdos, qui per alium diuinum officium recitat, non excuſatur, quia debitum recitandi officium in ſacerdote & beneficiario eſt perſonale, ita Cardinalis Episcopus, qui per alium reſidet, non excuſatur, quia debitũ reſidendi eſt perſonale, & Chriſtus Dominus impoſuit paſtoribus animarũ onus perſonaliter reſidendi, ſicut Eccleſia impoſuit ſacerdotibus, & beneficiarijs onus perſonaliter recitandi horas canonicas.

Obijcies quinto. Plurimi Cardinales, & ante Conciliũ Trident. & poſt aſſumpti ad Episcopalem dignitatem permanſerunt Romæ, & per idoneos Vicarios proprias diœceſes gubernarunt, nec Eccleſia eos reprehendit, ſed honorifice illos tumulauit, at ſi eſſet peccatũ mortale abeſſe à ſua diœceſi propter reſidentiam in curia Rom. Eccleſia eos nõ ſepeliret, ſed reprehẽderet, & cogeret ad curiam relinquendam, & perſonaliter ad ſuum gregem regendum. Reſpondent nõ eſſe conſuetudinem, ſed abuſum, quod tot Episcopi non reſideant, & quod curiam Romanã, & aliorũ Principum, etiam ſecularium ſequantur, multi tamen fortaſſe habent iuſtã cauſam ad tẽpus aliquod diſcedendi à ſua
4 Eccleſia, de quolibet enim præſumi debet, quod ſit bonus & non malus. Gloſa in c. 2. de ſcrutinio in ordin. facien. verb. idoneus. et in c. dudum. de præſumpt. Alciat. regula 3. præſump. 2. Bernard. Diaz in regul. 65. & ibi Salzedo. Maſcardus tom. 2. de probationi concluſ. 1003. Socin. regul. 39. Duennas regula 75. Felinus in dicto cap. dudum. num. 11. quare, qui cõmorantur in Vrbe, poſſunt ha-

habere iustam causam. addit Caiet. loc.cit. cum vnusquisque præsumatur in fine vitæ, quod pœniteat de suis peccatis, ideo Ecclesia Episcopos Romæ morientes vel alibi honorifice sepelit.

Obijcies sexto. Cardinales Episcopi tenentur residere propter salutem animarũ, at in hanc salutem per alios doctos, pios, & graues sacerdotes, ac clericos possunt incũbere, ergo absque vlla culpa Romæ possunt commorari, & inde mittere huiusmodi viros ad suam Ecclesiam gubernãdam. Respondent. Salutẽ animarum necessario postulare personalem Episcoporum residentiam, cum ordinarie ex eorũ absentia cultus diuinus diminuatur, & oriãtur innumera mala, quod si interdũ per idoneos substitutos, & Vicarios Ecclesia non patitur detrimentum, nec diuini cultus diminutionem, est per accidens, & rarissime id solet euenire. Moretur Episcopus in sua diœcesi, & curet habere clericos sanctitate vitæ & literis præstãtes, sic enim Deo & Ecclesia fidem, quam dederunt, seruabũt. alioqui proprio officio non satisfacient, & ouium suarum sanguis de eorum manibus à supremo Iudice exacte requiretur.

5 Hanc sententiam, nempe Cardinales Episcopos teneri de iure diuino residere in suis Ecclesijs, & non satisfacere proprio officio, si in Romana curia permaneant, sequuntur omnes illi, qui sentiunt Cardinalatum esse incompatibilem cum Episcopatu. ita Abbas in cap. bonæ memoriæ 1. de postulat. Prælat. num. 6. & in c. Ecclesia vestra. 2. de electio. num. 3. Sotus lib. 10. de iustit. q. 3. ar. 4. vbi ait. legem cautum esse, ne Episcopi ad Cardinalatus dignitatem assumantur; & qui diuinum ius consuluerit, fore vt æquissime iudicet, vt nemo Episcoporũ Cardinalis creetur, quod si cõtrarium fiat, multo, inquit, minor est culpa. immo forsan nulla, si vt in sua Ecclesia persistens, nunquam Romam visat, quam vt in curia commoretur, suam deserat Ecclesiam. Si quis diœcesim proximam haberet Romæ, quam crebro visitare posset, & ea esset doctrinæ, auctoritatisq. excellentia, vt plurimum ad

Ecclesiæ bonum referret sacro interesse Senatui, forsan suam posset defendere causam, sic etiam asserunt Petrus Duen. in tract. regul. & fallent. verbo beneficium in reg. 71. Felin. in cap. ad aures. de rescrip. n. 11. & in c. quod super his. de fide instrument. Gomes. in procem. regul. Cãcellar. vers. ex quo infertur. & in regul. de impetrand. benef. vacant. per obitum Cardinalis q. 12. Excipiuntur tamen illi sex Episcopatus Vrbi proximi, quibus Cardinalatus est annexus. ita docent allegati doctores in hac quæstione, in qua mihi dicendum videtur, Cardinales Episcopos nõ excusari à residentia, posse tamen cum illis dispensare Summum Pontificem iu stis & legitimis de causis.

6 DICO secũdo. Cardinales de iure cõmuni tenentur residere in curia apud Romanũ Pontificem. ita Abbas in c. 2. de cleric. non resident. nu. 2. Præpos. in c. filium vestrum 1. q. 1. n. 2. Hostien. in cap. bonæ memoriæ 1. de postul. Prælat. n. 1. Caputaq. decis. 8. n. 2. par. 2. Gonzalez. in reg. 8. Cancel. n. 123. Paris. de resignat. benef. lib. 1. q. 10. n. 8. & lib. 7. q. 12. n. 13. Gambara de auctorit. Legati à latere lib. 5. tit. An Legatus possit plura beneficia vni conferre. n. 227. & patet ex dicto cap. bonæ memoriæ ibi Cardinalis præsentia vtilior est. & c. 2. de cleric. nõ resident. vbi dicitur fuisse depositus quidam Cardinalis non residens Romæ

7 in suo titulo. & probatur, quia officium Cardinalium est Romano Pontifici assistere, illique opem ferre consilio, & alijs modis. vt docent Archidiac. in c. vbi periculum nu. 4. de electione in 6. Card. in Clemen. ne Romani. §. porro. n. 2. de elect. Barbat. de Cardinalatu par. 1. q. 1. n. 5. & 11. & q. 12. n. 1. Paris. de resig. benef. li. 3. q. 1. n. 70. & lib. 7. q. 12. n. 14. Hoieda de benef. incõpatib. par. 1. c. 2. qui ad hoc probandum affert textum in c. fundamenta. §. decet. de elect. in 6. vbi dicitur. Decet namque ipsi Romano Pontifici libera per fratres suos Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales præuenire consilia. & textum in cap. per venerabilem. §. rationibus. qui filij sint legitimi. Ioan. Hug. de offic.

Præ-

Prælat.1.paſ.tit. de Papa n.3. Roman.conſ.448.n.17.vbi ait Cardinales eſſe conſiliarios Papæ pro regimine vniuerſalis Eccleſiæ dirigẽdæ: at non poſſunt aſſiſtere Põtifici, illiq. opẽ ferre cõſilio, niſi reſideãt, ergo de iure cõmuni Cardinales tenentur reſidere in curia apud Romanum Pontificem.

8 Secundo. Cardinales ſine expreſſa licentia Papæ à curia diſcedere non poſſunt.ita Hoſtien.in c.Eccleſia 2. de elect. n.5.Gonzal.in reg.8.Cancell. gloſa 24.n.124.Camil.Borell. in ſumma omniũ deciſ.tit.10. n.8.Card.Alexandrin.in c. filiũ veſtrum 1.q.1.n.2.Pariſ.de reſig.benef.lib.1.q.10. nu.27. Barboſa de offic.Epiſc. par. 3. alleg.53.n.12.ergo tenentur morari in curia.

Tertio. Cardinales appellantur fratres Papæ.ita Hoſt. in c.ad liberandam n.3. de iudic. Io.Hugo.de offic. Prælat. 1. par. tit. de Papa. n. 13. & dicuntur facere vnum corpus cum Papa, ſicut Canonici cũ Epiſcopo. idem Hoſtien. in c. antiqua. de priuileg. Archid. in c. cum redemptor 12. q. 2. Roman. conſ. vlt. Additionator Abbatis in dicto cap. bonæ il 1. de poſtulat.Prælat.n. 6. lit.D. Pariſ. de reſignat.benefic. lib.1. q.10.nu.25.& 26. & lib.3.q.1. num.69. Martin. Laudenſ. tract. de Cardinal. par. 2. quæſt. 5. Anaſtaſ. Germon. trac. de indulto. verbo Epiſcopus num.9. Rodulphus Cupers in repetit. cap. oportebat 79. d.S. explicatur de Cardinal.art.1. nu.30. Carol. de Graſ. de effec. Cleric. in prælud.num.307. ſicut conſiliarij dicuntur pars corporis Principis. l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. l.vnica. C.de præpoſ.labor.lib.13.Boer.in trac. de auctorit.magni Concilij n. 129.& deciſ.17. nu.4. Scappa trac. de iure non ſcripto lib. 1.c.6. num. 2. Gigas tract. de crim. læſæ Maieſt. q. 14. n.2. Clar. in S.crimen læſæ Maieſtat. n.5. Riminal. ſenior. lib. 1.conſ.128.n.6. Riminal.iun. lib.5. conſ.601.nu.61. 62. & 67. Capiblanc.in trac.de iure & auctorit.Baron.pragmat.3. nu.7. quos refert, & ſequitur Carol. de Graſ.loc.cit.n.308. & dicuntur etiam eſſe latus Papæ. ita Hoſtien.in c.excommunicatis n.3. de offic. legat. & in cap. dilectus num. 2. de præben.& in c.ex geſtis nu.3.

de

de cleric.non resident. Paris. lib. 1. de resig. benefic. q.10. & lib.3. q. 1. num. 69. quare soli Cardinales dici possunt Legati de latere, & ita vsus Romanæ curiæ obtinuit.vt bene notant Durand. in Specul. tit. de legat. §. sequitur videre. in princ. Hieron. Manfredus trac.de Cardinal. par.1.c. 18.Barbat.trac. de Cardinal. legat.in prælud.n.3.& colligitur ex c.volentes.de offic.leg. & c.ad audiētiam. de senten. excomm. dicantur vero legati à latere,tum quia sunt filij, & partes corporis Papæ, tum quia de eius latere prodeunt, ac proficiscuntur, ita Barbat. trac.de præstāt.Cardinal.q.1. n.25. quare Legati de latere semper sunt Cardinales,vt notant Paris.de resig.benef. li.7. q.13.Gonzal.in reg.8.Cancel. glos.24.n.22. & patet ex c. 1. de offic.legat.in 6.& ex c.Ecclesia habet Senatū 16. q. 1. dicuntur etiam pars corporis Papæ.ita Coras.de benef.par. 4.c.2. n.13. Bellinci. trac. de charit.subsid.q.66.n.5.Host.in c.dilectus. de præb. n.2.Iacobat.de Cōc.lib.7.ar.55.Gigas de pensio.q.59.n.12.Io.Monachus in c.1. de schismat. in 6. Io.de Lignano in c. 2. de cleric.non resid.Martin. Laudēs. trac.de Cardinal.in 2.trac. q. 5.Barbat. de præstāt. Cardin. q.1.n. 25. Bascus Codeca Papiens.in repetit. rubr. de cōst. n.81.& patet ex c.fin.de pœn. in 6.& ex c.1.de offic.leg.in 6. Cardinales vocantur item filij Rom.Eccl. primi gradus,vt tradunt Hier.Māfred. trac.de Cardinal.c.8.Io.And. in c.vlt. de pœn.in 6.& ibidē Imol.Ludouic.Gomes.in reg.Cancell. q.4.in prooem.n.3. & colligūt ex c.si quis ex Episcopis d.79. vnde Gambara lib.7. de offic. legat.nu.136. ait Episcopos à Papa appellari fratres,& Cardinales filios,& citat c. frater noster 16.q.1.& glos.in c.fundament.verb.fratres. de elec. in 6.& in c. graui de crimine falsi,& asserit etiā Cephal.li.1. cons.1. n.49. hæc omnia clare significāt Cardinales de iure cōmuni teneri residere in Curia,cū membra debeāt esse cū suo corpore, & filij cū patre.

9 Quarto. Cardinalis nō residēs in Curia poterit Cardinalatu priuari præcedente admonitione,vt constat ex c. Ex gestis. de cleric. non resident. & docet ibi Abbas n.2.

Et

Et Leo X. in cõſtitutione editâ in Concilio Lateranenſi anno Domini 1515. incip. Supernæ. Eſtque xj. in Bullario præcipit, vt Cardinales omnes Romæ commorentur; & non obedientibus imponit pœnam. Paulus Quartus conſtitut. octaua incip. Cum venerabiles. folio 578. in antiquo Bullario ſcribit Cardinales, cum in partem ſolicitudinis vocentur, debere aſſiſtere Romano Pontifici. Ergo Cardinales tenentur Romæ commorari.

10 Quinto. Cardinales vna cũ Summo Pont. totam gubernant Eccleſiam, vt docet Innocen. Tertius in cap. bona. §. nos igitur. de poſtulat. Prælator. & ibi Gloſa verb. Generali. Gloſa in cap. 2. de officio Archipresbyt. & propterea vniuerſalis Eccleſiæ capita vocantur à Martino Laudenſ. tract. de Cardinal. in ſecundo tractatu quæſt. 31. quia ſcilicet vna cum Romano Pontifice, cuius membra ſunt, vniuerſam gubernant Eccleſiam, & propterea multi Doctores ſcribunt Papam ſine Cardinalium conſilio ardua negocia tractare non debere. vt Abbas in c. per venerabilem. §. rationibus. qui filij ſint legitimi. Franc. in cap. ſuper eo. de hæretic. in 6. num. 3. Ancharan. conſil. 295. Anton. Burg. in repetit. canon. ſtatuta de conſtitut. num. 110. Io. Crott. in repetit. rubric. eiuſdem tit. de conſtit. in 6. nu. 2. & 3. Martin. Laudenſ. tract. de Cardinal. par. 2. q. 45. Archid. in cap. ſunt quidam 25. q. 1. Speculat. in titulo de legat. §. qualiter. in fine. Card. Florentinus in cap. perpẽdimus. de ſenten. excommunicat. Felinus in cap. final. §. 1. de offic. delegat. & in cap. 1. de probation. Socin. volum. 3. conſil. 95. Hieron. Manfred. tract. de Cardinal. deciſ. 237. ergo debent perſonaliter aſſiſtere Summo Pontifici.

11 Dico tertio. Ex dictis conſtat Cardinalatum eſſe incompatibilem cum Epiſcopatu, nam cum Cardinales teneantur reſidere Romæ, & Epiſcopi teneantur reſidere in ſuis diœceſibus, Cardinalis non poteſt eſſe Epiſcopus de iure communi, cum vna & eadem perſona non poſſit eſſe in pluribus locis. 2. in c.

de

de multa. de præbendis legimus, habentes dignitates, & beneficia curata teneri in suis Ecclesijs residere, ergo etiam Cardinales, si habeant dignitates & beneficia curata, tenentur residere in suis
12 Ecclesijs. Nam quando constitutio est fauorabilis, sub nomine dignitatis comprehenduntur etiam Cardinales ex glosa in cap. 2. de præbend. in 6. Barbat. in tract. de præstant. Cardinalat. part. 1. q.7. Gomez. in procem. regul. Cancellar. q. 4. in fine, vt etiam comprehenduntur Episcopi ex Franc. in dicto c. 2. num. 1. Hoieda in incompatibil. benefic. par. 1. cap. 24. num. 64. Simonet. de reseruat. quæst. 11. Gambara de potest. legat. lib. 2. num. 41. & seqq. & lib. 7. num. 222. Mandos. in regul. 32. Cancel-
13 lar. quæst. 15. sicut etiam in materia fauorabili Cardinales veniunt appellatione Clericorum ex Calder. in capit. in nostra. de rescript. Trot. de perfecto Cleric. cap. 7. numero 3. Io. Maria Bellett. disquisit. clerical. part. 1. §. 2. num. 8. at constitutio illa cap. de multa est fauorabilis Ecclesijs, quia nempe est valde vtile, imo necessarium vt beneficij resideant in illis Ecclesijs, in quibus habent beneficia. & tamen ex alio capite Cardinales tenentur residere Romæ, ergo Cardinalatus & Episcopatus sunt de numero incompatibilium 3. in cap. bonæ memoriæ 1. de postulat. Præl. dicitur Cardinalis non posse eligi in episcopum, ergo Cardinalatus de iure communi est incompatibilis cum Episcopatu.

14 Obijcies. Papa solet conferre Episcopatum Cardinalibus, & consuetudo est talis, de qua etiam testatur Gam. de auctor. legat. lib. 5. n. 230. & Cardinales, cum assumant partem diei, & æstus, vt illi, qui sunt vocati in partem solicitudinis c. decreto §. sunt quæst. 6. & notat Hostiens. in c. Ecclesia vestra 2. de electio. habentur pro residentibus in Episcopatibus, & faciunt fructus suos, vt asserunt Oldradus cons. 48. Martin. Laudens. de Cardinal. quæst. 3. Barbat. de potestat. Cardinal. quæst. 12. Anastas. Germon. Tract. de Indult. Cardinal. §. tibi quo ad vixeris. nu.

10.

10.vbi ait Cardinales, ſi agãt in Romana curia,& à Summo Pontifice inde abſcedere nõ iubentur, perinde eſt, ac ſi reſiderent in ſuis Epiſcopatibus,quia tacita illa Papæ approbatio videtur diſpenſatio, & cum Romæ commorentur, licentiam à Pontifice Maximo videntur habere, ac præſentes in ſuis Eccleſijs intelliguntur, imo ſingulis Eccleſijs videntur deſeruire, vt ait Innocentius Tertius in c. bonæ. de poſtulatio. Prælator. & in cap. cum dilectus. de Cleric. non reſidentib. Philipp. Probus in cap. vnic. nu. 8.de maior.& obed.Imo Leo Quartus in Synodo Romana ſexaginta ſeptem Epiſcoporum, teſte Anaſtaſio Bibliothecario in eius vita, vel vt alij volunt, Leo Tertius, Anaſtaſium quemdam Cardinalem depoſuit, quia titulum ſuum per ſpatium quinque annorum deſeruit, hoc eſt, fuit abſens,& non reſedit Romæ in curia in ſuo titulo, nec aſtitit Papæ,& refertur in cap.2.de Cleric.non reſident. & notant Ioan. Andr. in additio.ad Speculat. titul. de legatis. & Oldradus conſ. 48. cum igitur Papa ſoleat cõferre Epiſcopatus Cardinalibus, non videntur Cardinalatus & Epiſcopatus eſſe de numero incompatibilum; & licet Caietanus 2.2.quæſt. 185.c.5.ſcribat hanc conſuetudinem potius eſſe appellandam abuſionem, hoc tamen nullo modo admittendum videtur.

15 Nam cum Summus Pontifex aliquid facit, vel concedit, præſumendum eſt, quod id faciat, vel concedat iuſtis, & legitimis de cauſis, vt tradunt Alex. lib. 2. conſil. 1.2.& 107.Ferrett. conſil. 37. Roman.conſ. 369. num. 28.& conſil. 436. numero 19.Grammat. conſil. 100. num. 17.

16 Nam ſi de omnibus Principibus præſumendum eſt, quod ſint tales, quales debent eſſe de iure, vt aſſerunt Caſſan. conſ. 64. num.26. Calcan. conſilio 120.num.9. Iaſon lib.3.conſ. 57. colum. penul. & quod nõ velint id, quod leges prohibent ex Decio conſ. 580. nu. 2. Gozad. conſil.101. nu.10. multo magis id præſumendũ eſt de Romano Pontifice, cui Deus peculiari quadam aſſiſtit prouidentia. Reſpondeo.

Pa-

Papam posse Cardinali Episcopatum conferre, vt Cardinalis habeat, vnde alatur, habita dignitate & qualitate eius personæ, hic tamen creatus Episcopus debet in suo Episcopatu residere, potest tamen Summus Pontifex cum eo dispensare, vt Romæ commoretur, quãdo eius præsentia in Romana curia est valde vtilis toti Ecclesiæ, nec facile reperiantur alij, qui pro dignitate id præstare queant, deputando idoneum Vicarium, qui tempore suæ absentiæ populum sibi commissum bene dirigat.

17 Obijcies secundo. Iura, quibus prohibetur aliquid fieri, Cardinales minime comprehẽdunt, nam cum isti sint membra, & pars corporis Papæ, Cardines Orbis ex Manfredo de Card[in]al. decis. 45. Patres spirituales ex eodem decis. 43. columnæ Ecclesiæ ex Mãt. de Cõcil. nu. 69. Senatores Ecclesiæ ex Marsil. lib. de Ecclesiast. red dit. c. 13. num. 17. Principes ex Manfredo decis. 49. lucernæ ardẽtes ex eodẽ decis. 69. Lumina Ecclesiæ ex eodem decisio. 54. Reges ex Iacobatio lib. 1. de concil. art. 1. num. 1. Redo. de spol. eccles. q. 3. §. & in hac materia n. 11. Diui ex Manfred. de Cardinal. decis. 70. Maximi ex eodem decis. 53. alios dignitate præcedentes, si Papa excludatur, ex Hostien. in c. Dilectus, col. 2. de præbend. Puteo decis. 195. num. 1. & seqq. lib. 1. Mandos. in regul. Cancell. de infirm. in princip. (quamuis nonnulli velint Episcopos esse maiores Cardinalibus, vt referunt Barbat. trac. de præstant. Cardinal. 1. part. q. 1. n. 16. Gambar. de offic. legati lib. 7. n. 134. non comprehenduntur sub generali dispositione, nisi de illis fiat spe-

18 cialis, & expressa mentio. Est enim multorum opinio, personas, quæ supereminentem habent qualitatem, quales sunt Cardinales, nisi specialiter nominentur, non comprehendi sub generali constitutione. ita enim opinatur. Io. Andr. in cap. 1. de schismat. in 6. vbi ait in generali dispositione comprehendi quidem Episcopos, non tamen Cardinales. Quæ enim speciali nota sũt digna, nisi specialiter exprimantur, omissa esse censentur. cap. quia periculosum. de senten. excommun. in 6. & affirmant Glos. in c. 2 de præben. in 6. Paris. de resignat.

19 benef. lib. 12. q. 4. n. 5. Lex enim

C ge-

generaliter loquens non comprehendit casus specialiter priuilegiatos, vt asserunt Glosa in Authent. de hæred. quæ ab intestat. in princ. Gomez in c. statutum de rescrip. in 6. n. 47. Felin. in cap. 1. de rescript. col. 7. vers. secundo. dispositio. Iason in l. postquam. lit. col. final. C. de
20 pactis. Quando vero ponitur clausula in constitutione cuiuscunque status, præeminentiæ, gradus, vel dignitatis existant, tunc sub illa cōstitutione & lege includūtur Cardinales, alias non, vt tradunt Gomez in procemio regular. Cancell. q. 4. Hoieda par. 1. de benefic. incompatibil. cap. 2. nu. 13. Franc. de Ripa in l. 1. ff. de vulgar. & pu
21 pill. n. 59. nam licet dictio quicunque, cum sit vniuersalis, omnia includat, & nihil excludat. cap. solitæ. de maior. & obediēt. glosa in cap. quicunque. de sent. excommun. in 6. verb. quicunque. Ias. in l. quodcunque. de verb. obligat. num. 1. & in l. quædam. §. nihil interest. ff. de edendo nu. 3. Tiraquell. de retrac. lignag. §. 1. glosa 9. nu. 20. Mandos. in regul. 17. q. 8 n. 2. volum. 1. & in regul. 21. q. 5. num. 2. volum. 2. & ad Roman. cons. 32. num. 2. Gomes. in regul. de triennali q. 2. vers. tamen istis 1 Paris. volum. 1. cons. 9. num. 8. & cons. 90. nu. 6. Roman. cons. 31. num. 2. Aymon cons. 308. nu. 4. & 5. Bursat. volum. 1. cons. 9. nu. 3. hoc tamen intelligitur in materia fauorabili, nam in materia odiosa, in qua nūc loquimur, est stricti iuris, vt notat Ruin. vol. 3. cons. 103. num. 9. Quare nisi addantur aliqua alia verba, nēpe quicunque fuerit præditus quocunque priuilegio, auctoritate, præeminentia, sub tali constitutione non comprehen-
22 duntur Cardinales. & quidem in particulari Cardinales non comprehendi sub generali constitutione, præsertim si fuerit pœnalis & odiosa, asserunt Felin. in cap. super his. de fide instrum. Io. Monac. in c. 1. de schism. Iason vol. 4. cons. 117. Barbat. in c. in nostra. de rescript. & de præstant. Cardinal. q. 7. Oldrad. cōs. 293. Alban. de Cardinalat. q. 42. vers. 13. Io. Andr. in cap. vnic. de schism. in 6. Cum igitur, vt probatum est, constitutio generaliter loquens non includat Cardinales, sequitur, legem latam à Concilijs, & Sūmis Pontificibus cōtra eos, qui non resident in suis Ecclesijs, non comprehēdere Cardinales.

Epi-

Episcopos,& cõsequenter Cardinalatum non esse incompatibilem cum Episcopatu,cum lex lata contra Episcopos non residentes in suis diœcesibus nõ extendatur ad Cardinales Episcopos, qui tenentur in Romana curia residere apud Summum Pontificem.

23 Confirmatur. Cardinales nõ comprehendũtur sub censuris, quæ imponuntur transgressoribus Pontificiarum constitutionum, nisi de illis fiat expressa mentio,vt asserunt Martin.Lauden.de Cardinal.q.62.Iacobat. de Cõcil.lib.1.ar.12.lit.B.Io.Licirier. de primogenitura q. 24. lib.1.num.32.ergo constitutiones & leges latæ contra Episcopos non residentes,& grauibus pœnis & censuris transgressores afficientes, non comprehendunt Cardinales,si in suis diœ-

24 cesibus non resideant. Confirmatur secũdo. Cardinales possũt retinere plura beneficia, vt habetur in Extrauagãti Execrabilis. de præbendis,& affertur ibi ratio in §.Nos itaque. quia cum vniuersali Ecclesiæ assistẽdo Pontifici seruiant,singularũ Ecclesiarũ commoditatibus se impendunt. Quare putant Abb. in c.de multa.de præbendis.Io. Andr.in addition.ad Speculat. in tit.de legat. Felin. in c. nonnulli. de r scriptis. n.63.Papam cum Cardinalibus ob eorum summam dignitatem dispensare,vt possint obtinere plura beneficia etiã incompatibilia. & Ludouicus Gomez in regul.Cãcellar. q.3. & in regul.de Idiomate n.5. sentit Cardinales, cũ possint obtinere plura beneficia,si contigerit inter illa esse etiam Ecclesias parochiales,nõ teneri personaliter eis deseruire,sed satisfacere muneri suo,si per idoneos sacerdotes illis de-

25 seruiant,& inuigilent. & affert rationem Cardinalis. Iacobat. lib.1.de Concilio folio 37.quia Cardinales excusantur à residentia,vt etiam ap rte sentiunt Hostiensis,Io.Andr. & nonnulli alij in cap.Ecclesia vestra 2. de electione,cum scribunt promotum ad Cardinalatum posse retinere Ecclesias,quas prius habebant, siue ben ficium fuerit curatum,siue Episcopatus. idẽ etiam opinãtur Barbat.de præstant. Cardinal. q. 12. Martin. Laudensis tract.de Cardinal.2. q.42.alias q.5. & in alio tract. de Cardinal. quæst. 68. Nicolaus Siculus in cap. bonæ 1. de postulation. Prælat. scribunt

enim Cardinalē posse fieri Episcopum,& posse tuta conscientiæ Romæ residere, & per alios Ecclesias suas regere, & ita respondisse præstantissimos iuris vtriusque doctores de hac re cōsultos, esseque Cardinalibus hoc ius quæsitū,quia,inquiunt, in Romana curia est consuetudo,vt Cardinales promoti ad Episcopatum resideant Romæ, & inde mittant idoneas personas ad suis Episcopatibus inuigilandum. & sic etiam sentiunt Villadiego de origin. Cardinal. q.5. num.11. & 12. & q.13. n. 62. Barbosa de officio Episcopi parte 3. allegatio. 53. num.13. Anastasius Germon. de sacror. immunit. lib.3.cap.6.Gonzalez in regul.8.Cancell. glosa 24. n. 128. vbi ait. Quamuis Cardinalis habeat Episcopatum, nihilominus in Curia, & in conspectu Papae residere tenetur, vt etiam sentit Abbas in dicto c.bonae il 1. 3.notab.nu.6.de postulat.Praelat. vbi Baldus n. 4. dicit, quod Cardinalis residens in Curia aequiparatur stellis fixis, quae non mouētur nisi motu orbis, sed Cardinales Legati,& alij absentes aequiparātur constellationibus, siue planetis,quæ mouentur motu pro-

26 prio nutu diei. Additque num. 132. Cardinales assistentes Pōtifici esse eidem caeteris chariores l.1.C. praepositis laborū lib.12. & asserunt Gomezius in regul. de impetrand. beneficia vacātia per obitum famil. Cardinal.q.17.n.3.& seqq. & in regul.de valore q. 1. non longe à fine, cū igitur Cardinales Episcopi possint Romae residere, cū residentia eorū in Curia sit vtilis omnibus & singulis Ecclesijs,sequitur Cardinalatum posse simul consistere cum Epi-

27 scopatu. Confirmatur. Dispositio loquens de simplicibus nō trahitur ad personas habentes in se mixturam qualitatū, maxime si vna qualitas sit dignior & potentior, quam alia, cuius virtute fuisset persona sub generalitate dispositionis inclusa. de legat. 1. l. Titiae textores de legat.3. & l. legatis seruis. §. si vnus. ff. de adult. l. vim passam. §. præscriptiones. & l. Mariti lenocinium. §. finali. ff. de statu hominum. & de testibus. l. quæritur 4. quæstione 3. in cap. testes. §. Item Hermaphroditus. & dispositionem loquentem de simplici non habere locum in mixto, in materia pœnali & odiosa do-

docent communiter doctores. ita Tiraquell. de legib.connubial.glosa 5. num. 71. Cephalus lib. 1. conf. 26.num.24. Alexander lib.5. consil.140. num. 4. Surdus lib.3.conf.430.num. 14. Aymon conf.276.column. vltima. vers. iam causa. Bertazzol. consil. 126. num. 13. Asin. in prat. in princip. cap.4. num.7. & 8. Herculan. in trac. de cautione de non offendēdo c.17.n.2. Rip.trac.de nocturno tempore cap.4. num.9.109. & seqq. Tusch.practic. conclusio. verbo. Mixtus casus. conclus. 294. num. 2.& 45. Alex. in l. 2. ff. de verb. oblig. num.2. & ibi Iaf.n.5. Alciat.in repetit. n.10. & 20.Bolognet.in princ. n.69. Cuman.n.2.Galliaul. nu. 16. & seqq. Steph.Lambertēg.de cōtractibus eorū.glosa 2.n.3.Menoch.li.1.cōs 11.n.5. Surd.dec. 174.n.14.sed lex est lata cōtra Episcopos, & alios beneficiarios non residentes in suis Ecclesijs, cum talis lex sit odiosa & pœnalis, non debet trahi ad Cardinales Episcopos habentes in se mixturā qualitatū, cum, vt probatum est, Cardinalium qualitas, auctoritas, prærogatiua, priuilegia longe alijs beneficiarijs antecellant;

si igitur lex lata contra beneficiarios non residentes non extenditur ad Cardinales, bene infertur Cardinalatum non esse incōpatibilem cum Episcopatu, cum Cardinales Episcopi excusentur à residentia in
28 suis Episcopatibus. Respōdeo ad id, quod in principio huius argumenti allatum est, nempe sub lege, qua aliquid prohibetur, non comprehendi Cardinales, non esse vniuersaliter verum, quādo enim lex fertur de aliqua re, quæ mala est, sub illa comprehenduntur Cardinales. Etenim in capite si quis suadēte 17.q.4. fertur lex prohibens sub excommunicatione, vt nemo suadente Diabolo manus violentas in Clericum vel Monachum audeat inijcere, quæ lex comprehēdit Cardinales, quamuis in ea nō fiat de illis expressa mentio vt asserunt Io Monach. in Extrauag. Excōmunicamus de sent. excommunic.verbo. Clericus. Felin. in c. quod super his de fide instrumēt.col.4.vers. Tertio quia sequeretur. Item multæ aliæ censuræ feruntur contra transgressores aliarum legum, quas incurrunt etiā Cardinales, quare non est vniuersaliter

verum sub lege generali non comprehendi Cardinales, nisi
29 expressim nominentur. Præterea quando aliquid per legem statuitur ad tollẽdas fraudes, sub illa lege comprehenduntur Cardinales, vt notant Paris. de resignation. lib. 8. q. 8. nu. 146. & lib. 12. q. 4. num. 8. Caputaquen. lib. 1. decis. 211. nã cum maiori auctoritate, dignitate, & potentia polleant, decet eos à fraudibus esse alienos. c. cum quidam. de iureiuran. & l. presbyteri. C. de Epi-
30 scop. & Cleric. Deinde quando lex fertur ob salutem animæ, comprehendit etiam Cardinales, vt asserunt Io. Monachus loc. cit. Præpositus in c. non licet. in princ. dist. 10. at lex lata, vt qui habent beneficia, quibus annexa est cura animarum, resideat, est lata ob salutem animæ, cum tales beneficiarij teneãtur sub peccato mortali residere in suis Ec-
31 clesijs. Item Cardinales obstringuntur legibus Cancellariæ, vt asserunt. Beronc. tract. de charitatiuo subsidio q. 66. Sarnen. in procem. regul. Cancell. quæst. 4. Felin. in c. ad aures. de rescriptis. numero 11. Selua de benefic. part. 3. q. 12. nu. 6. Paris. de resignat. benef. lib. 12. q. 4. num. 12. & lib. 11. q. 4. num. 6. Geminian. in cap. 1. de schismat. in 6. col. 1. Butr. cons. 10. & tamen non fit in illis regulis specialis mentio de
32 Cardinalibus. Præterea dignitas Cardinalatus non debet liberare Cardinales ab obligatione legum, quarum tanta est vis, vt omnes obstringat. Ipsa Augusta, quæ gaudet priuilegijs quæ habet Princeps. l. fiscus. §. finali. ff. de iure fisci, sub generali vinculo legum comprehenditur. l. Princeps. ff. de legibus, nisi ipsa specialiter à lege excipiatur. l. penul. C. de donation. inter vir. & vxorem. l. bene à Zenone. C. de
33 quadrien. præscript. Immo Imperatores, Reges, & Principes supremi, & alij Legislatores suis legibus obligantur, illisque sunt subiecti, quod attinet ad vim dirigentem, ita vt peccent, si illas transgrediantur, vt docent S. Thom. 1. 2. q. 96. art. 5. ad 3. & ibi Caietan. Antonin. par. 3. tit. 17. §. 5. Vasquez 1. 2. disp. 167. cap. 3. nu. 17. Syl. Verbo. Lex. q. 14. Sotus lib. 1. de iustit. q. 6. artic. 7. Victor. relectio. de potestat. ciuili. num. 21. Valentia tom. 2. disp.

disp.7. quæst.5. punc.4. col.3. vers. in contrarium. Couar. in cap. Alma mater. part. 1. §. 11. num.4.& patet ex cap. Cum omnes. de constitutionibus.& cap.Iustum est. distin. 9. & l. 1. ff. quod quisque iuris. & l. Digna. C.de legibus. ibi. Digna vox Maiestate regnantis legibus alligatum se Principem profiteri. & institut. Quibus modis testamentum infirmetur. in fine.& l. Ex imperfecto. C. de testamentis. & l. Cum multa. C.de bonis,quæ liberis. Quare qualitas & excellentia Cardinalatus non eximit illos ab obligatione legum. Deinde dico sub lege lata contra non residentes expressim includi Cardinales, vt patet ex Concilio Tridentino sess. 23.cap.1. de reformat. ibi: declarat sacrosancta Synodus omnes Patriarchalibus, Metropolitanis, ac Cathedralibus Ecclesijs quibuscunque quocunque nomine & titulo præfectos etiamsi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sint, obligari ad personalē in sua Ecclesia vel diœcesi residentiam, vbi iniuncto sibi officio defungi teneantur, neque abesse posse, nisi ex causis & modis infrascriptis. clare igitur Concilium sub lege lata contra non residentes,
34 comprehendit Cardinales, & cum casus legis sit expressus, nihil est, quod amplius dubitare debeamus. l. Ancillæ. C. de furtis. & docent ibi Baldus notab. 3. Roland.volum.2.cōs. 4. nu.24. Aymon cons.11.n.6. & cons.317. num. 1. Præterea cum Episcopos non residere in suis Ecclesijs sit per se malum, vt supra probatum est,& cum dispositio,quæ prohibet, quod malum est, comprehendat etiam Cardinales, vt etiā probatum est, sequitur legem latam contra beneficiarios nō residentes extendi etiam ad Cardinales. Ad alias confirmationes patet ex dictis,quid sit respondendum, nihil enim solidi in materia hac, de qua disputamus, continent.

Obijcies tertio. In cap. Ecclesia vestra il 2.de electione. dicitur Cardinalis posse ad Episcopatum promoueri, ergo Cardinalatus & Episcopatus sunt compatibiles. Respondeo posse quidem, ita tamen vt resideat in suo Episcopatu, vt præcipit Concilium Tridentinum. Deinde de iure communi Cardinalatus & Episcopa-

tus sunt incompatibiles, potest tamen Papa dispensare, vt qui est Cardinalis, fiat Episcopus, resideat tamen in sua dioecesi, nisi eius præsentia in Romana curia esset valde vtilis & necessaria toti Ecclesiæ. Præterea in eo textu nõ dicitur Cardinalem posse promoueri ad Episcopatum, sed Cardinalem posse esse Canonicũ Ecclesiæ cathedralis, nec est eadem ratio, nam licet Canonicus teneatur residere in sua Ecclesia, non tamen habet curam animarũ, vt habet Episcopus, & ideo maior est obligatio Episcopi quo ad residentiam quã
35 Canonici. Præterea Canonicus de iure cõmuni potest ab Ecclesia Cathedrali abesse, vt seruiat Episcopo suo, & percipere fructus sui Canonicatus, vt patet ex c. de cætero. & c. ad Audientiam. de cleric. non resident. & docent Abb. in d. c. de cætero. nu. 3. Cenedo lib. 1. pract. q. 1. n. 35. quare Cardinalis poterit etiã percipere fructus sui Canonicatus, si fuerit in seruitio Papæ, & ita canonicatus nõ est incompatibilis cũ Cardinalatu, nec ex absentia canonici à sua Ecclesia solent oriri illa incõmoda, quæ oriuntur ex absentia Episcopi. Item in eo textu solum dicitur, Cardinalem, de quo ibi fit mentio, fuisse canonicum, non tamen ibi dicitur Canonicatus & Cardinalatus esse compatibiles de iure. quare solum ex eo colligitur, potuisse Summũ Pontificẽ dispensare cum Cardinali, vt posset retinere canonicatum, quem prius habebat.

Obijcies quarto. In extrauagan. Execrabilis. de præben. dicitur non cõprehendi Cardinales, quãdo lex fertur, ne quis possit habere plura beneficia, quibus esset annexa cura animarum, ergo quãdo lege præcipitur, vt Episcopi resideãt in suis Ecclesijs, sub illa lege nõ includuntur Cardinales, si igitur sub lege de residẽdo in Ecclesijs Cardinales non includuntur, sequitur Cardinalatũ & Episcopatum nõ esse de numero incõpatibilium. Respondeo. quod sub lege de residẽdo cõprehẽdãtur Cardinales, patet manifeste ex dictis. nec dicta Extrauagans aduersatur nostræ opinioni, solũ enim Ioãnes XXII. cõditor huius cõstitutionis ibi reuocat omnes & quascũque dispensationes cõcessas, vt aliqui possint simul re-

retinere plura beneficia, quibus esset annexa cura animarũ, noluit tamen reuocare dispensationes concessas in hac materia Cardinalibus, vt scilicet possent retinere plura beneficia curata. & propterea ex hac constitutione solum deducitur Cardinales ex Pontificis Romani dispensatione plura posse obtinere beneficia curata, non tamen ex iuris communis dispositione.

SVMMARIVM.

1 *Christiana charitas excusat Episcopos & clericos à residentia, & quæ dicatur talis.*
2 *Vrgens necessitas excusat à residentia.*
3 *Debita obedientia etiam excusat.*
4 *An excusentur à residentia, qui seruiunt Papæ.*
5 *Euidens Ecclesiæ vtilitas excusat à residentia.*
6 *An Clerici inseruientes Regibus, ac supremis principibus excusentur à residentia.*
7 *Cõcilium, quando vult priuilegijs derogare, solet id exprimere. Priuilegia concessa personis priuilegiatis non censentur sublata, nisi fiat de illis expressa mentio. Priuilegia, quæ conceduntur in remunerationem laborum, vocantur irreuocabilia.*
8 *Leges ciuiles loquentes de clericis & rebus spiritualibus nullam vim habent.*
9 *Doctes in scholis Theologiam vel ius canonicũ excusantur à residẽtia, sicut etiam qui illis dant operam.*
10 *Clericus dans operam iuri ciuili percipit etiam pactus sui beneficij in absentia.*
11 *Sacerdotibus, Archidiaconis, Decanis, Præpositis, Cãtoribus, vel personatum habentibus est prohibitum sub pœna excõmunicationis leges & physicam audire.*
12 *Ad hoc, vt Clericus beneficiarius possit in absentia percipere fructus beneficiorũ, requiritur, vt studium sit vniuersale, vel celebris vniuersitas.*
13 *Studium generale quale dicatur.*
14 *Ideo beneficiario absenti causa studiorum conceditur, vt possit percipere fructus beneficijs, quia cẽsetur abesse ob publicam vtilitatem.*
15 *Absens causa studijs habetur pro præsentia & debet frui priuilegijs & commodis, quibus fruũtur præsentes.*
16 *Beneficiarii, qui causa studiorum absunt, non possunt percipere factus, si scholas non frequentant, vel si magna cum negligentia litteris dant operam.*
17 *Constitutio Eugeniana concedit Doctoribus & scholasticis Vniuersitatis Salmantinæ, vt fructus beneficiorum possint in absentia percipere, exceptis distributionibus.*
18 *Sicut scholastici studentes sacræ Scripturæ in absentia possunt percipere fructus beneficiorũ, ita*

ita etiam studentes iuri canonico vel illud docentes.

19 *Ad Ecclesiam bene regendam non minus prodest ius canonicum quam Theologia.*

20 *An doctor in iure canonico sit præferendus doctori in Theologia, quando vterque concurrit ad obtinendum beneficium.*

21 *Clericus beneficiarius ad hoc, vt possit abesse à sua ecclesia causa studiorum, an debeat petere licentia ab Ordinario ex iure antiquo.*

22 *De iure nouo beneficiarius absens causa studiorum à sua Ecclesia debet petere licentiā ab Ordinario.*

23 *Ordinarius tenetur dare licentiā clericis habentibus canonicatus, & alia beneficia non curata, vt ratione studiorum possit à suis Ecclesijs abesse.*

24 *Docentes sacram Scripturam, vel ius canonicum, vel Theologiam possunt in absentia percipere fructus beneficiorum, nec tenentur petere licentiam ab Ordinario. at studentes prædictis facultatibus tenentur eam petere.*

25 *Post Concilium Tridentinum obtinentes Ecclesias parochiales, non possunt causa studiorum abesse à suis Ecclesiis, & si absunt, non possunt percipere fructus, nec Ordinarij possunt talem licentiam concedere.*

26 *De iure antiquo poterat Parochus à sua Ecclesia abesse per septennium ex licētia Episcopi.*

27 *Licentia, quæ conceditur beneficiariis, vt causa studiorum possint à suis Ecclesiis abesse, non extenditur vltra quinquennium à die, quo beneficiarius cœpit studere. quamuis docentes possint semper percipere fructus.*

28 *An excusetur à residentia beneficiarius propter literas humaniores, & philosophiam, & possit Episcopus dare huic facultatem absentandi se à sua Ecclesia.*

29 *An excusetur à residentia beneficiarius, qui audit vel legit Theologiā, aut ius canonicum etiam sine licentia Episcopi.*

30 *De iure antiquiori non erant dādi reditus ecclesiastici beneficiarijs, qui aberant à suis ecclesijs studiorum causa.*

31 *An de iure antiquo requireretur licentia, vt posset beneficiarius abesse à sua Ecclesia studiorum causa & quid hoc tēpore requiratur. An Summus Pœnitentiarius possit dare talem licentiam.*

32 *Post Concilium Tridentinum Parochus nō potest abesse à sua Ecclesia, vt doceat in ciuitate Grammaticam, quamuis non inueniretur alius idoneus ad legendum.*

33 *Si Parochus vel Curatus obtineat Ecclesiam distantem à Ciuitate per duo miliaria, non potest esse magister Grammaticæ in ciuitate, & à residentia excusari.*

34 *Potest Episcopus in sui seruitium habere duos canonicos Ecclesiæ suæ,*

suæ, qui fructus præbendarum in absentia percipiant.

35 Non possunt gaudere prædicto priuilegio nisi duo canonici.

36 Lex loquens generaliter, debet etiam intelligi generaliter & absque distinctione.

37 Etiam post Concilium Tridentinum potest Episcopus habere duos canonicos in sui obsequiũ.

38 Soli Canonici, non autem alij clerici gaudent hoc priuilegio, vt absenses pro seruitio Episcopi possint percipere fructus beneficiorum.

39 Canonicorum nomine nõ comprehenduntur alij clerici.

40 In odiosis & à iure exorbitantibus non est facienda extensio de persona ad personam, quamuis sit eadem ratio, vel etiam maior.

41 Dispositio odiosa est restringenda, & non extendenda.

42 Nonnulli doctores sentiunt, non solum canonicos, sed etiam alios clericos inseruientes suis Episcopis posse in absentia percipere fructus suorum beneficiorum.

43 Aliqui dicunt posse Episcopum assumere ad sui seruitium etiam alios clericos non canonicos.

44 Archiepiscopus potest in sui seruitium habere duos canonicos suæ diœcesis, non vero suorum suffraganeorum.

45 Clerici, qui absunt ab Ecclesia pro seruitio Cardinalis Legati, possunt in absentia percipere fructus præbendarum.

46 Clerici inseruientes Cardinalibus non possunt in absentia fructus beneficiorum percipere.

47 Qui seruiunt Summo Pontifici vt Capellani, Camerarij, &c. percipiunt fructus beneficiorum, quamuis absint à suis Ecclesijs.

48 Canonicus, qui etiam est Vicarius Episcopi, dum suo Episcopo in officio Vicariatus inseruit, potest percipere fructus sui canonicatus.

49 Episcopus non potest habere in sui seruitium Parochum, vel Curatum, nec item potest illum occupare in seruitio Ecclesiæ Cathedralis, vt nempe sit Vicarius, Visitator, Secretarius, Fiscalis, &c.

50 An hodie Episcopus possit assumere in sui seruitium canonicos.

QVÆSTIO III.

Quæ causæ excusent Episcopos & Clericos à residentia.

1 DIco primo. Causæ, quæ excusãt à residentia, reuocãtur à Ioan. Selu. de beneficijs par. 4. q. 6. ad 24. causas, sed nos possumus commode eas reuocare ad quatuor illas cau-

causas, quæ referuntur in Cõcilio Tridentino sess. 23. cap. 1. de reformat. & sunt Christiana charitas. Vrgens necessitas. Debita obedientia. Euidens Ecclesiæ vtilitas. & quidem tunc Christiana charitas excusat à residentia, cum Episcopus sua præsentia potest occurrere necessitati alicuius diœcesis, vel prouinciæ sine magno damno propriæ, & vniuersaliter quoties absentia est necessaria, & vtilis ob bonum vniuersalis Ecclesiæ vel suæ, & notat etiam Toletus in summa lib. 5. cap. 4 num. 3. vbi ait. Per christianam charitatem oportet intelligere proximorũ vtilitatem. Cum enim proximus laborat, potest, vt illi succurratur, aliqua fieri absentia. verbi gratia. est ecclesia aliqua, quæ versatur in periculo hæresis magno, potestque multũ Episcopus alterius diœcesis ei prodesse sua prædicatione, tũc relicta propria, potest ad tempus in aliena morari ob proximorũ vtilitatem. Tamen ista causa intelligenda est, dummodo in propria non sequatur notabile detrimentum spirituale, tunc enim abesse non potest, sed propriæ attendere debet, licet minus indigeat, potest etiam ob paces magnatum componendas abesse. Sed semper intelligenda est causa hæc, dum non sit maius detrimentum, quod sequeretur in propria Ecclesia, tunc enim relinquere eam est cõtra charitatis ordinem, quo plus sibi quam alteri quis tenetur. idem etiam asserunt Mar. Ant. Genuen. in Manuali pastorum cap. 31. nu. 3. Barbosa de offic. Episcop. par. 3. alleg. 53. num. 6. quod etiam colligitur ex capitulo ex parte 2. de Cleric. non resident. & asserit ibi Glosa in casus positione, & ratio huius doctrinæ est, quia lex charitatis vult, vt vtilitas communis anteponatur vtilitati priuatæ, & vtilitas multorum anteponatur vtilitati paucorum.

2 Vrgens necessitas tunc excusat à residentia, quando si Episcopus resideret, graue periculum vitæ incurreret, vel propter morbum, vel propter aliquam persecutionem, vel propter aeris intemperiem, vel ob inimicitias, vel ob principis & populi furorem declinandum, tunc enim satis est si residet per Vicarium. ita Toletus lib. 5. cap. 4. n. 4. Genuensis

num.

num.3.Azor tom.2.lib.7.cap.4. q.4. Barbosa nu. 7. Bartholom. Caranza in tract. de residentia Episcoporum cap.12.vers.2. Valentia tom.3. disp.10.q.3.punc. 5.vers. Vrgens necessitas.Galet. in margarita casuum. verb.Residentia. Ricci.in praxi fori Ecclesiast. resol.645. Salzedo ad Diaz cap.53. in praxi lit.C. Zerola in praxi Episcop.par.1.verbo Priuatio. §. 4. dubio 1. D. Thom. 2. 2. q.185. artic.5. Iulius Papa in epistola ad Orientales. Pelagius Secũdus in epistola ad Benignum. & S. Athanasius librum edidit, vbi se excusat à fuga, & à residentia in sua Ecclesia propter persecutionem,non posset tamen abesse, quando Episcopi præsentia esset necessaria ad salutem sui gregis, nam tunc bonum commune erit anteponendum bono priuato.

3 Debita obedientia excusat à residentia, vt cum Papa ad se vocat Episcopum propter aliquod negocium. vt etiam notat Valentia loc.cit.vers.debita obedientia, vbi ait tale negocium debere esse in vtilitatem Ecclesiæ, nã sine legitima causa,inquit, Papa cum beneficiarijs habentibus curã animarum dispensare non potest, vt à suis Ecclesijs absint. Toletus nu. 7. vbi ait. sed attende, quod non sufficit obedientia tantum, sed debita, quia cum absque rationabili causa aliquid præcipitur, non debemus audire,nec Papa pro suo libito excusat à præsentia suæ Ecclesiæ Episcopum nisi cum necessitate aliqua. Maxime igitur causa attendenda est, ne sit inferioris momenti, quam vtilitas propriæ Ecclesiæ, & sit cum necessitate aliqua. Azor. tom. 2. lib. 7. c.4. quæst.3. vers.porro hæc. vbi addit sine iusta & debita causa Papam beneficiarijs habentibus curam animarum indulgere non posse, vt perpetuo vel ad longum tempus absint à suis Ecclesijs, sic etiam q. 4. vers. ad 3. caput. Salzedo ad Diaz in practic. cap. 54. vers. Tertius casus.

4 Putat Syluester verbo residentia. quæst.7.excusari à residentia eos, qui in sacello Pontificis inseruiunt tanquam cantores, vel clerici, vel Cappellani, & alios omnes, qui Papæ inseruiunt vt sunt Notarij,Scriptores, & alij huiusmodi, si id faciant ex consensu & iussu Põtificis,sed hæc opinio non vide-

tur

tur vera in clericis habentibus beneficia curata, vt sentit Azon dicto lib. 7. cap. 4. quæst. 3. & 5. nam cum isti, inquit, teneantur residere iure diuino, sine iusta causa Papa cũ illis dipẽsare nõ potest. eadem q. 5. ait Curiæ Romanæ Camerariũ, vel Vicecancellariũ, vel summũ pœnitentiarium, vel Cameræ Apostolicæ Thesaurariũ, vel Auditorẽ Rotæ, vel à secretis, vel à confessionibus Papæ non habere iustam causam non residendi, si adsint alij satis idonei ad hæc munera & officia, vt etiam sentiunt Caietan. 2. 2. quæst. 185. a. 5. Sot. lib. 10. de iustit. q. 3. a. 4. Barbos. loc. cit. nu. 11.

Obijcies. In c. Cũ dilectus de clericis non residentibus conceditur illis, qui sunt in seruitio Papæ & Episcopi, vt possint facere fructus suos, ergo non peccant isti non residendo, & tale seruitium erit iusta causa, vt possint licite abesse. Resp. Illum textum esse intelligendum quãdo illorum seruitium & obsequium redundat in Ecclesiæ vtilitatem, vt notant Valentia tom. 3. disp. 10. quæst. 3. punc. 5. vers. debita obedientia Nauar. in sum. c. 25. nu. 121. nam cum præceptum de residentia sit de iure diuino, sola voluntas Pontificis, vt dictum est, non excusat Episcopos & Parochos, & alios Rectores animarum à residentia. & sic etiam est intelligendus textus in c. Ad audientiam. de clericis non residentibus. posse scilicet duos canonicos Ecclesiæ cathedralis esse in obsequium Episcopi, quãdo nempe tale obsequium redũdat in Ecclesiæ vtilitatem.

5 Euidens Ecclesiæ vtilitas excusat à residentia, quando nimirum absunt Episcopi ob defendenda iura suæ Ecclesiæ, vel si fuerint vocati ad celebrandum conciliũ generale vel prouinciale. ita Marc. Ant. Genu. in Manuali Pastorum cap. 31. n. 5. Toletus lib. 5. c. 4. n. 4. vers. quarta causa est. Salzedo ad Diaz in pract. cap. 54. vers. quartus. Caranza tract. de residen. Episc. c. 12. vers. 5. optime etiã ait Toletus dicto n. 4. vers. tertia causa est. euidentem Reipublicæ vtilitatem etiam excusare. Episcopus enim in vtilitatẽ temporalẽ totius regni, vel prouinciæ à sua Ecclesia potest abesse, si id tamen nõ possit fieri, nisi per Episcopũ, alioqui non poterit abesse, quare illi Episcopi, qui curam temporalem rerum regni

ge-

gerunt, excusantur à residentia, si per alios id præstari non possit, secus si sint alij idonei ad hoc munus obeundum, tunc enim peccabunt relinquendo suas Ecclesias, quamuis per substitutos illas gubernēt. talis vero necessitas debet esse euidens, alioqui Episcopi grauiter peccabunt. ita etiam sentiunt Sotus lib. 10. de iustit. quæst. 3. a. 4. Azor tom. 2. lib. 7. cap. 4. q. 6. Genuen. n. 6. & sic etiam intelligendi sunt Corsetus tract. de potest. Regia. par. vlt. num. 47. Zech. de casibus reseruat. casu 3. num. 2. & ante istos Glosa in cap. Episcopus. dist. 14. verbo Legati, cum scribunt Episcopum in vtilitatem Reipublicæ posse esse legatum Principis secularis, quod etiam habetur in c. cum parati. de appellat. nimirum quando ista vtilitas est euidens, nec per alium quam per Episcopum ita bene possit tale munus præstari, nam si talis vtilitas nō est clara, & aperta, debet Episcopus in sua Ecclesia commorari. Quando vero talis vtilitas est euidēs, quāuis dictum munus possit obiri, requiritur tamen Sūmi Pontificis licentia, vt sentiunt Azor tom. 2. lib. 7. cap. 4. q. 6. & alij.

6 Obijcies. Reges ac Principes habent priuilegia à Sede Apostolica, vt Episcopi & alij clerici, qui illis inseruiunt in aliquo officio, seu seruitio, non teneantur residere, & possint percipere fructus beneficiorū, & propterea illos excusant à residentia. Selua de benefic. par. 4. quæst. 6. Cæuallos in communib. quæst. 585. n. 7. Pet. Gregor. de benefic. cap. 9. n. 9. Boerius decisio 17. Rebuffus in Concordatis. tit. de collatio. §. 1. vers. residentia. & in Authen. quomodo oport. Episcop. collatio. 5. & in Authent. de sanctiss. Episcop. collatio. 9. conceditur Episcopis, vt in curia per annum possint commorari, & vltra etiam, si Imperator dederit facultatem. ergo. Respondeo primo. Si Principes habuerunt talia priuilegia, fuerunt iam reuocata per Concilium Tridentinum, & bullam Pij IV. vt docet Garzia de ben. par. 3. cap. 2. n. 390. quamuis alij dicāt talia priuilegia, si vere fuerunt concessa, non fuisse reuocata nec in Concilio Tridentino, nec in bulla Pij IV. in qua reuocantur priuilegia quæ decretis Concilij Tridentini aduersantur, & hæc bulla habetur

in

7 in fine Concilij. Et Concilium quando vult priuilegijs derogare, solet id exprimere, vt docent Roderic. tom. 1. quæstio. regul. quæst. 8. ar. 6. Gemon. de Indult. Cardinal. §. per quæ. nu. 69. & 77. præsertim cum priuilegia concessa personis priuilegiatis, quales sunt Reges & Principes non censeantur sublata, nisi fiat de illis expressa mentio ex Grammatico decis. 20. num. 4. & seqq. Decio consil. 165. num. 4. Roman. consil. 436. num. 11. & consil. 327. num. 8. & priuilegia, quæ conceduntur in remunerationem laborum, non facile reuocantur, & propterea irreuocabilia dicuntur à Roman. cons. 436. num. 14. Rebuff. in concordat. in præfatio. ad rubric. de collationibus ante finem. vers. Item quādo priuilegium concessum est ob remunerationem. at priuilegia solent concedi principibus ob remunerationem laborum, scilicet pro tuenda fide, Sede Apostolica, &c. deinde Respub. intelligi talia priuilegia, quando absque alicuius Episcopi præsentia regnum commode non posset administrari; in tali enim casu Papa potest dare licentiam Episcopo, vt propter bonum commune regni absit à sua Eccle-

8 sia. In authenticis allegatis non est facienda vis, nam cum residentia Episcoporū, & aliorum clericorum sit res spiritualis, Princeps de hac materia nihil statuere potest, leges enim ciuiles loquentes de clericis, & rebus spiritualibus nullam vim habent ex Felino in cap. Eccles. Sanctæ Mariæ. de constitut. nu. 40. Garzia tract. de vlt. fine. num. 158. Surd. lib. 3 consilio 301. num. 43. Beroi. lib. 1. cons. 31. num. 22. Ruin. lib. 4. cons. 113. num. 7. Restaur. tract. de Imperat. q. 101. num. 1. & constat ex dicto cap. Ecclesia. & c. bene quidem dist. 96. & cap. cum laicis. de reb. Eccles. non alienand.

9 Dico secūdo. Docentes in scholis Theologiā, vel ius canonicū excusantur à residentia, vt patet ex c. fin. de Magistris. vbi sic dicitur. Docentes vero in Theologica facultate, dum in scholis docuerint, & studentes in ipsa integre per annos quinque percipiāt de licentia Sedis Apostolicæ prouentus præbendarum, & beneficiorum suorū, non obstante aliqua consuetudine vel statuto, cum denario frau-

fraudari non debeant in vinea Domini operantes. In cap. licet. de præbendis. legimus in sacra pagina cupientes studere prouentus suos Ecclesiasticos posse integre percipere. In cap. cũ ex eo. de electione in 6. conceditur Episcopo, vt fauore studij possit dispensare cũ promoto ad Ecclesiam parochialem, vt infra annum non promoueatur ad sacerdotium, immo vsq; ad septennium non teneatur promoueri ad sacerdotium, quamuis infra annum debeat promoueri ad ordinẽ subdiaconatus. pendente tamen illo septẽnio, debet in Ecclesia parochiali idoneus poni Vicarius, qui sustentabitur de fructibus illius Ecclesiæ. vbi notat Glosa in casus positione. Quod licet tales clerici essent in studio, si tamen litteris non insisterent, non prodesset eis dicta dispẽsatio. & verbo litterarum ait. cum ius non distinguat, intelligo generaliter, siue in grãmatica, siue in iure canonico vel ciuili. vel scientia Theologica studeat. In c. cum de diuersis mundi. de priuil. in 6. confirmatur id, quod habetur in d. cap. finali de Magistris, scilicet quod clerici præbendati & beneficiati existentes in studio generali percipiãt fructus beneficij & grossũ præbendæ, & præterea ibi conceditur, vt clericus beneficiatus, qui est in curia Romana, & studet in iure diuino & humano, idest in iure canonico vel ciuili, possit percipere fructus beneficij quasi studens in studio generali. vbi ait Glosa in casus positione. vers. nota vlterius. quod studentes non solum dicuntur sibi proficere, sed etiam omnibus alijs, idest ad profectum omnium aliorum, nam Ecclesia vniuersalis indiget viris litteratis ad sui regimen. In Clementina prima §. cæterum. vers. sane. de statu monachorum conceditur licentia nõ residendi ex studiorum causa. In Concilio Tridentino sessione 5. cap. 1. de reformatione legimus, docentes sacram Scripturam, dum publice in scholis docuerint, & scholares, qui in ipsis scholis student, priuilegijs omnibus de perceptione fructuum, præbendarum, & beneficiorum suorum in absentia à iure communi concessis plene gaudere, & frui. & quod docentes Theologiam, vel ius canonicum, eisque studentes excusentur à residẽtia

tia per quinquennium,& interim possint percipere fructus affirmant etiam Nauarr.in sum. cap.25.num. 120. Sylu. verbo residentia.num.7. Armilla verbo beneficium. num. 61. Felin. cons. 18. & in cap. finali de Magistris num. 2. & ibi Ioan. Andr. num. 8. Socin. num. 8. Vega in sum. part. 1. cap. 36. casu 41. Horatius Lucius tractat. de priuileg. scholarium, priuileg.99.& 100. Roderic. in summ. tom. 1. cap. 13. num. 2. & tom. 2. cap. 36. num. 2. & in addit. ad Bullam Cruciatæ c.7.concl.4.n.27.Garzia de benefic.par.3.c.2.n.18.Barbosa de offic.Episc.par.3.alleg.56.n.18. Oldrad. cons.17. Cephal. lib.1. cons.83. Paul.Fusc. in singular. lit.A.n.3.Menoch.de arbitra.casu425.n.27.Bart in l.quæsitum. ff.de legat.3.n.3.Graf.in appendic.ad decis.aureas lib.4.c.4. n. 17.Riccius in collect.decis.collect.446.Salzedo in praxi c.52. Anton.Gomez in explicatione Bullæ Cruciatæ cap.7. in quartam clausulam num.27. Lopez in instructor. tom. 1. cap. 149. Fuscus lib. 2. de visitatione cap. 29. nu. 10. Valentia tom. 3. disp. 10. quaest. 3. punct. 5. colum. 3. versic. alius eiusmodi. Azor tom. 2. lib. 7. cap. 4. quæst. 3. versic. secunda quando. & cap. 5. quæst. 1. & 8.Lessius lib.2. de iustit. cap. 34. dubio 29. num. 163. Rebuff. in praxi tit. de dispensatione de non residendo num. 25. & in tractat. de priuileg.scholar.priuileg. 29. & 31. Abbas in cap. tuæ fraternitatis . de clericis non residentibus num. 5. & 6. & in cap. licet de præbend. nu. 5. Moneta de distribution. parte 2. quæst. 10. num. 1. & sequentib. Hoieda de incompatibilit. benefic. cap. 17. num. 28. Petr. Lesnaud. tractatu de priuileg. doctor. par. 2. §. 22. Iacob. Ben. tractatu de priuil. iurisconsult. par. 1. priuileg. 15. num. 1.Vgolin.de officio & potestate Episcopi cap.19.in princip. num.6. & cap.43. §.2.Ant. Piaggia tractat. de consuetud. quæst. 11.num.262. Decian. lib. 1. conf.14.num.36.Staffileus in tract. de liter. gratiæ in titulo de vi & effectu clausulæ. versic. post dicta verba num.2.Læli.de Zanch.in tract. de priuileg. eccles. priuil.77.num.7.Carol. de Grassis de effect. Cleric.in præludio. numero 106. Gonzalez in regulam 8. Cancellar. §. 7. proœmiali numero 180. No-

tat

tat Azor dicta quæſt. 3. verſ. ſecunda quando. vltra quinquennium Epiſcopum non poſſe abſentiam permittere; & irritam eſſe licentiam impetratam, ſed cōtrarium habetur in cap. cum ex eo. de election. in 6. Quinquennium vero incipit computari à die, quo beneficiarius cœpit litteris operam dare. ita Azor. quæſt. 3.

10 Dico tertio. Clericus dās operam iuri ciuili percipit etiā fructus ſui beneficij in abſentia. ita Horatius Lucius tract. de priuileg. ſchol. 1. part. priuilegio 100. ampliat. 1. Decian. volum. 1. conſil. 43. n. 1. & ſeqq. Moneta de diſtribution. par. 2. quæſt. 10. num. 6. & colligitur ex cap. 2. de priuilegijs in 6. vbi ei, qui ſtudet Romæ iuri ciuili & canonico, conceditur, vt gaudeat priuilegijs, quibus gauderet, ſi alibi incumberet, & vt integre poſſit percipere fructus beneficij, & notat Gloſa ibi, ver

11 bo integré. Hoc vero eſt intelligendum de Clerico, dummodo non ſit ſacerdos, Archidiaconus, Decanus, Præpoſitus, Cantor, vel perſonatum habens, vt docent Moneta dicta quæſtione 10. num. 21. Barboſ. de officio Epiſcopi par. 3. allegat. 56. num. 26. nam his eſt prohibitum ſub pœna excōmunicationis ipſo facto leges & phyſicam audire, vt conſtat ex c. ſuper ſpecula. Ne Clerici, vel monachi, & docent ibi Abb. n. 2. 8. & 12. Batt. de Sanc. Blaſio trac. de contradict. iur. ciuil. & canon. contradict. 34. in tom. 1. tract. diuer. Graff in deciſ. par. 2. lib. 1. cap. 11. num. 29. Goffred. in ſum. tit. ne Clerici vel monachi nu. 10. Ant. de Padilla in l. 1. C. de iur. & facti ignorantia. n. 7. Caiet. in ſum. verbo Excommunicatio cap. 50. Portius cōſ. 16. nu. 26. Marta de iuriſdictio. par. 4. centur. 2. n. 2. caſ. 168. nā turpe eſt Clericū dare operam legibus & controuerſijs ciuilibus. l. repetit. C. de Epiſcop. &

12 cleric. Ad hoc vero, vt clericus beneficiarius poſſit in abſentia percipere fructus beneficiorū, requiritur, vt ſtudium illud ſit vniuerſale, vel celebris Vniuerſitas, vt conſtat ex cap. tuæ fraternitatis. de clericis non reſidentibus. & cap. 2. de priuilegijs in 6. & aſſerunt Zerola verbo ſtudium. §. 4. Zechus de Republica Eccleſiaſtica titulo de Clericis. n. 7. verſ. 28. Rebuff. in tractatu de priuileg. ſcholar. priuileg. 31. num. 8. & in

concordatis tit. de collation. §.1. verb. studij generalis. Moneta par. 2. de distribut. q. 10. num. 17. Flores de Mena q. 24. num. 19. Garzia de benefic. par. 3. cap. 2. num. 55. Didacus Perez in leg. prima tit. 10. libro 1. ordin. Horatius Luc. ad fin. tractat. de priuileg. scholar. tit. de his qui gaudent priuil. scholari. n. 23. Barbos. de offic Episc. allegat. 56. nu. 21. Notat bene Moneta d. num. 17. ad studium generale nõ requiri, quod sit vniuersitas aliqua studiorum, secũ habẽs Rectorem, & cætera priuilegia, quæ vniuersitatibus studiorum iure competunt, sed sufficere generale, vt nunc est, inquit, Mediolanense in gymnasio Societatis Iesu. Studium vero generale dicitur illud, quod est erectum & institutum à Principibus supremis, ita Cassan. in catalogo gloriæ mun di part. 10. consider. 32. Hortig. in patrocinio pro Caesaraug. gymnasio par. 1. num. 13. & par. 3. num. 4. Perez loco citato. Barbosa num. 22. Cosmas in pragm. sanctio. in procemio. §. quibus attente verbo studiorum. Pacianus lib. 2. de probation. cap. 41. num. 48. Horat. Luc. dicto num. 23.

14 Dico quarto. Ideo beneficiario absenti causa studiorũ conceditur, vt possit percipere fructus beneficij, quia censetur abesse ob publicam vtilitatem, vt aduertunt Baldus in l. sed & si per Prætorem. in princip. ff. de restitut. in integrum. & ibi Alber. num. 3. Oddo tract. de restitut. in integrum quæst. 7. art. 14. num. 123. Boerius decis. 16. num. 20. & 22. Anton. Vsillus in §. rursus. numero 5. de action. at qui abest ob publicam vtilitatem, non peccat, nec debet amittere fructus suæ

15 præbendæ. & Horatius Lucius in tractatu de priuilegio scholar. priuileg. 10. probat absentẽ causa studij haberi pro præsẽti, quod colligitur ex l. quæsitum. ff. de legat. 3. & l. Seiæ. §. Pãphil. ff. de fundo instruc. & docet etiã Bartol. in dicta l. quæsitũ. Idem auctor eodem priuilegio 10. probat beneficiariũ absentem causa studij debere gaudere, & frui priuilegijs & commodis, quibus fruuntur præsentes, quod etiam asserunt Oddo in q. 7. allegata num. 121. Oldradus consil. 220. in fine. Calderin. consilio 8. de officio Legati, & habetur in c. de quibusdam d. 37. & in cap. finali de Ma-

Magistris. & in cap. 2. de priuileg. in 6. & in cap. licet de praebendis. nec enim minus censentur seruire Ecclesiae ij, qui docent, vel student, quam ij, qui recitant horas canonicas in choro, vt notat Abbas in cap. licet. de praebendis in fine.

16 Dico quinto. Beneficiarij, qui causa studij absunt, non possunt percipere fructus, si scholas non frequentant, vel si magna cum negligentia litteris dant operam, ita Prosper de Augustino in addit. ad Quarantam in summa Bullarij, verbo residentia. vers. limita. pag. 443. Tiraquell. in tractatu cessante causa par. 1. nu. 213. Mascard. de probation. conclus. 1290. num. 9. Roder. tom. 1. regular. q. 9. art. 10. vbi ait. Si scholares Salmaticenses nunquam intrant scholas, neque student, immo morantur in scholis non causa studendi, sed causa ludendi, consumendique ad libitum sine ratione bona Ecclesiæ, non possunt gaudere Eugeniana, quæ cõcedit fructus beneficij in absentia, & illos percipientes non sunt in conscientia securi, prout aduertit Perez in l. 8. tit. 2. lib. 1. Ordinam. dicens hoc esse perpetuo tenendum, & se pluries de hoc fuisse consultum. qui casus est frequens, nam priuilegium cessat cessante causa priuilegij. possunt tamen Clerici tuta cõscientia percipere fructus in absentia, quamuis non semper studeant, sufficit enim, si pro maiore parte anni studeant. ita Abbas in c. finali de Magistris n. 6. Horatius Lucius de priuileg. scholar. priuil. 110. ampliat. 4. Moneta de distribut. par. 2. q.

17 10. n. 19. Eugeniana constitutio, de qua loquitur Rodericus, fuit concessa ab Eugen. IV. Vniuersitati Salmantinæ anno Domini 1431. 6. Calendas Martij, incip. Qui creditur sibi à Domino. vbi conceditur Doctoribus, & Scholaribus illius illustris vniuersitatis, vt fructus, redditus, & prouentus beneficiorum cum cura & sine cura percipere integre possint, exceptis quotidianis distributionibus. hanc constitutionem refert Garzias de benefic. par. 3. c. 2. num. 58.

18 Dico sexto. Quamuis in Concilio Tridentino dicta sessione 5. cap. 1. de reformation. concedatur scholaribus studentibus Sacrae Scripturae, vt absentes à suis Ecclesijs

possint percipere fructus beneficiorum, ac si essent præsentes, & fiat ibi mentio solum de sacta Scriptura, idem tamen est intelligendum de ijs, qui student iuri canonico, vel illud docent. ita Moneta de distribution. par.2. q.10. num.4. qui citat Felinum consil. 18. num. 7. & Abbatem in cap. tuæ fraternitatis. de clericis non resident. num.5. & 6. sic etiam sentiunt Barbosa de officio Episcopi par.3. allegatio.56. num. 26. Garzia de benefic. part. 3. cap.2. num.64. qui allegat pro hac sententia Francum in c. 2. de priuileg. in 6. ad finem. quia in hac materia Theologia, & ius canonicum æquiparantur, & sic dicitur fuisse declaratum à sacra Congregatione Concilij teste Garzia n. 559. in fine.

19 rationem afferunt nonnulli, quia hodie ad Ecclesiam bene regendam non minus prodest ius canonicum quam Theologia ex Hostien. in cap.1. de cōsanguin. & affinit. & Ioan. Andrea ibidem, Iacobo Benio in tractatu de priuileg. iurisconsl. priuilegio 15. num.4. par.1. Melchiore Cano in tract. de locis Theologiæ lib.8. cap.6. Eucrardo in Topica in loco ab auctoritate. num. 8. Marta de iurisdictio. par.2. cap. 7. num. 15. Iacob. de Graff. appendic. ad decisio. aure. lib.4. cap.1. num. 16. & 45. & propterea cum conceditur beneficiario, vt possit in absentia percipere fructus beneficij dando operam Theologiæ, censetur hoc idem concedi dando operam iuri canonico, præsertim cum à nonnullis ius canonicum Theologia practica appelletur, vt à Benio loco citato.

20 Hoc idem sentiunt ij, qui scribunt ad bonum regimen Ecclesiæ ita prodesse ius canonicum, vt vbi nulla adest hæresis, doctor in iure canonico sit præferendus doctori in Theologia, quādo vterque doctor simul concurreret ad obtinendum beneficium. ita Rebuffus in concordat. tit. de reg. ad prælaturas nominat. in glossa verbo licentiatum. & in cap. postulasti. de senten. excommunic. num. 204. Felinus in cap. finali de Magistris num. 2. Petr. Lesnader. in tract. de priuileg. doctor. par.3. q.1. Io. Lopez. in repetit. cap. per vestras. de donatio. inter vir. & vxor. in 3. notab. §. 26. num. 16. Iacobus de Carolis in gemmato pauone cons. vnico post procem. nu. 14.

Ce-

Cenedo ad decretū collectan. 51. num.5. Henriq. in ſum. lib. 10. cap.33. num.2. in Gloſa litera E. Euerardus in Topic. in loco ab auctoritate nu. 8. Ioan. Boias tract. de hær. par.1. num. 389. Bobadilla in Politica lib. 1.cap.6. Barboſa de officio Epiſcopi par.2. allegatio.1. nū.30. Trotius de perfecto clerico lib. 2.cap.33. num 6. cum igitur ad ſalutem animarum tantam vim habeat ius canonicum,iure optimo priuilegia, quæ conceduntur ſtudentibus Theologiæ, extenduntur ad eos, qui iuri canonico operam nauant. prædictis tamen doctoribus non aſſentior in eo,quod dicunt, in collatione beneficij & Epiſcopatus iuris canonici peritum eſſe anteferendum Theologiæ doctori, cōtrarium enim ſentio cum Maiore in 4. diſt.24. q.10. Caietano 2. 2. q.18. art.3. Salone pariter 2. 2. q.63. artic.2. controu.2. Soto lib 4. de iuſtit. q.6.art.2. quos refert,& ſequitur Azor. tom. 2. lib.3. cap.28. quæſt.10.

21 Dico ſeptimo. Clericus beneficiarius ad hoc, vt poſſit abeſſe à ſua Eccleſia cauſa ſtudiorum, debet iuxta aliquos doctores petere licentiam ab Ordinario,ne inepti ad ſtudia ſe conferant,& ne multi ab Eccleſia abſint in detrimentum ſeruitij Eccleſiæ cap. cum ex eo. de election. in 6. cap. tuæ fraternitatis. de cleric. non reſident. & docent Gloſa in cap. relatum. de clericis non reſident. verbo Prælatorum. & ibi Abbas num.1. & 5. & in dicto cap. tuæ. Boerius deciſio. 17.n. 13. Flores q.24. num.19. Francus in cap.2. de priuileg. in 6. num.4. Oldradus conſ.220.nu. 2. Selua de benefic. 4.part. q.6. caſu 11. & q.7. n.29.verſ.171. Horatius Lucius tract. de priuileg. ſcholarium. priuileg. 99. Barboſa de offic. Epiſcopi par. 3.allegat. 56. num.28. Angelus verbo Clericus 7. num. 3. Nauarr. conſil.14. de clericis non reſident. Si dicas in cap. finali de Magiſtris datur licentia à Summo Pōtifice beneficiarijs, vt à ſuis Eccleſijs poſſint abeſſe ſtudiorum cauſa, ergo non requiritur alia licentia Ordinarij, cum illa habeatur à iure, & propter dictum textum non requiri hanc licentiam aſſerunt Horatius Lutius, & alij plures. Reſpondent in dicto textu ſolum haberi, poſſe abſentes beneficiarios percipere fructus,&

hoc priuilegium concedi à Papa ibi, vt patet ex illis verbis. percipiant de licentia Sedis Apostolicæ prouentus præbendarum, non tamen ibi negari, esse necessariam licentiam Prælati, vt statuitur in dicto cap. Relatum. aliquæ tamen Vniuersitates habent priuilegium à Sede Apostolica, vt studentes in illis Academijs non sint coacti petere licentiam à suis Prælatis, vt habet vniuersitas Salmantina ab Eugenio IV. quæ sententia est probabilis. At verius est, posse beneficiarios ratione studij abesse à suis Ecclesijs, & percipere fructus absque alia licẽtia ordinarij, non solum si theologiam vel ius canonicum docuerint, quæ nec etiam hodie in docentibus requiritur, sed etiã si illis studuerint. de iure tamen antiquo. ita Garzia de benefic. par. 3. cap. 2. n. 54. & 94. Nauarr. in sum. cap. 25. num. 121. Moneta de distribut. par. 2. q. 10. n. 3. & 12. Azor tom. 2. lib. 7. cap. 4. q. 3. vers. secundo quando. & c. 5. q. 1. Lessius lib. 2. de iustit. c. 34. dub. 29. num. 163. vers. secunda. docere. nã cum in d. c. finali detur licẽtia prædictis, vt possint abesse, & percipere fructus, & vt habeãtur pro præsentibus, non requiritur noua licentia Ordinarij, cum Papa, qui est superior Episcopis & alijs Prælatis, det hanc facultatem, vt etiam docent Glosa in d. c. finali. verbo licentia. Rebuff. in praxi tit. de dispensatio. de non residendo n. 25.

Obijcies in c. licet. de præbendis impetratur licentia de non residendo causa studiorũ, ergo non conceditur in vniuersum beneficiarijs licentia adeundi publicas Academias literarias. Respondeo ideo in eo textu impetratum fuit priuilegium non residendi, quia nõdum emanauerat caput finale de Magistris, in quo datur hæc licentia generalis, vel quia cõtra ius canonici nolebant Archidiacono præbere fructus suæ præbendæ, quãuis causa studiorum esset absens à sua Ecclesia, vel id petijt Archidiaconus ad tollẽdam omnem dubietatem. ita Abbas in dicto cap. licet. n. 4. Moneta num. 3.

Obijcies secundo. In cap. Relatum. de clericis non residentibus requiritur licentia Prælatorũ ad percipiendos in absentia propter studia fructus beneficiorum, ergo non sufficit licentia generali. Respondeo

deo eodem modo nempe dictũ caput Relatum esse correctum per dictum caput finale; quod est posterius; & quamuis ante hunc textum non potuerit beneficiarius abesse causa studij sine licentia Prælatorum, at nunc vigore facultatis generalis concessæ in cap. finali po-
22 test. de iure tamen nouo requiritur licentia Ordinarij, vt habetur in cõstitutione Pij IV. Incip. Sanctissimus edita 1564. die 24. Nouembris, quæ refertur ad finem Concilij Tridentini, & habetur in antiquo Bullario 112. const. in ordine. ibi enim sic legimus. Dispensationes & indulta de percipiendis fructibus præbendarum & beneficiorum in absentia causa studij, quæ à sacra Pœnitentiaria, vel Sede Apostolica concedi, & emanare contigerint, nequaquã huiusmodi absentibus suffragari, nisi singulorũ Ordinariorum locorũ, in quibus singula beneficia huiusmodi consistunt, consensus gratis præstãdus ad id accedat, & notat etiã Monet. de distributionibus par. 2. quæst. 10. num. 9. Barbosa de officio Episcopi par. 3. allegatio. 56. n. 28. Garzia de benef. par. 3. c. 2. n. 76. & 77. Zerola part. 1. verb. studium. §. 1. Gonzalez in regul. 8. Cancell. glos. 6. n. 252. Azor tom. 2. lib. 7. cap. 4. q. 3. vers. Extat Pij Quarti.

23 Dico octauo. Ordinarius tenetur dare licentiam Clericis habentibus canonicatus, & alia beneficia non curata, vt ratione studiorum possint abesse à suis Ecclesijs, si nempe Vniuersitas fuerit generalis, & dét operam Theologiæ, vel iuri canonico. ita Abbas in cap. relatum num. 6. de clericis non residentibus. & in cap. tuæ eodẽ tit. n. 3. Felinus in cap finali de Magistris n. 3. vers. sexto limita. Garzia de benefic. par. 3. cap. 2. n. 86. Barbosa de offic. Episc. allegat. 56. n. 29. Armend. in additio. ad recopil. legum Nauarræ li. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. de absentia n. 121. Zechus de Republ. Ecclesiast. tit. de clericis. n. 72. vers. 28. & tit. de beneficiatis nu. 6. Horat. Lucius tractat. de priuileg. scholarium priuilegio 99. Zerola in praxi par. 1. verbo studiũ. §. 1. & verbo residentia §. 3. Selua de benefic. 4. par. quaest. 7. num 29. versic. 171. non tenetur tamen Ordinarius dare hanc licentiam clerico, qui sit aetatis annorum triginta, nisi iam studia incœpisset, & il-

& illa nondum absoluisset, & sic dicitur esse decisum à sacra Congregatione teste Garzia num. 81. in 2. & 4. declaratione. ita etiam fuit definitum quoad ætatem in Concilio Mediolanensi 1. par. 2. tit. de resi-
24 dentia. vers. in his autem. In docentibus vero sacram Scripturam, vel ius canonicum, vel Theologiam non requiritur licentia Episcopi, sicut requiritur in studentibus, vt declarauit sacra Congregatio, teste Garzia, dicto cap. 2. num. 87. & 559 ad 4. vt etiam sentit Barbosa dicta allegatione 56. in fine.

25 Dico nono. Post Concilium Tridentinum obtinentes Ecclesias parochiales non possunt studiorum causa abesse à suis Ecclesijs, & si absunt, non possunt percipere fructus, nec Ordinarij possunt talem licentiam concedere. ita Prosper de Augustino in addition. ad Quarantam, verbo residentia. vers. item limita. Farinac. decis. 29. in nouiss. Barbosa de offic. Episcopi par. 3. allegatio. 53. num. 77. & alleg. 56. num. 30. Aloys. Riccius in collect. decision. par. 3. collect. 563. & in praxi fori Ecclesiast. resolut. 393. in fine, & resolut. 310. num. 1. Gonzalez in regul. 8. Cancellar. glosa 6. num. 251. vbi dicit ita fuisse declaratum à sacra Concil. Tridentini Congregatione, Henriquez consil. 23 num. 4. Thominger. consil. 6. num. 6. & 7. Garzia de benefic. par. 3. cap. 2. num. 80. vbi dicit sic etiam fuisse declaratum ab eadem sacra Cõgregatione. Armendar. in addition. ad recop lat Legũ Nauarræ lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. de absentia num 122. ratio huius est, nam cum Ecclesiæ parochiales conferantur per concursum, vt præcipitur in Concilio Tridentino sess. 24. cap. 18. de reformatione, supponitur, eum, qui confertur beneficium parochiale, esse idoneum, & iã studuisse, & consequenter non esse necesse, vt studiorum causa absit à sua Ecclesia, ne ob absentiam ista debito seruitio
26 defraudetur. Quamuis olim potuerit Parochus studiorum causa abesse per septennium ex consensu & licentia Episcopi, vt habetur in cap. cum ex eo. de electione in 6. & asserunt Rebuff. in praxi tit. de dispensatione de non residendo. num. 25. Salzedo in praxi criminal. cap. 52. & ibi Diaz Nauarr. in sum.

sum.cap.25. num.120. Gonzalez num.259. Riccius dicta resolut.310. num.1. Derogat vero Concilium Tridentinum in sessione 23. cap. 1. de reformatione priuilegio, quod olim habebant Parochi studiorum causa in absentia percipiendi fructus illis verbis, vt habentes curam animarum non possint abesse, nisi causa prius per Episcopum cognita, & probata, & discedendi licentiam vltra bimestre tempus non obtineant, nisi ex graui causa, at declaratum est à sacra Congregatione studium non esse grauem causam, vt obtinentes beneficia curata possint abesse, cum illa obtineantur per concursum, præsertim cum hodie sint alij, qui possunt docere Theologiam, & ius canonicũ, eisque studere absque tãto Ecclesiarum, & animarum detrimento.

27 Dico decimo. Licentia, quæ conceditur, vt causa studiorum possint beneficiarij abesse à suis Ecclesijs, non extenditur vltra quinquẽnium à die, quo beneficiarius cœpit studere. vt constat ex cap. finali de Magistris. & tradunt Moneta de distribut. par.2. q. 10. nu. 14. Barbosa de officio Episcopi par. 3. allegatio.56. num. 31. Salzedo ad Diaz in practica crimin. cap. 53. Armendar. loco citato num.99. & 102. Garzia de benefic. par. 3. cap. 2. n. 105. Lessius lib.2.c.34. dub. 29. num. 163. in princip. quod intelligendum est de discentibus, & non de docentibus, nam isti poterunt percipere fructus beneficiorum in absentia toto tẽpore, quo docuerint, vt patet ex Concilio Tridentino sess. 5. cap. 1. de reformat. in fine. & ex cap. finali de Magistris. & docent ibi Abbas num. 4. & 5. Moneta de distribut. part.2. q. 10. num.16. Barbosa num. 32. Lessius num. 163. vers. secun-

28 da docere. vbi etiam dicit excusari à residentia beneficiariũ propter literas humaniores, & philosophiam, cum licentia tamen Episcopi, nisi vbi contraria consuetudo viget, & citat Nauarrum in summa cap. 35. num. 121. in princip. vbi ait.

29 Excusat à residentia auditio Theologiæ ad quinquennium, prælectio eiusdem, donec durauerit, etiam sine licentia Prælati, quia eam ius concedit cap.finali de Magistris. & idem est de auditione & praelectio-

ne

ne iuris Pontificij iuxta Archidiac. in cap. 2. de priuileg. lib. 6. & Panorm. in dict. cap. finali. Ad alias ſcientias licentias Epiſcopi requiritur, idem aſſerit Azor tom. 2. lib. 7. c 4. quaeſt. 3. verſ. quarta cum. vbi inquit. Excuſatur à reſidentia, cum quis in alia qualibet ſcientia etiam Grammatica, vt Gloſſa annotauit in cap. Cum ex eo. de electione in 6. in verbo litterarum, ſuum ſtudium, & operam ponit, idque in loco ſtudijs generalibus publice deſtinato in prædicto cap. cum ex eo. Ad hoc tamen ſtudiũ litterarium neceſſe eſt, vt Parochus à ſuo Epiſcopo, in cuius diœceſi beneficium habet, facultatem impetret c. Relatum, c. Tuæ. de Cleric. non reſident. & in c. cum ex eo paulo ante memorato. Moneta dicta quæſt. 10. num. 7. ſic etiam ſentit, vbi hæc habet. Gloſa in c. 2. de priuileg. in 6. verb. integre optime admonet, eum, qui abeſt cauſa ſtudij alterius, quã Theologiæ non iure communi, vt abſens cauſa ſtudij Theologici ex c. licet de præbend. & c. finali de Magiſtris, ſed vel ex diſpenſatione Epiſcopi, aut Papæ vt c. Tuæ fraternitatis. de cleric. non reſident. & c. cum ex eo. de electio. in 6. vel etiam ex cõſuetudine, aut ſtatuto Eccleſiæ. vt ibidem docet Gloſ. & Abbas dicto cap. Tuae num. 5. percipere fructus ſuae præbendæ ac beneficij, & n. 8. ait Petrum Gregorium Tholoſ. in tract. de benefic. cap. 7. nu. 10. nimis laxe locutum eſſe, dum indiſtincte vult, quemlibet poſſe cauſa ſtudiorum abeſſe à ſuis eccleſijs etiam ſine licentia ſui Prælati, nam contrarium expreſſe habetur in c. cum ex eo. de electione in 6. & in dicto c. Tuæ. & notat ibi Gloſa 1. verb. indultũ. & verb. accepta licẽtia.

30 Obijcies in cap. Vulteranæ. & in cap. conceſſo 12. quæſt. 2. & in capit. generaliter. & cap. charitatem 16. quæſt. 1. dicitur non eſſe dandos reditus Eccleſiaſticos ijs, qui abſunt à ſuis Eccleſijs etiam ſtudiorum cauſa, nam in illis iuribus reditus ſolum conceduntur ijs, qui diuinis officijs interſunt, ergo praedicti, ſi abſint, non poſſunt percipere fructus. Reſpondeo quicquid ſit de iure antiquo, poſtea deciſum eſt in alijs iuribus poſſe beneficiarios cauſa ſtudiorum percipere fructus in abſentia, vt bene notat Moneta dicta q. 10. n. 12.

Obij-

Obijcies 2. In c. finali de rescriptis in 6. Bonif. viij. reuocat omnes indulgentias, & facultates concessas clericis à se, & à suis prædecessoribus, vt scilicet possint in absentia percipere fructus, quamuis dent operam literis. ergo. Respondeo solũ esse sublatas in eo textu facultates & indulgentias perpetuas, vt docet Moneta quæst. 10. cit. num. 13. & patet ex eo textu ibi: Indulgentias perpetuas cõcessimus: quare non reuocantur facultates cõcessæ ad quinquennium, vel ad aliquod determinatum tempus, quod etiã notat Glosa ibidẽ Verbo: Perpetuas.

31 Putat Azor dicto tom. 2. lib. 7. cap. 4. q. 3. vers. sed ante eum, qui in qualibet scientia etiam Grammatica operam ponebat, ante Concilium Tridentinum non fuisse obligatum petere facultatem absentandi se à sua Ecclesia, & talem fuisse consuetudinem, nam in cap. Relatum, de Clericis non residentibus Summus Pontifex sub disiunctione loquitur: Nisi forte, inquit textus, de licentia suorum Prælatorum, vel studio litterarum, vel alijs honestis caussis contigerit eos abesse, vt etiã sentit Rebuffus in praxi beneficio tit. de dispensatio. de non residendo, sed contrarium vult Moneta nu. 10. additque Azor ante idem Cõcilium passim impetrari solitam fuisse licentiam de non residendo studiorum caussa in curia Romana à summo Pœnitentiario. at hoc tempore dicitur, teste Garzia de beneficijs par. 3. cap. 2. num. 81. ad finem, sacra congregatio cẽsuisse, vt Illustrissimus Pœnitentiarius deinceps vel abstineat ab his licentijs cõcedendis Parochis & Curatis, vel saltem præsentibus in Curia ipsemet, præuia informatione, eas concedat, non autem per substitutos, aut officiales suos.

32 Dico vndecimo. Post concilium Tridentinum Parochus non potest abesse à sua Ecclesia, vt doceat in Ciuitate Grãmaticam, quamuis non inueniretur alius idoneus ad legendum, & fuerit etiam relictus idoneus Vicarius & approbatus cum congrua mercede, & solemnibus diebus pariter ipse parochus interesset: ita Gonzalez in regul. 8. Cãcellar. glos. 6. num. 254. Riccius in praxi fori Ecclesiast. resolut. 393. num. 2. Barbosa de offic. Episcopi par.

3. al-

3. allegatio. 53.num.76. qui referunt sic fuisse decisum à sa-
33 cra Congregatione. Præterea si Parochus vel Curatus obtineat Ecclesiam distantem à ciuitate per duo miliaria, non potest esse magister Grammaticae in ciuitate, & à residentia excusari, quamuis singulis diebus festis vellet ad suam Ecclesiam accedere. ita Garzia de benefic. part.3. cap. 2. num. 179. declaratio.19. Armendar. in addit.ad recopil. legum Nauarræ lib.2. tit. 23. l.2. §.2. de residentia vel absentia Parochorum num. 147. Barbosa dicta allegatio. 53. num. 75. qui dicunt sic fuisse decisum à sacra Concilij Tridentini Congregatione.

34 Dico duodecimo. Potest Episcopus in sui seruitium habere duos canonicos Ecclesiæ suæ, qui fructus præbendarum in absentia percipiant, nam eo ipso, quod seruiunt Episcopo, censentur etiam seruire Ecclesiæ, vt constat ex cap. de cætero. de clericis non resident. vbi dicitur. Statuimus ne canonicis, donec in seruitio tuo fuerint, quicquã subtrahi debeat, vel auferri, quod de communitatis sibi beneficio debetur. nisi forte sint victualia, quæ non cõsueuerunt absentibus exhiberi. idem constat ex cap. Ad audientiam. eodem tit. vbi sic legimus. Decernimus, vt duo ex canonicis in tuo seruitio existentes suarum fructus integre percipiant præbendarum, cum absentes dici non debeant, sed præsentes, qui tecum pro tuo & ipsius Ecclesiæ seruitio commorantur; & docent Abbas in d. c. de cætero n.3. Moneta de distribut. par.2. q.8. n.1. & seqq. Stephan. Quaranta verbo Residentia. Stephanus Gratianus tom. 1. disceptat. forens. cap. 166. nu. 20. Azor tom. 2. lib. 7. cap. 4. q.3. vers. sexta causa. Barbosa de officio Episcopi par. 3. allegat. 53. n.144. Reginal. in praxi fori pœnitent. lib.3. tract. 3. n.54. vers. quarta. Cenedo lib. 1. practic. q.1. n. 35. quod est verum, quamuis in ea Ecclesia esset constitutio iurata, & auctoritate Sedis Apostolicæ firmata, vt qui in Ecclesia non residet, fructibus beneficiorum & præbendarum priuetur, vt patet ex dicto cap. Ad audientiam, & docet Moneta loco cit. numer. 4. qui num. 6. addit, quod licet probabile sit solos canonicos Ecclesiae cathedralis

lis gaudere hoc priuilegio, cum textus loquatur de huiusmodi canonicis, ait tamen probabilius esse hoc priuilegio gaudere omnes canonicos Ecclesiarum collegiatarum ciuitatis & diœcesis, cum in dicto cap. de Cætero de Cleric. nō resident. absolute & vniuersaliter concedatur hoc priuilegium Canonicis, nec in dicto cap. ad audientiā excluduntur alij canonici, quia ibi Summus Pontifex Honorius Tertius solū respondet ad casum sibi propositū. An scilicet canonici Ecclesiæ Meldensis cathedralis possent percipere fructus inseruientes Episcopo, & Papa respondit
35 posse. non possunt vero gaudere hoc priuilegio nisi duo canonici, vt docet Glosa in dicto cap. Ad audientiam. verbo vt duo. vbi ait duos ex canonicis posse esse in seruitio Episcopi, ita quod non priuentur beneficio suo interim, si vero plures essent, priuarentur. Ex eo enim, quod concedit de duobus intelligitur prohibere de pluribus, & credo hoc statutum fuisse, ne in fraudem hoc aliqui procurent, & Ecclesiæ seruitium diminueretur propter illorum absentiā, & ex hoc videtur, quod vltra duos nō posset cogere Episcopus, vt in suo seruitio essent. Moneta vero dicta quæst.8.n.7. putat quod Episcopus licet solum duos canonicos Ecclesiæ cathedralis possit assumere, nā huiusmodi Ecclesia debet ob sui dignitatem habere maiorē copiam ministrorum, possit tamen in Ecclesijs collegiatis plures duobus canonicis assumere pro suo seruitio, & isti possint integre percipere fructus, sed altera opinio est sequenda.

Obijcies. In Concil. Trid. sess. 24. c. 12. de reformat. prohibetur ne vigore cuiuslibet statuti, aut consuetudinis canonici vltra tres mēses absint à suis Ecclesijs, ergo post Concilium nō potest Episcopus habere in sui seruitium duos canonicos, cum Concilium derogare videatur textibus in c. de cætero, & in c. ad audientiam. de Cleric. non
36 resident. lex enim generaliter, loquens generaliter, & absque distinctione debet intelligi l. de pretio. ff. de public. l. qui filium. ff. de legat. præstand. l. 2. §. conuenire in fine. ff. de iudic. l. quos prohibet. ff. de postuland. & docet late Romanus in l. si vero. §. de viro. num. 19. & seqq. Re-
37 spondeo etiam post Concilium pos-

posse Episcopum habere duos canonicos in sui obsequium; & ita sentiunt Zechus de Republ. Ecclesiast. c. 24. de Canonicis nu. 4. & de beneficiatis num.6. Salzedo in practic.c.52. litt. C. casu 2. Hoieda prima par. de incompatib.benefic.c.17. n.29. & 2.par.cap.10. num.15. & 16. Cabedo decisio.94. par.prima, Sbrotius lib.1.de Vicario Episc. quæst.43.num.4.Nauar.cons. 1. & 2. de Cleric. non resident. Gonzalez glos. 6. num. 255. in regul. 8. cancel. & ita dicitur declarasse sacra congregatio.

38 DICO decimotertio. Soli Canonici non autem alij clerici gaudent hoc priuilegio, vt absẽtes pro seruitio Episcopi possint percipere fructus suorum beneficiorum. ita Moneta de distribut.par.2. q.8.nu.8. Gonzalez in regul.8.Cãcellar. glos. 6. num.261. & seqq. Garzia de benefic. par.3. cap.2.nu.8. nam in cap.de cætero & in c. ad audientiam. de clericis non residentibus fit solum mentio de

39 Canonicis,quorum nomine nõ comprehenduntur alij clerici; Glos. in cap.penult. de Cleric. non resident. verb.Assisios. Zechi. de Republica Ecclesiast. c. 24. de Canonicis num. 2. Selua de benefic. par.1. q.2. num.47.

40 Mantua obseruat.67.deinde in odiosis & à iure exorbitantibus non est facienda extensio de persona ad personam,quamuis sit eadem ratio, vel etiam maior, vt bene docent Glos. in l.tam is. §.1. ff.de donatio. causa mortis. Bartol. in l. præcipimus. §. final. C.de appellatio. Iason in Authent. quas actiones nu.21. C. de sacros. Eccles. Ripa in l. si constante. ff. solut. matrim. num.57. Capra regul. 90. num.113.Decius in l.Non debet cui.de regul. iur. disposi-

41 tio enim odiosa est restringenda, & non extendenda, vt docent Euerardus in Topic.loco à ratione legis lar.num.41.& 47. Moneta nu.8. Natta cons.424. num.5.Surd. decis.208.num. 5. Grammat. tract. de extensio. n.118. Alciat. in cõm.de verb. significat.lib.2.n.34.& 35.Matthesil. trac.de extensio. in princip.num.1. & constat ex l. præcipimus. C. de appellation. l. sancimus.C. de testi. §. finali in Authent. de administ. offic.l. si furioso. C. de nuptijs l. si vero. §. de viro.ff. solut. matrim. Authent. quas actiones. C. de sacrosan.Eccles. c.cum expediat. de electio. nos vero sumus in odio-

odiosis, cũ agatur de cultu diuino diminuendo, qui tamen debet augeri iuxta cap. finale. de rescrip. in 6. sumus item in exorbitantibus à iure, nam quod beneficiarij non teneantur residere in suis ecclesijs, & quod possint in absentia percipere fructus, est contra Concilium Tridentin. sess. 24. cap. 12. de reformat. & sess. 23. cap. 1. de reformat. & sess. 6. cap. 1. de reform. & contra cap. sicut vir. cap. peruenit. cap. sciscitaris. cap. suggestum 7. q. 1. c. Ad hæc. & cap. Extirpandæ. de præbendis. cap. quia nonnulli de cleric. non residentib. cap. licet. de election. in 6. &

42 alia iura. Nonnulli tamen volunt, non solum canonicos, sed etiam alios clericos gaudere hoc priuilegio, dummodo concurrat dispensatio Episcopi. ita Io. Andreas in dicto cap. Ad audientiam. vbi Butrius n. 9. Ancharan. notab. 3. Anani. in princip. Cardinal. q. 4. Imola num. 13.

43 Alij vero dicunt posse Episcopum assumere ad sui seruitium etiam alios clericos non canonicos, si concurrat vtilitas Ecclesiæ cathedralis, vel publica vtilitas, non vero pro seruitio solius Episcopi, nisi in casu vrgentis necessitatis. ita Abbas in cap. Ad audientiam. de cleric. non resident. num. 8. Ioãnes Selua de benefic. quarta parte q. 6. num. 33. Gonzalez in regul. 8. Cancellar. glosa 6. num. 262. Rota decis. 222. par. 2. diuersorum. Nauar. in summ. cap. 25. num. 121. causa secunda, vbi ait, posse Episcopum assumere duos canonicos, ac etiam alios, si occupentur ab eo in vtilitatem Ecclesiae suæ vel cathedralis, non autem si solum occupentur in suo seruitio personali, nisi ex vrgente causa, & Ecclesia non indigente seruitio. & consil. 5. de ætate & qualitate. nu. 2. vbi ait Prælatum Ecclesiæ collegiatæ curatæ suo inseruiendo Episcopo non excusari à residentia, nisi magna causa vrgeret Episcopum ad eum retinẽdum in suo seruitio. Zechus de Republic. Ecclesiast. tit. de beneficiatis num. 4. vers. 9. Lopez in instructor. tom. 1. capit. 249. causa secunda. Salzedo in practic. cap. 52. litt. C. casu secundo. Puteus lib. 3. decisio. 294.

44 Quod vero dictum est de Episcopo, idem est dicendum de Archiepiscopo quoad cleri-

ricos suæ diœcesis, non vero suorum suffraganeorum ita Zerola in praxi Episcopali prima parte, verbo residétia. §. 4. Moneta de distribution. par. 2. q. 8. num. 9. Salzedo loco cit. Garzia de benefic. par. 3. cap. 2. n. 382. Nauarr. consil. 2. de clericis non resident. num. 1. Hoieda tractat. de benefic. incompatibil. cap. 17. num. 29. Rebuff. in praxi benefic. tit. de dispensation. de non residen. nu. 41. Selua tract. de benefic. quarta par. q. 6. cap. 17. Sylu. verbo re-
45 sidentia num. 7. Idem est dicendum de clericis, qui absunt ab Ecclesia pro seruitio Cardinalis Legati saltem intra prouinciam, isti enim in absentia possunt percipere fructus præbendarũ. ita Ioan. Andreas in cap. cum dilectus. de clericis non residentib. num. 7. Garzia de benefic. par 3. cap. 2. num 382. Moneta de distribution. par. 2. quæst. 9. n. 3. Gambara tract. de auctor. Legati libro 1. num. 56. quia inseruiendo Legato saltem cẽsentur inseruire Ecclesiæ vniuersali, quod, vt docet Abbas in dicto cap. cum dilectus. num. 2. & 3. sufficit ad lucrandos fructus
46 beneficiorum. Qui vero seruiret simplici Cardinali, non posset percipere fructus beneficiorum. ita Moneta dicta q. 9. num. 7. Garzia num. 388. Franchus in cap. finali de verbor. significat. in 6. num. 3. vbi Dominicus num. 5. quia tale priuilegium nullo iure est expres-
47 sum. Item qui seruiunt Summo Pontifici, vt Capellani, Camerarij, &c. percipiunt etiã fructus beneficiorum, vt constat ex cap. cum dilectus. de clericis non residentibus. vbi dicitur. Mandamus, quatenus non obstante consuetudine, quæ contra absentes canonicos inter vos dicitur emanasse, fructus præbendæ suæ assignetis eidem in nostro seruitio commoranti, cum familiares nostri, qui circa nos se obsequiales exhibent vniuersis, minori non debeant prorogatiua gaudere, quam vestrum singuli, quorum negocia per ipsos sæpius promouẽtur. vbi notat Glosa verbo familiares, hoc concedi prædictis, quia familiares Papæ pars corporis eius esse intelliguntur cap. si quis cum militibus. vers. nam & ipsi. 6. quæst. 1. & verbo obsequiales ait dici præsentes, qui in seruitio Papæ sunt, & tra-

dunt

dunt Abbas in dicto cap. cum dilectus. num.3.& ibi Ioan.Andreas num.2. Archidiac. in c. vnic. de cleric. non resident.in 6. Garzia de benefic.par.3.capit.2. num.383. Moneta de distribut. par.2. q.9. num.12. Io. Selua de benefic. part.4. q. 6. num.36. Angelus verbo Clericus 7.§.2. Syluest.verbo residẽtia. num.7. Rebuff. in praxi benefic.tit.de dispensatio. de non residendo num.32. Hoied. tractat. de benefic. incompatibil. cap.17. num.29. casu septimo. Salzedo in pract.cap.52.casu 3. Lopez in Instructor.tom.1.cap. 249. causa tertia. quod est intelligendum de ijs, qui morãtur in curia ex præcepto Papæ, non vero ex propria voluntate,quia isti non tam vtilitatem Ecclesiæ vniuersalis procurant quam propriam. ita Moneta num. 12. Garzia num. 384. & fauet textus in l. sed si per Prætorem. §.finali in fine. & l. inter eos. §. 1. ff. ex quibus cau. maio. ibi. Eos,qui notis scribũt acta præsidum Reipublicæ cau-
48 sa non abesse certum est. Præterea Canonicus, qui etiam est Vicarius Episcopi, dum suo Episcopo in officio Vicariatus inseruit, poterit percipere fructus sui canonicatus, vt colligitur ex cap.de cætero. & cap. ad audientiam. de cleric. non resident. ibi. cum absentes dici non debeant,sed præsentes, qui tecũ pro tuo, & ipsius Ecclesiæ seruitio commorantur, & affirmant Iacob.Sbroz. tract. de offic.Vicarij lib.1.q.43. n.4. Rebuff. eodem tractatu de officio Vicarij num.5.Hoieda. tractatu de incompatibil. benefic. par.1. cap.10. num. 15. & 16. Moneta de distribut. par. 2. q. 11. num.80.

49 Dico decimoquarto. Episcopus non potest habere in sui seruitium Parochum, vel Curatum, nec item potest illum occupare in seruitio Ecclesiæ cathedralis, vt nempe sit Vicarius,Visitator,Secretarius,Fiscalis &c.ita Armendar. in additio. ad recopil.legum Nauarræ lib. 2.tit.23.l.2.§.2.de resident. vel absent. Parochor. n.166.167.& 175.Gonzalez in regulam 8. Cancellar. glos. 6. num. 258. Barbosa de officio Episcopi par. 3.allegatio.53. n. 85. Zeroba in praxi Episcopali par.2.cap.3.n.27.Garzia de benefic.par.3.cap.2.n.42.Sa verb. Residentia num. 1. vbi ait.Curatum, ne resideat, nulla ex-

cusat consuetudo, nec secundũ congregationem Concilij excusat seruitium Episcopi, aut Cathedralis, aut inquisitionis, aut paucitas ouium, aut defectus domus propriæ, potest enim conducere alienam. nec secundum Caietanum 2. 2. q. 185. art. 5. esse Auditorem Rotæ, aut Secretariũ Sedis Apostolicæ, nec secundum Sotum, esse Cardinalem. Si enim est Episcopus, debet residere in Ecclesia sibi cõmendata. Quaranta in summa Bullarij verbo Residentia pag. 446. Posseuinus de officio Curati cap. 1. n. 12. & dicunt sacram congregationem declarasse hoc, nempe Episcopum non posse vti opera Parochi in visitatione vel in alio seruitio suæ diœcesis nisi pro tempore permisso duorum mensium, & tunc pro tempore idoneus Vicarius debet deputari, immo nec de iure communi cõceditur Episcopo posse habere in sui seruitium parochum, vt notat Gonzalez n. 260. cum textus in cap. de cætero & c. ad audientiam de clericis non resident. loquantur
30 solum de Canonicis. & quod maius est, putat Stephanus Gratian. tomo 1. disceptat. forensi. c. 166. num. 20. hodie non posse Episcopum assumere canonicos in sui seruitium, quamuis non sint curati, cum multi hoc tempore reperiantur viri docti, & Episcopi habeant redditus satis amplos, vt aliunde possint sibi prouidere.

SVMMARIVM.

1 Episcopi & alii beneficiarii habentes beneficia curata, si absque legitima causa à suis Ecclesiis absint, tenentur pro rata temporis, quo absunt, fructus restituere. Cum est iusta causa, licitum est abesse. immo cum quis abest cum iusta causa, non censetur abesse, sed esse præsens.

2 Fructus amissi à beneficiarijs ob non residentiam debent restitui vel fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus loci.

3 An Episcopi & alij beneficiarij curam animarum habẽtes iure naturali & diuino teneantur restituere fructus, si non resideant.

4 An Episcopi, & alij habentes curã animarum teneãtur restituere fructus ante vllam sententiam, si absint à suis ecclesiis.

5 Episcopi possunt à suis ecclesiis abesse singulis annis tres menses, nec amittunt fructus.

6 Si necesse fuerit, vt Episcopi absint à suis Ecclesijs amplius tribus mẽsibus, tunc legitimæ absentiæ

causa

causæ approbandæ sunt, vel à Papa, vel à Metropolitano, &c.

7 Si Episcopus à sua Ecclesia sine legitima approbatione amplius annum continuum abfuerit, Metropolitanus per litteras tenetur hoc denunciare summo Pōtifici.

8 Si causæ absētiæ fuerint legitimæ & approbatæ à superiori, poterunt Episcopi, & alij, qui tenētur residere, fructus suorum beneficiorū percipere, quamuis causæ non essent approbatæ in scriptis.

9 Quando occurrit vrgens necessitas, ob quā Episcopus non possit adire Romanum Pontificem nec Metropolitanum, poterit abesse à sua ecclesia sine facultate superioris, vt etiam in tali casu poterit abesse Parochus sine licentia Episcopi.

10 Parochi si à suis ecclesijs absque legitima causa ab Episcopo cognita, & approbata in scriptis absint vltra bimestre tempus, peccant mortaliter, & fructus pro rata absentiæ amittunt.

11 Parochi ex iusta causa possunt sine Episcopi approbatione abesse cōtinuo, vel diuisim ad duos menses à suis Ecclesijs.

12 Multi doctores probabilius asserūt parochos non posse abesse ad duos menses sine Episcopi facultate.

13 Parochus, qui à sua Ecclesia per vnum vel duos menses abfuit absque facultate Episcopi, vel absque legitima causa, non potest percipere fructus pro rata absentiæ, sed tenetur eos restituere.

14 Ante concilium Tridentinum erat licitum Parochis sine licentia Episcopi abesse à suis ecclesijs ad duas vel tres hebdomadas. Qui breui est rediturus, nō iudicatur abesse. Parochus ruralis, qui semel in hebdomada ad vrbem reuertit, ibique per vnum diem moratur, non peccat, nec tenetur restituere fructus.

15 Parochus, si ex iusta causa absit, si non petat licentiam, peccat, at non tenetur restituere fructus. quod si petat licentiam fingendo causam iustam, quā reuera non habet, peccat mortaliter, & tenetur restituere fructus.

16 Ad hoc, vt Parochi non incurrant pœnas latas in concilio Tridentino contra absentes, requiritur expressa licentia, & non sufficit tacita.

17 Quod de Parochis est dictū, idem intelligendū est de alijs, qui habent beneficia curata, & de perpetuis coadiutoribus. Parochi cum à suis ecclesijs absūt, debent vicariū in sui locū substituere.

18 Pœnæ impositæ à concilio contra nō residentes an extendantur ad Superiores religiosorum.

19 Obtinentes in Ecclesijs Cathedralibus aut Collegiatis dignitates, canonicatus, præbēdas, aut portiones non possunt vltra tres mēses ab eisdem Ecclesiis quolibet anno abesse.

20 Cum concilium concedit, vt obtinentes dignitates, canonicatus &c. possint abesse per tres menses

possunt accipi tales menses nõ solũ continui, sed etiã interpolati.

21 *Obtinentes dignitates, canonicatus &c. debent priuari fructibus, si non resideant, non tamen sunt ipso facto illis priuati.*

22 *Leges, statuta, & decreta, quando vtuntur verbis futuri temporis imponendo aliquã pœnam, non ipso facto illam imponunt, sed ad illam incurrendam requiritur Iudicis sententia.*

23 *Canonicatus & portiones in Ecclesiis cathedralibus, & collegiatis requirunt residentiam.*

24 *Habentes dignitates, canonicatus, præbendas, aut portiones incidũt in pœnas, si absint à suis Ecclesiis, quamuis sint præsentes in loco, vbi est Ecclesia, cuius sunt canonici. Et peccãt mortaliter, si vltra tempus à concilio permissum notabiliter absint.*

25 *Leges & præcepta circa materiam grauem obligant sub peccato mortali.*

26 *Potest Episcopus iustam ob causã dare facultatẽ canonicis, vt possint abesse per quatuor menses. qui quatuor menses sunt distincti ab illis tribus mensibus, quos concilium canonicis concedit, vt possint à suis Ecclesiis abesse. Canonici possunt per tres menses abesse à suis Ecclesiis absq; alia licentia superioris.*

27 *Sicut canonicus potest à sua ecclesia abesse per tres menses, sic etiã potest Coadiutor.*

28 *Quamuis obtinentes in Ecclesiis Cathedralibus aut Collegiatis, dignitates, canonicatus, præbendas, aut portiones possint abesse per tres menses, non tamen omnes possunt eodem tempore, abesse, immo nec maxima eorum pars, sed tantum illa pars, quæ Episcopo, vel Capitulo prudenter videbitur.*

29 *Concilium Tridentinum reuocat omnes consuetudines & statuta, quibus antea habẽtibus dignitates, canonicatus, præbendas &c. licitũ erat abesse vltra tres menses, non tamen reuocat priuilegia, si fuerint concessa à Sede Apostolica.*

30 *Quando fertur lex generalis de aliqua re, per talem legem non derogatur priuilegio particulariter concesso super ea re, de qua lex est promulgata.*

31 *Priuilegium à Principe concessum non debet facile tolli.*

32 *Si in fundatione Ecclesiæ alicuius particularis fuit conditum statutum, vt Canonici vltra tres menses possint abesse, an tale statutum fuerit sublatum per Concilium Tridentinum.*

33 *Concilium dum reuocat consuetudinem, ne habentes dignitates, canonicatus, præbẽdas, aut portiones possint abesse à suis Ecclesiis vltra tres menses, reuocat omnem consuetudinem etiam immemorialem.*

34 *Consuetudo immemorialis non cẽsetur auferri, nisi de illa fiat expressa mentio in lege vel decreto reuocante consuetudinem etiam apposita dictione vniuersali.*

Quan-

35 *Quando per legem seu statutum aufertur quacumque præscriptio, non censetur sublata præscriptio immemorialis, nisi de ea in lege fiat expressa mentio.*

36 *Consuetudo immemorabilis priuilegio æquiualet, eandemque vim vtrumque habet.*

37 *Cum tollitur consuetudo tanquam iniqua, censetur etiam sublata consuetudo immemorabilis.*

38 *Non valet consuetudo, vt quis in absentia fructus percipiat beneficiorum præsertim in habentibus præbēdas, canonicatus &c. in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis præcipue insignibus, si patiantur defectum ministrorum. sicut non valet talis consuetudo, si præbeat occasionem vagandi, vel si absque iusta causa fuit inducta.*

39 *Quando Ecclesiæ collegiatæ non sunt insignes, immemorialis cōsuetudo non residendi excusat.*

40 *Ad hoc, vt valeat consuetudo, requiritur, vt sit introducta & obseruata cum tolerantia Ecclesiæ vel Papæ.*

41 *Consuetudo honesta potest excusare, vt vltra tres menses habentes dignitates, canonicatus, præbendas, aut portiones possint abesse à suis Ecclesiis, & interim percipere fructus.*

42 *Quando consuetudo reprobatur tanquam iniqua & irrationabilis, non potest de nouo induci consuetudo contra legem, quæ huiusmodi consuetudini derogat.*

43 *Lex non recepta non obligat. Lex habet tacitam conditionem, si illa moribus vtentium recipiatur.*

44 *Ad hoc, vt lex non obliget ex eo, quod non fuit recepta, requiritur scientia & consensus Principis ferentis eam.*

45 *Cum dicitur Parochos teneri residere in suis ecclesiis ad hoc, vt possint percipere fructus suorum beneficiorum, & ad hoc, vt euitent pœnas contra non residentes debet hoc intelligi non solum, quando beneficium est pingue, sed etiam quando est tenue.*

46 *Parochi debet habitare in propriis domibus Ecclesiarum, quod si ecclesiæ eas non habeant, in propinquioribus.*

47 *Fructus præbendæ, quibus ob non residentiam priuantur canonici sunt applicandi in vsum & vtilitatem Ecclesiæ.*

48 *Si Episcopus taceat, & non priuet canonicum fructibus, non tenebitur ipse illos restituere in foro conscientiæ.*

49 *Nemo tenetur soluere pœnam imponendam per sententiam, donec condemnetur à Iudice.*

50 *Episcopus peccat, si absque iusta causa dissimulet punire canonicum non residentem in sua Ecclesia.*

QVÆSTIO IV.

An beneficiarij, si absint à suis Ecclesiis, teneantur restituere fructus.

1 DIco primo. Episcopi & alij beneficiarij habẽtes beneficia cu rata, si absque legitima causa à suis Ecclesijs absint, tenentur pro rata temporis, quo absunt, fructus restituere. ita Valentia tom.3.disp. 10.q.3.puncto 5. vers. Quinto certum est. Lessius lib.2. c.34. dub.29.n.157.Garzia de beneficijs par.3.c.2. num.26.qui ait ita declarasse Sacrã congregationem Concilij. Dixi absque legitima causa, nam, cum est iusta causa,licitum est abesse, immo cum quis abest cum iusta causa,non censetur abesse, sed esse præsens. l.quæsitum. ff.de leg.3. l.Seiæ. §. Pamphile. ff. de fundo instructo. l. si quis Titio.ff.ex quibus causis maiores. l.absentia eius. ff. de regulis iuris.§ hi,qui pro Republica ceciderunt institut.de excusat. tutor.c.ex parte 2.c.ad audiẽtiam. de cleric.non resident.in fine.c.vnico eodem tit. in 6. & docent Glos.in c.de cætero. de cleric.non resident.verb.in seruitio. Nauar. cons.8. de cleric. non resident.n.2.& 4.Feder.de Senis cons.246.Paris.lib.1. cõs. 32.n.3.& 4.Rom.cons.263.n.2. & cons.264.n.3.Mandos. in regul.16.Cancell.q.32.n.1.& sequẽtib. & in regul.32.de impetrand. benef.per obitum famil. Cardinal.q.22. Cardinalis in Clem.vt ij qui. de ætat.& qualit. q.9. quod vero beneficiarij prædicti absentes absque causa teneantur pro rata restituere fructus.patet ex Concilio Tridentino sess.23.cap.1.de reformat.ibi. Si quis autem contra huius decreti dispositionẽ abfuerit,statuit sacrosancta synodus eum pro rata temporis absentiæ fructus suos non facere. & quamuis sess.6. cap.1. de reformatione post medium ibi. Si quis à Patriarchali. dicatur quarta pars fructuum vnius anni esse amittenda, si beneficiarius absit sex menses, at dicta sessione 23. auctum est, nam ibi statuitur, vt beneficiarius huiusmodi amittat fructus pro rata absentiæ.

Obijcies. Episcopi,dum absunt,

ſunt, exercent ſuum officium per Vicarios, ergo poterunt licite retinere fructus Epiſcopatus. Reſpondeo negando conſequentiam. Nam fideles, qui inſtituerunt Epiſcopatus & beneficia curata, & qui redditus præbent Epiſcopis & curatis, non inſtituerunt, vt Epiſcopi & curati ſatisfacerent officio ſuo per alios, ſed per ſe ipſos, & eorum mens fuit, vt tanquam veri paſtores & non mercenarij haberent curam gregis ſibi commiſſi, niſi quādo iuſtam cauſam haberent, qua à ſuis Eccleſijs deberent abeſſe, & fideles in inſtitutione reddituum beneficiorum ſpectarunt id, quod illis eſſet optimum, & vtiliſſimum, optimum autem eſt, ſi Epiſcopi per ſe & non per alios gregis ſibi commiſſi curam & prouidentiam habeant. Deinde tenentur prædicti per ſe munera paſtoralia exercere, & perſonaliter reſidere, quod ſi non fecerint, Concilium ſtatutum condidit, ne poſſint percipere

2 fructus. Debent vero fructus à prædictis amiſſi ob non reſidētiam reſtitui, vel fabricæ Eccleſiarum, vel pauperibus loci, vt docent Nauar. in ſum.c.25.nu. 121.& conſ.20.de celebrat.miſſar.n.4. Lopez in inſtructor.cōſci.tom.2.par.2.c.10.Henriq. in ſum.lib.7.cap.36.nu.3.Roderic. in explicatio. bullæ cōpoſitionis.n.18.& habetur in Concil. Trid.dicta ſeſſ.23.cap. 1.de reformat. verſ. ſi quis autem. & dicam etiam n.4.

3 Dico ſecundo. Epiſcopi & alij beneficiarij curam animarum habentes, non ſolū iure canonico, ſed etiam iure naturali & diuino tenentur fructus reſtituere, ſi nō reſideant, etiāſi ſequeremur opinionem illorū, qui dicunt prædictos ſolum teneri reſidere iure humano, nam dato, quod tantum cogantur ad reſidentiam iure humano, ſi non reſideant, fideles præberēt illis redditus & fructus rationabiliter inuiti, ergo tenentur illos reſtituere ijs, à quibus acceperunt, vel pauperibus vel fabricæ eccleſiæ, ita nonnulli doctores opinantur.

Obijcies. Eſt conſuetudo, vt Epiſcopi, quamuis non reſideant, percipiāt fructus, & eos nō reſtituant, ergo conſuetudo excuſat Epiſcopos non reſidētes à reſtitutione fructuum. Reſpondeo etiā hanc conſuetudinem, cum ſit cōtra ius naturale,

le,& diuinum,non valere, ita Valentia tom. 3. disp. 10. q. 3. punc. 5. vers. ex quo sequitur. Couarr.lib. 3.var.c.13.n.5.deinde cum hæc consuetudo sit cōtra ius commune,debet esse rationabilis, vt patet ex c. finali de consuet.& docet glosa ibi in casus positione. vbi ait. cōsuetudo lōgæua non valet, vt præiudicet iuri communi siue positiuo,nisi illa consuetudo sit rationabilis,& præscripta.& contra ius positiuū solum præualet cōsuetudo rationabilis & præscripta. at consuetudo, vt Episcopi nō restituat fructus, quos in absentia perceperunt, non est rationabilis,sed an hæc opinio sit sequenda, dicam num. sequenti.

4 DICO tertio. Episcopi & alij habentes curam animarū tenētur restituere fructus ante vllā sententiam, si nō resideāt. ita Alēsis 3.par. q.36.memb.5. ar.2.Driedo lib. 2. de libertate Christiana c.4. Couar.lib.3.varia.c.13.Ang.verb. Clericus 7. §.4.Valētia tom.3.disp.10.q.3. punc.5. vers.Præterea hinc etiā sequitur.Tolet.lib.5.c.4. nu.1. Quorum sententia post Cōcil. Trid.est omnino vera, quando prædicti absunt vltra tempus à Concilio præfixum,vt patet ex sess.23.cap.1.de reformat. vers. Si quis autem. vbi dicitur, eos, qui absque legitima causa absunt à suis Ecclesijs,non facere fructus suos, nec illos tuta conscientia, alia etiam declaratione non secuta, posse retinere, sed teneri illos restituere, aut fabricæ ecclesiarum aut pauperibus loci derogare, prohibita quacunque conuentione vel cōpositione pro huiusmodi fructibus male perceptis,& probatur ratione. Huiusmodi beneficiati absentes à suis Ecclesijs non acquirunt ius in huiusmodi fructus, cum Concilium velit, vt fructus applicentur fabricæ,vel pauperibus loci,ergo tenētur statim illos restituere.

Ante Concilium Tridentinū nonnulli putant tales beneficiarios non fuisse obligatos restituere fructus perceptos in absentia ante Iudicis sententiā. ita Sylu.verb.Clericus 4.q. 23.n.16.vbi ait Clericus nō residens non reperitur arctari, vt fructus restituere teneatur,nec beneficium datur simpliciter propter officium, sed etiam vt clericus assumptus in partem Domini de patrimonio domini viuat,& nō mendicet c.Diaconi

ni.93.dist.& c.2.de præben.& licet datum ob causam ea non secuta, possit repeti. vt colligitur ex toto tit.ff.de cōdic. causa data,& ex c.vlt. de rescript. in 6. hoc tamen intelligitur, si causa fuerit totalis. at non est causa totalis, ob quam clerico confertur beneficium,vt in sua Ecclesia resideat,cũ detur etiã ob alias causas, nẽpe vt recitet officiũ diuinum,vt non mendicet,vt missæ sacrificiũ offerat, vel sacerdoti illud offerenti inseruiat, vt seruiat etiã toti Ecclesiæ,& propterea non eo ipso, quod non residet, amittit fructus sui beneficij.deinde beneficium non datur sub conditione,sed sub modo, vnde modo non seruato adhuc fructus sunt beneficiati. sic etiam sentit Rosella eodem verbo Clericus.num.23. quam sententiam dicit esse probabilem Azor.tomo 2. lib. 7. cap. 6. q. 6. nam iure communi,inquit, nũquam legimus hanc pœnam ante Iudicis sententiam soluendam,& pœnæ restringi debent,non laxari.c.odia.de regul.iur.in 6. & quamuis Ecclesiæ suæ priuatæ non seruierit in absentia,seruiuit tamen Ecclesiæ vniuersali, vel diuini officij preces horarias recitando,vel aliter in ordine clericorum inseruiendo, quæ sententia est valde probabilis.

5 Dico quarto. Episcopi possũt à suis Ecclesijs abesse ad summũ singulis annis per tres menses siue continue, siue interrupte sine alia superioris approbatione,nec tunc amittunt fructus, secus vero si velint amplius abesse.ita enim statuitur in Cõc.Trid. sess.23.cap.1. de reformat. & notant Lessius lib.2.de iustitia cap.34.dub.29. n.155.Valentia tom.3.disp.10. q.3. punc.5. vers. secundo certum est. debet tamen esse iusta causa,cur illis tribus mensibus absint,& præterea debẽt abesse vllo gregis detrimento,alioqui peccabunt grauiter, nam Concilium eo loco onerat abscedẽtium animas. Ibidem asserit etiam Concilium,eos,qui aliquantisper tantũ absunt scilicet per duos vel tres menses, ex veterum canonum sententia non videri abesse, quia statim reuersuri sunt, vult tamen Concilium, vt sint præsentes Episcopi in suis Ecclesijs tempore Aduentus Domini,Natalis, Quadragesimæ, Resurrectionis, Pentecostes, & Corpo-

po-

poris Christi, & in c. si quis in clero 7. q. 1. præcipue etiam obligatur Episcopus residere in propria Ecclesia prædictis diebus festis. sic enim ibi legitur. Si quis in clero constitutus ab Ecclesia sua diebus solemnibus defuerit, idest Natiuitate Domini, Epiphania, Paschate, vel Pẽtecoste, dũ potius secularibus lucris studet, quam seruitio Dei parere, conuenit, vt triennio à communione suspendatur. Hoc spatium absentiæ conceditur Episcopis causa animum relaxandi. ita Azor tomo 2. libro 7. cap. 4. quæst. 1.

6 Dico quinto. Si necesse fuerit, vt Episcopi absint à suis Ecclesijs amplius tribus mensibus ob aliquas iustas causas, tunc legitimæ absentiæ causæ approbandæ sunt in scriptis à Romano Põtifice, aut à Metropolitano, vel eo absente, ab antiquiori suffraganeo Episcopo residente, qui idem Metropolitani absentiam probare debebit. ita Concilium Tridentinum in dicta sess. 23. cap. 1. de reform. excipit tamen non requiri hanc approbationẽ, quãdo necesse est, vt Episcopi absint propter aliquod munus & Reipublicæ officiũ Episcopatibus adiunctum, vt quando vocantur ad Concilia, vel ad Comitia, si fuerint Electores. In eodem cap. dicitur, quando plus tribus mensibus possunt abesse, quãdo scilicet christiana charitas, vrgens necessitas, debita obedientia, ac euidens Ecclesiæ vel Reipublicæ vtilitas abesse postulant. nam cum præceptum de residẽtia sit affirmatiuum, non obligat omni tempore, & in omni casu, sed iuxta circunstantias occurrentes, vt obligant alia præcepta affirmatiua.

7 Dico sexto. Si Episcopus à sua Ecclesia sine dicta approbatione amplius annum continuum abfuerit. Metropolitanus sub pœna interdicti ingressus Ecclesiæ eo ipso incurrenda infra tres menses per litteras, seu Nunciũ Romano Pontifici denũciare tenetur. Quod si ipse Metropolitanus amplius annum absit, suffraganeus Episcopus antiquior residens sub eadem pœna denunciare tenetur. ita statuitur in Concilio Tridentino sess. 6. cap. 1. de reformatione. ex quo sequitur iuxta hoc decretum Cõcilij ad Metropolitanum, vel in eius ab-

absentia ad Episcopum antiquiorem pertinere curare, vt Prouinciales Episcopi in suis Ecclesijs commorentur, & super eorum absentia inquirere: vt notant Armendar. in addition. ad recopilat. legum Nauarræ lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. rubric. Vtrum Episcopi possint se absentare à suis Episcopatibus n. 5. & 6. Augustinus Barbosa par. 3. de officio Episcopi allegat. 53. n. 5. in fine.

8 Dico septimo: Si causæ absentiæ fuerint legitimæ, & approbatæ à Superiori, poterũt Episcopi & alij beneficiarij, qui tenentur residere, fructus beneficiorum suorum percipere & retinere, quamuis causæ nõ essent approbatæ in scriptis. ita Lessius lib. 2. de iustitia cap 34. dub. 29. n. 158. citans Nauarrũ cons. 13. de præben. nu. 11. nam talis concessio iure naturali & gentium est valida, posset tamen, inquit, in foro exteriori condemnari ad amissionem

9 fructuum. Præterea quando occurrit vrgens necessitas, ob quam Episcopus nõ possit adire Summum Pontificem, nec Metropolitanum, poterit abesse à sua Ecclesia sine facultate Superioris. ex Concil. Trident. dicta sess. 23. cap. 1. de reformat. vt etiam in tali casu poterit abesse Parochus sine licentia Episcopi. ita Azor tomo 2. lib. 7. cap. 4. q. 10. in fin. Ioan. Selua de benefic. part. 4. quæst. 6. nu. 13. nam huiusmodi necessitas, cum sit grauis, non permittit, vt possit adiri superior.

10 Dico octauo. Parochi, si à suis Ecclesijs absque legitima causa ab Episcopo cognita & approbata in scriptis absint vltra bimestre tempus, peccant mortaliter, & fructus pro rata absentiæ amittunt, vt dictũ est, & constat ex Concil. Trident. sess. 23. cap. 1. de reformation. versic. eadem omnino. & asserunt Lessius libro 2. de iustit. cap. 34. dub. 29. num. 159. Franciscus Leo in thesauro fori ecclesiast. par. 3. cap. 2. num. 15. Paris. de resignation. benefic. libro 11. quæst. 10. numero 32. Barbosa de offic. Episcopi par. 3. alleg. 53. n. 93. Vgolin. de potest. Episc. c. 15. §. 4. n. 2. & §. 5.

11 n. 2. in fine. Putat Nauar. in sum. c. 25. n. 121. vers. & quãuis, Parochos ex iusta causa posse sine Episc. approbatione abesse cõtinue vel diuisim ad duos mẽses, quã sententiã sequũtur etiã

Sal-

Salzedo ad Diaz. in pract. crimin. cap. 52. littera C. versic. illud vero. Emanuel Sà, verbo residentia nu. 7. Zerola in praxi Episcop. prima par. verb. priuatio. §. 4. dub. 3. & tertio dicto. secunda dubitatio. & verbo Parochus. §. 2. Comitolus lib. 1. q. 59. num. 3. Quintanaduennas Eccles. lib. 4. num. 76. Zechus de casibus reseruatis casu 3. & de Republ. tit. de beneficiatis num. 6. Roderic. in sum. tom. 2. cap. 36. in fine, & in explicatio. bullæ compositionis num. 18. Cenedo in collectan. 30. ad 6. num. 3. Lopez in instructo consci. tom. 1. cap. 148. Ioan. Baptista Corradus in respons. casuum conscientiæ quæst. 317. Zauallos q. 585. num. 6. quamuis dicat in praxi fieri contrarium; sic etiam Azor tom. 2. lib. 7. cap. 4. q. 9. & 10. Franciscus Leo in thesauro par. 3. cap. 1. num. 19. & 21. Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 31. num. 11. vt etiam videtur sentire Valētia tom. 3. disp. 10. quæst. 3. punc. 5. versic. præcepit etiam. Nam hoc ante Concilium Tridentinum licebat. cap. præsentiam 7. q. 1. ergo etiam post, cum Conciliū expresse hoc non reuocauerit, & à iure antiquo non est recedendum sine nouo expresso. l. præcipimus. C. de appellation. Secundo Concilium id concedit Episcopis, qui magis tenentur residere, ergo etiam concedit Parochis. Tertio, quia absentia ad duos menses est modica, at leges pro nihilo reputant, quod modicū est. Et quamuis Concilium dicat, vt non obtineant licentiam nisi ad bimestre, & ex graui causa, hoc tamen, inquiunt, est intelligendum de alio bimestri.

12 Alij vero dicunt probabilius esse Parochos non posse abesse primo bimestri sine Episcopi facultate, quia Concilium ait. Quandocunque eos abesse contigerit, debere causam esse prius cognitam, & probatam per Episcopum. Ita Lessius lib. 2. de iustit. cap. 34. dub. 29. num. 159. Vgolinus de potest. Episcopi cap. 15. §. 5. num. 2. Posseuinus de officio Curati cap. 1. num. 11. Garzia. de benefic. parte 3. cap. 2. num. 23. in prima declaratione, & par. 9. cap. 2. num. 295. in secundo dubio. Ioan. Ocon in repetit. cap. 1. de cleric. non resident. in 6. num. 51. Anton. Gomez in explicat. bullæ cruciata-

ciatæ cap. 7. in quartam clausulam num. 22. addit tamen Lessius loco cit. se credere hoc
13 non esse vsu receptum. Putat Garzia parte 3. cap. 2. num. 26. Parochum, qui à sua Ecclesia per vnum vel duos menses abfuit absque facultate Episcopi in scriptis, vel absque alia legitima causa, non posse percipere fructus pro rata absentiæ, sed teneri eos restituere, cum absit contra tenorem decreti Concilij Tridentini imponentis hanc pœnam, asseritque sic fuisse declaratum à sacra Con-
14 gregatione Concilij. Scribit Ioan. Selua de benefic. par. 4. quæst. 60. num. 13. ante Concilium fuisse licitum Parochis sine licentia Episcopi abesse à suis Ecclesijs ad duas vel tres hebdomadas, nam leges & canones, vt dictum est, modicum pro nihilo habent; & qui breui est rediturus, non iudicatur abesse lege post liminium. §. captiuis. & l. nihil. ff. de captiuis. & c. præsente. §. idem est. de præbendis in 6. & ex Tridentino Concilio sess. 23. cap. 1. de reformat. vbi dicitur. quoniam autem aliquantisper tantum absunt ex veterum canonum sententia, non videntur abesse, quia statim reuersuri sunt. Notat Beia par. 4. responso. casuũ conscient. casu 21. parochum ruralem, qui semel in hebdomada ad vrbem reuertit causa videndi suos, ibique per vnum diem moratur, non peccare mortaliter, nec teneri restituere fructus relicto ibi sacerdote aliquo propter casus, qui possent occurrere, sic etiam asserit Barbosa par. 3. allegat. 53.
15 num. 92. Scribit item Lælius Zechius de casibus reseruatis casu 3. num. 3. Parochum, si ex iusta causa absit, si non petat licentiam, peccare quidem, at non teneri restituere fructus, quem sequitur Barbosa part. 3. de offic. Episcop. allegatione 53. num. 100. quod si petat licentiam fingendo causam iustam, quam reuera non habet, peccat mortaliter, & tenetur restituere fructus ex eodem Barbosa nu. 99. qui citat Azorium tom. 2. lib. 7. cap. 10. & Posseuinum de officio Curati
16 cap. 1. num. 24. Idem Barbosa num. 9. ait ad hoc, vt Parochi non incurrant pœnas latas in Concilio Tridentino contra absentes, requiri expressam licentiam, & non sufficere tacitam; quod etiam asserit Garzia

zia de benefic. par. 3.cap.2.nu. 35. qui ait ita fuisse declaratũ à sacra Congregatione.

17 Dico nono. Quod de Parochis est dictum, idem intelligendum est de alijs, qui habent beneficia curata. nam cõcilium Tridentinum sessione 23. cap. 1. de reformat. graues pœnas parochis & alijs curatis non residentibus eodem modo imponit. & affirmãt Lessius lib. 2. de iustit. cap. 34. dub. 29. nu. 160. Valentia tom. 3. disp. 10. quæst. 3. puncto 5. vers. præcepit etiam. idẽ est intelligendũ de perpetuis coadiutoribus ità Lessius num. 160. vbi ait sic explicuisse sacram Congregationem concilij. sic etiam sentiunt Riccius in praxi fori Ecclesiastici resol. 393. num. 5. ampliat. 5. Piaseg. in praxi folio 133. Gonzalez in regul. 8. Cancellar. glosa 5. §. 9. num. 17. Moneta de option. cap. 4. quæst. 8. num. 157. Campanil. in Diuersor. rubr. 7. c. 6. n. 104. Galett. in margarita casuum. verb. resident. 1. Zerol. in praxi Episcop. par. 2. c. 3. n. 37. Barbosa de offic. Episcop. part. 3. allegat. 53. nu. 78. nam coadiutoria perpetua est beneficium cum cura. In dicto cap. 1. sess. 23. dicitur, quod, cum datur facultas parochis, vt ad tempus à suis Ecclesijs absint, debeant Vicarium in sui locum substituere, qui eis inseruiant, & Vicarius debet esse approbatus ab Ordinario, & ex fructibus beneficij assignanda est ei portio, vnde sustentetur, vt etiam dicitur in c. extirpandæ. §. qui

18 vero. de præbendis. Notat Lessius loc. cit. num. 161. pœnas impositas à Cõcilio contra nõ residentes non extendi ad superiores religiosorum, qui curam habent animarum religiosorum. Extendi vero, si curam habeant animarum secularium per eos administrandam, nam de cura animarum secularium loquitur Concilium, traditque sic respondisse sacram Congregationem.

19 Dico decimo. Obtinentes in ecclesijs Cathedralibus, aut Collegiatis dignitates, canonicatus, præbendas, aut portiones non possunt vltra tres mẽses ab eisdem Ecclesijs quolibet anno abesse. ita Concil. Trident. sess. 24. cap. 12. de reform. & notant Armendariz in additio. ad recopilat. legum Nauarræ lib. 2. tit. 23. de Residentia Rubri. An Canonici vel

alij

alij obtinentes dignitatem teneantur residere in suis Ecclesijs. num.8. & seqq. Franciscus Leo in thesauro fori Ecclesiast. par.3. cap.2. num. 11. Barbosa de officio Episcopi par.3. allegat.53. num.107. Garzia de benefic.par.3. cap.2.nu.180.& seqq.Nauar.cons.2. de clericis
20 non resident. Cum vero Concilium concedit, vt obtinentes dignitates, canonicatus, &c. possint abesse per tres menses, possunt accipi tales menses, nõ solum cõtinui, sed etiam interpolati. ita Menoch. de arbitrar. casu 50.n.12.& seqq. Garzia de benefic.par.3.cap.2. num.306. Barbosa par.3. de offic. Episc. allegatio.53. num.120. Riccius in praxi fori. resolut.392. nu.3.
21 In eodẽ loco Conciliũ statuit graues pœnas prædictis, si huiusmodi præceptum transgrediãtur. vult enim, vt primo anno priuetur vnusquisque dimidia parte fructuum, quos fecit suos ratione præbendæ, ac residesitiæ. quod si secũdo anno iterum eadem vsus fuerit negligẽtia, vult vt priuetur omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit. crescẽte vero cõtumacia, contra eos iuxta sacrorum canonũ constitutiones procedatur. Verum ex hoc loco Cõcilij solum infertur prædictos esse fructibus priuãdos, nec enim ibi habetur, quod sint ipso facto illis priuati. & docent Nauar.cons.3. de clericis non resident.nu.2. Garzia nu.152. Lessius lib.2.c.34.dub.
22 29. n.162. Leges enim & statuta, seu decreta quando vtuntur verbis futuri temporis imponendo aliquam pœnã, non intelligũtur ipso iure illam imponere, sed requiritur Iudicis sententia ad illam incurrendã, vt si dicãt. qui hoc fecerit, priuetur, mulctetur, excõmunicetur, &c. vt bene tradunt Glosa in c. quisquis de electione. verbo fiat. & in verbo suspendantur. & in cap. quia propter. de foro competenti. verbo priuẽtur. & in cap. si diligenti. eodem titulo. verbo causam perdant. & in l. improbum. C. ex quibus causis infamia irrogetur. & in c. cum tu. de vsuris. verbo Priuandus. & in Clementina sæpe. de verborum signification. verbo irritandis. & in l. in criminali. C. de iurisdiction. omnium iudicum. & in l. iubemus. §. sane il primo. C. de sacrosanct. Eccles. & in l. 1. C. ne liceat potentiori.

& in Authentic. Habita. in fine. C.ne filius pro patre. Tiraquell. de reuocand. donatio. in verbo reuertatur.n.39.& seqq. Suarez de legibus disp.15.sect. 6.num. 77. & 78 Albericus in Dictionario in verbo Ipso iure. vers.quandoque subaudiuntur. & vers. verba futuri temporis. Catell.Cott.in memorabilibus. vers. verbum futuri temporis. Tuscus practicarum conclusio. verbo Priuatio concl.719. n.1. & seqq. & verbo Declaratio. concl.98. passim.& verbo Pœna conclus.238. num.3. Socin. regula 360. in princip. Franc. Turzan. in commun. opinio. q. 184. Marsil. in pract. §. Aggredior num.112.& 116.Stephan. Lamberteng. de contractibus eorum. glos.16.num. 1.Cremēsis singul.7. Angelus cons.371. n.3. Io. de Arian.cons. 32. Anchar.cons.293.in fine. Roland. cons.22.num.43.lib.3. Paul.de Castro lib.2. consil. 68. Baldus lib.1.cons.301.num.2. & 4.Oldradus cons.227.num.4. Alex. lib.1. cons.103.num.16.Signorol. cons.251. in princ. Mising. obseruat.65. cētur.3. Lapus alleg.128. n.7. Rebuffus in praxi beneficiaria parte 3. de modis amittendi beneficia numer. 2. Cumanus consil. 164. num. 2. Marsil.in practica §.Aggredior num. 114.& in rubric. ff. ad l. Cornel. de falsis. num 34. & seqq. Clarus in §. emphyteusis q.9. 13. & 14. Benintend. decis.37. Sarmient. lib. 3. selecta.c.5. in fine. Concilium vero Tridentinum dicta sess. 24. c.12.de reformat. in imponendo pœnam prædictis non residentibus vtitur verbo futuri tēporis, cum ait, alioqui primo
23 anno priuetur. Ex eodem loco Concilij infertur, & constat Canonicatus & portiones in Ecclesijs cathedralibus & collegiatis requirere residentiam, & sic fuit etiam decisum in
24 Rota 18.Maij 1598. Incidunt vero habentes dignitates, canonicatus, præbendas, aut portiones in dictas pœnas, si absint à suis Ecclesijs, quamuis sint præsentes in loco, vbi est Ecclesia, cuius sunt canonici. ita Franciscus Leo in thesauro fori ecclesiastici part.3. cap. 2. num.19.Garzia de benefic.par. 3.cap.2. num. 322. Riccius in praxi fori ecclesiast.resol. 392. num.2.Armend. loc.cit.nu.43. Piaseg.in praxi fol. 133. & peccant mortaliter, si vltra tēpus à Concilio permissum notabiliter

ter absint, vt docet Garzia nu. 321. Sà verbo residentia nu. 1. cum transgrediantur præceptum impositum à Concilio in
25 materia grauissima. At leges & præcepta circa materiam grauem obligant sub peccato mortali, vt docet Vasquez 1.2. q.96.art.4.disp.158.c.3.n.17.& c.4 n 32. & seqq. Bellarm.de controu. tom. 1. par.2. controuer.5.de memb. Ecclesiæ militant. lib. 3.cap.11.ad penul. argum. Arrago 2.2.q.62. artic.3. §. 2. est aduertendum. Salon. 2 2.q.77.ar.1.controu. 8. regula 1.§.tertio quia non possunt. Victor.relectio. de potest. ciuili num. 19. Barthol. à Medina 1 2.q.96.ar.4.dub.1.reg.2. Mexia.pragm.panis.cõcl.1.n.111. & concl.6.n.2.& 99 Driedo li. 3.de libert. Christia. c. 3. ad 5. argumen.Sotus lib. 1. de iustit. quæst.6. art. 4. post medium. Cosmus Philiarchus de officio sacerdotis par.2. lib 3. c.2.conclus.4.Tolet.lib 8.cap.20. Felinus in cap.1.de constit. nu 47. Anton.Gomez.l.40 tauri n.56. Burgos de Pax in l.1. tauri nu. 453. & ibi Anton.Gomez n.3. Beia.in respons. casuũ cõscient. casu 53. vers. nam si obseruanda. Rebuff. de pacific. possess. in princip.num.9. Didacus Perez in procem. legum. Ordinam. quæst. 10. Auendan. lib. 1. de exequ. mandat. cap. 19. num. 12. Molina libro 2. de
26 primogen. cap.1. num.7. Potest tamen Episcopus iustam ob causam dare facultatem canonicis, vt possint abesse per quatuor menses, ita Garzia de benefic.par.3.c.2.nu.408. Comitol. libro 1. respons. moral. quæst.59. num.2. vbi ait. De quatuor mensium spatio dubitari non debet. Amplissima enim Cardinalium Congregatio his verbis respondit. Ob legitimam causam Episcopi dare possunt canonicis suis facultatẽ, vt possint abesse per quatuor menses. sic etiam sentiunt Armendar. num. 124. Barbosa de offic.Episcopi par.3. allegat. 53 n.113.& 145. putat Comitolus n.3 quadrimestre hoc tẽpus ab illo trimestri esse disiunctum, quod concilium concedit canonicis, vt possint à suis Ecclesijs abesse, nam cum trium, inquit, mensium spatiũ beneficio legis concedatur, nõ videtur requiri alia licentia superioris. deinde quia postquam quis per tres menses abfuit, vt conceditur à Conci-

cilio, poteſt accidere, vt habeat iuſtam cauſam non reſidendi, quare Epiſcopus poſt tres menſes, quibus canonicus abſuit, vt conceditur à decreto Concilij, poterit illi dare alios quatuor menſes licentiam ad non reſidendum. & quod non requiratur alia licentia Superioris per illos tres menſes, docet etiam Riccius in praxi fori. reſolut. 392. num. 5 qui citat Galet. in margarit. caſuum conſcient. cap. 29. verb. Canonicus. Mandoſium de ſignatura gratiæ verb. indultum percipiendi fructus. Rebuff. in praxi in tit. de diſpenſatio. de non reſidend. nu. 25. Nauar. in ſum. cap. 25. num. 121. Abbat. in cap. tua ſub. de cleric. non reſident. num. 5. & ita fuiſſe declaratum à ſacra Congregatione Concilij refert Galett. loco

27 citato. Notat Moneta in tractatu de option. cap. 4. quæſt. 8. num. 172. quod ſicut canonicus poteſt abeſſe per tres menſes, poſſit pariter per tot menſes abeſſe coadiutor. citatque pro hac ſententia Nauarr. conſ. 1. n. 6. de cleric. ægrot. qui id non dicit in dicto cõſilio, ſed hanc opinionem ſignificat cõſilio 2. ſic etiam ſentit Barboſa de offic. Epiſcop. par. 3. allegatio. 53. nu. 125. & Rota, teſte

28 Moneta. Quamuis vero obtinentes in Eccleſijs cathedralibus, aut collegiatis dignitates, canonicatus, præbendas, aut portiones poſſint abeſſe per tres menſes, non tamen omnes, vel maxima eorum pars eodem tempore poſſunt abeſſe, ne Eccleſia deſtituatur debito ſeruitio, ſed tantum illa pars, quæ Epiſcopo, vel capitulo prudenter videbitur. ita Franciſcus Leo in theſauro fori eccleſiaſtici par. 3. cap. 2. tit. de pœna non reſident. nu. 21. Berretta conſ. 90. n. 5. Gallinus conſ. 35. n. 6. Artam. conſ. 60. n. 4. & 6. quos refert, & ſequitur Aloyſius Riccius in praxi fori eccleſiaſt. reſolut. 392. num. 4.

29 Dico vndecimo. Concilium Tridentinum dicta ſeſſ. 24. c. 12. de reform. reuocat omnes conſuetudines & ſtatuta, quibus antea habẽtibus dignitates, canonicatus, præbendas, &c. licitum erat abeſſe vltra tres menſes, non tamen vi huius decreti reuocãtur priuilegia, ſi fuerint conceſſa à Sede Apoſtolica, nam ibi dicitur. Non liceat vigore cuiuslibet ſtatuti, aut conſuetudinis

vl-

vltra tres menses abesse, quæ verba non derogant priuilegijs Pōtificijs, vt bene docent Lessius lib. 2. de iustit. cap. 34. dub. 29. num. 162. Garzia de benefic. par. 3. cap. 2. nu. 197. vbi ait sic fuisse declaratum à sacra Congregatione. Armendariz in addition. ad recopil. legum Nauar. lib. 2. tit. 23. de resident. rubrica an canonici; vel alij habētes dignit. tenean. resid. in suis Eccles. num. 21. Augustin. Barbosa part. 3. de offic. Episcop. allegatio. 53. nu. 116. Azor tom. 2. lib. 6. cap. 7.
30 quæst. 3. nam quando fertur lex generalis de aliqua re, per talem legē non derogatur priuilegio particulariter concesso super ea re, de qua lex est promulgata, vt docent Felinus in cap. 1. de rescript. num. 10. Decius in reg. In toto iure num. 8. ff. de regul. iur. Barbosa in l. 1. ff. solut. matrimon. par. 1. n. 5. Oldrad. cons. 266. Anastas. Germon. de indult. Cardinal. §. per quæ sublatis num. 69. & 73. Iason in l. 1. ff. solut. matrim. n. 9. Mandos. in regul. 4. Cancellar. q. 7. n. 5. Mil. in rep. verb. priuilegium non insertum. Anton. Gabriel de legibus conclus. 1.
31 num. 3. præsertim cum deceat priuilegium à Principe concessum non debere facile tolli. c. si cui nulla. de præbend. in 6. c. 1. in princip. de priuileg. in 6. reg. decet 16. de reg. iur. in 6. & docent Cæsar de Grassis decis. 1. num. 7. & 8. de verbor. signif. Simonet. de reseruationibus q. 88. num. 5. & seqq. Rota decis. 33. num 3. & 13. de
32 præbend. in antiquis. Notandum hic est, quod si in fundatione Ecclesiæ alicuius particularis fuerit conditum statutum, vt canonici vltra tres mēses abesse possint, hoc statutum potest alicui videri non fuisse sublatum per Concilium Tridentinum, quia non videtur esse eius mens tollere facultatem ratione fundationis concessam, præsertim si Ecclesia fuerit à laicis dotata, nam alioqui laici à fundandis Ecclesijs auerterentur, alijs vero probabilius videtur hanc facultatem esse sublatam per Concilium, nā diuturna absentia solet esse noxia Ecclesiæ, & ita videtur fuisse intentio concilij tollendi huiusmodi facultatem.

33 DICO duodecimo. Concilium dum reuocat consuetudinem, ne habentes dignitates, Canonicatus, præbendas;

aut portiones possint abesse à suis Ecclesijs vltra tres menses, reuocat omnem consuetudinem etiam immemorialem, ita Garzia de beneficijs part. 3. cap. 2. nu. 197. qui ait sic fuisse decisum à sacra Congregatione Concilij. Barbosa de officio Episcopi par. 3. allegat. 53. num. 115. qui ait ita fuisse decisum in Rota.

34 Si dicas, consuetudo immemorialis non censetur auferri, nisi de ea fiat expressa mentio in lege vel decreto reuocante consuetudinem, etiam apposita dictione vniuersali; vt docent Glosa in Authent. vt de cætero. §. vt de cætero. verb. præscriptione, collatio. 5. Angelus l. omnes C. de præscriptio. triginta annorum in fine. Tiraquell. lib. 2. de retract. conuentio. §. 1. glossa 2. num. 12. Matthæ. de Afflict. decis. 254. num. 5. Ripa in l. nemo potest. ff. de legatis 1. num. 115. Couarr. lib. 3. variar. cap. 13. num. 5. Ruin. lib. 2. conf. 13. num. 30. Aymon Crauetta de antiquitate temporis 4. part. sect. materia ista nu. 47. Roderic. tom. 1. quæst. regul. q. 9. ar. 5. in fine. Felinus in rubrica de præscriptionib. nu. 18. & vlt. & in c. accedentes eodē tit. num. 6. Io. Gutierrez lib. 3. practicarum quæstionum q. 77. num. vlt. Rolandus lib. 4. consil. 59. num. 17. Decius consil. 271. & cons. 496. num. 10. Bertrand. volum. 1. consil. 98. num. 12. Probus in addition. ad Monachum in cap. 1. num. 24. de præscriptionibus. Curtius Iunior, cons. 158. num. 12. Auendano resp. 16. num. 4. Flores de Mena q. 10. num. 44. Anton. Gabriel in tit. de præscriptio. conclus. 1. num. 30. Puteus decisio 205. lib. 1. Rota decis. 717. n. 2. par. 1. diuersorum. Pelaez de Mierez de Maioratu 4. part. q. 20. num. 51. Velazques in lib. 6. tauri glossa 11. num. 9. Balb. de præscript. 2. par. 3. par. q. 6. num. 21. & 5. part. 5. parti. q. 9. num. 2.

35 Sic etiam, quando per legem seu statutū aufertur quæcunque præscriptio, non censetur sublata præscriptio immemorialis, nisi de ea in lege fiat expressa mentio, vt docent Tiraquell. de retract. conuentio. §. 1. glos. 2. num. 28. & 25. Felin. in rubric. de præscription. num. 18. Afflict. decis. 254. n. 5. Balbus de præscription. 2. par. tertiæ partis 6. quæst. num. 2. & 5. part. 5. partis. princ. q. 9.

Boe-

Boerius decisio 39. nu. 12. Velazques in l. 41. tauri gloss. 1. n. 6. Probus ad Monachū in c. 1. de præscription. in 6. num. 24. Otalora de nobilitate 3. par. cap. 7. num. 11. Roderic. loco citato, sed in decreto Concilij Tridentini sess. 24. cap. 12. de reformat. quamuis tollatur omnis consuetudo, non tamen in eo textu fit mentio de consuetudine immemoriali, ergo vbi est consuetudo immemorialis, vt obtinentes dignitates, canonicatus, &c. non resideant, vel vt possint abesse vltra tres menses, concilium non tollit talem consuetudinē.

36 Deinde consuetudo immemorabilis priuilegio æquiualet, eandemque vim vtrumque habet, vt docet Glosa in cap. Nouit. de iudicijs. verbo consuetudine. & ibi Abbas n. 22. Felinus in cap. Accedentes de præscript. num. 6. & patet ex cap. super quibusdam. §. præterea. de verborum significatione. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana, & asserunt etiam Innocen. in cap. 1. de Apostat. Flamin. de Rubb. consl. 50. nu. 77. Campeg. cons. 56. ad fin. inter consilia Alber. Brun. Gratian. decis. 16. nu. 15. Vegg. cons. 28. num. 29. Camill. Borell. cons. 3. num. 6. Riminal. Iunior lib. 1. cons. 2. num. 23. Anton. de Ball. in tract. crimin. lib. 4. q. 2. num. 46. Ludou. Sau. consil. 73. num. 11. Cenedo lib. prat. quæst. q 45. num. 33. Auiles in cap. 1. Prætorum. glos. 1. nu. 9. Marsilius singul. 80. Glosa in dict. cap. super quibusdā. verb. non ext. & hab. t. etiam vicem legis. l. 1. §. final. & l. in summa. in princip. de aqua quot. sed tale decretum Concilij non tollit priuilegia concessa à Sede Apostolica de nō residendo, ergo nec tollit consuetudinem immemorialem. Respondeo talem consuetudinem esse sublatam iam fuisse declaratum à sacra Congregatione, & cum hoc hodie sit clarum, non est amplius dubitandi locus. l. ancillæ. C. de furtis. l. ille aut ille. ff. de legat. tertio.

37 Deinde cum tollitur consuetudo tanquam iniqua, & irrationabilis, censetur etiā sublata consuetudo immemorabilis. vt notant Azebedo in l. 3. tit. 1. lib. 2. recopilationis. 21. Duennas regula 144. ampliatio. 3. Felin. in cap. cum ex officij. de præscriptio. n. 13. Tiraquel. lib. 2. de retrac. cōuent

§ 1. glosa 2. num. 25. Couarr. lib. 3 variar. cap. 13. num. 5. ad medium. vers. Aduertendũ tamen. concilium vero derogans consuetudini de non residendo simpliciter, vel de non residendo vltra tres menses videtur illi derogare tanquam
38 irrationabili. Item non valere consuetudinem, vt quis in absentia fructus percipiat beneficiorum præsertim in habẽtibus præbendas, canonicatus, &c. in Ecclesijs cathedralibus & collegiatis præcipue insignibus, si patiantur defectum ministrorum, docent Felin. in cap. cum omnes. de constitut. num. 33. Selua de benefic. par. 4. q. 2. num. 8. Duennas regul. 134 limitat. 2. Couarr. lib. 3. variar. cap. 13 num. 9. sicut non valere talem consuetudinem, si præberet occasionem vagandi, & absque causa absentandi se à beneficio docent Nauarr. in summ. cap. 25. num. 121. Lessi. lib. 2. cap. 34. dub. 29. nu. 162. Innocent. in cap. ex tuæ. de cleric. non resident. numero 3. Duennas reg. 134. limitat. 3. qui limitatione sequenti addit talem consuetudinem non valere, si absque iusta & rationabili causa fuit inducta, quod antea docuerũt Decius in cap. cum omnes, de constitut. nu. 5. Syluest. verbo residentia. q. 2.
39 Quando vero Ecclesiæ collegiatæ non essent insignes, immemorialem consuetudinem non residendi posse excusare dicitur fuisse declaratum à sacra congregatione, vt si Ecclesiæ sint rurales prorsus destitutæ, aut quibus nunquam antea supra hominum memoriam solitum esset residere, aut in quibus adeo tenues essent redditus, vt canonicos aliunde non habentes, vnde viuerent, alere non possent. sufficit, vero ad excludendam immemorialem, quod aliqui canonici resederint. ita refert fuisse decisum Garzia de benefic. part. 3. c. 2. num. 147. in secunda declara-
40 tione. Item ad hoc, vt valeat consuetudo, requiritur, vt sit introducta & obseruata cum tolerantia Ecclesiæ vel Papæ, vt docet Carolus de Grassis. effectu 3. de effectib. Clericat. qui citat num. 119. Baldum in consilio quodam post decisio. Pedemont. 69. num. 39. & Riminald. Iunior. lib. 1. consil. 25. num. 25. at consuetudo, vt habentes dignitates, canonicatus, præbendas, aut portiones ab-

absint vltra trimestre, non toleratur ab Ecclesiæ Prælatis, nec à Summo Pontifice.

41 Obijcies. Consuetudo honesta potest excusare, vt vltra tres menses habentes dignitates, canonicatus, præbendas, aut portiones, possint abesse à suis Ecclesijs, & interim percipere fructus, vt docet Nauar. in sum. c. 25. n. 121. Selua de benefic. 4. part. q. 2. n. 5. quã sententiam ait Lessius lib. 2. de iust. cap. 24. n. 162. esse veram, si ius antiquum spectemus, nõ autem post concilium, nisi vbi non fuerit receptum hoc decretum. ergo post Concilium Trident. potest induci consuetudo, vt prædicti possint tuta conscientia abesse à suis Ecclesijs, & præterea percipere fru-

42 ctus. Respondeo, quando cõsuetudo reprobatur tanquam iniqua & irrationabilis, non potest de nouo induci consuetudo contra legem, quæ huiusmodi consuetudini derogat, vt docent Abbas in cap. vlt. de consuetud. num. 22. & ibi Butrius num. 53. Rocchus de Curte num. 527. Duennas regula 144. num. 1. Tiraquell. de vtroque retractu in proœmio, n. 18. & seqq. Couarr. lib. 3. variar. cap. 13. num. 4. Ferdinandus Loasez de matrim. Regis Angliæ fundamento primo pro parte affirmat. nu. 32. Gregor. Lopez in l. 6. tit. 9. partita 3. in glosa verbo Tributos. Auendanus in c. 6. prætorum nu. 7. lib. 1. & in cap. 14. num. 5. lib. 2. Anton. Gabriel in titulo de præscrip. conclus. 1. num. 32. at consuetudo, vt canonici possint abesse vltra tres menses, reprobatur à Concilio tanquã iniqua, & irrationabilis, quod vero dicitur valere hanc consuetudinem, vbi Concilium non est receptum, non placet. nam cum Cõcilium tollat huiusmodi consuetudinem tanquam irrationabilem, non receptio Concilij non excusat eos, qui absunt à suis Ecclesijs

43 vltra trimestre. & regula illa, quod lex non recepta nõ obligat, quæ habetur in cap. In istis. §. leges. dist. 4. & notat ibi Archidiac. num. 1. Bellamera num. 1. Turrecrem. num. 2. & 3. & habetur etiam in l. de quibus. §. inueterata. ff. de legibus, & asserunt etiam Glosa in cap. 1. de tregua & pace. verbo frangere. & ibi Butrius num. 23. Felinus num. 6. Glos. in sum. 24. q. 1. Couarr. lib. 2. va-

variar. cap. 16. num. 6. versic. quinto. Alderan. Mascard. in tract. de generali statutorum interpretatio. conclus. 6. nu. 77. Plotus de in litem iurando n. 321. Decius in l. est receptum. in princip. de iurisdictio. omn. iudic. & cons. 649. num. 8. Marsil. in pract. §, aggredior. numero 40. Tusch. practic. concl. verbo lex. conclus. 257. & verbo statutum. conclus. 454. Capra regula 5. Iason in l. rem non nouam. C. de iudic. nu. 4. & in l. si filius qui. ff. de liber. & posthum. num. 22. Nauar. in sum. cap. 23. num. 41. & 62. & consil. 1. de constitut. q. 5. & 6. num. 23. & seqq. & consil. 18. de statu Monachor. & consil. 44. de senten. excommunicat. nu. 4. Duennas regula 79. ampliat. 5. Sylu. verb. lex. quæst. 6. Quintilianus Mandosius in additio. ad Lapum allegatio. 36. littera E. Oldradus cons. 259. num. 1. Ancharan. consil. 283. Rolandus de lucro dotis q. 99. Roman. cons. 512. num. 13. & 14. & ibi Mandos. lit. l. Menoch. de præsumptio. lib. 2. præsump. 2. nu. 1. & de arbitrar. lib. 2. casu 420. n. 10. Alexand. lib. 1. cons. 6. num. 2. & cons. 132. nu. 1. & 4. Hippolit. Riminald. libro primo. cons. 34. n. 2. & lib. 3. cons. 249. num. 26. Puteus part. 1. decisio. 1. in princ. Caputaq. par. 3. decisio. 263 num. 1. Riminal. senior lib. 1. cons. 110. num. 19. Roland. lib. 2. cons. 99. num. 5. & lib. 3. cons. 8. nu. 30. Ruin. lib. 2. cons. 13. num. 27. Cephalus lib. 1. cons. 47. num. 26. & cons. 96. n. 15. & cons. 129. num. 9. & cons. 136. num. 18. Bott. de Synodo 3. part. art. 2. num. 60. & seqq. Mantica de tacitis & ambiguis conuention. lib. 5. tit. 13. n. 55. Mandos. regul. 23. cancellariæ quæst. 1. nu. 41. & seqq. Vega in summa 2. part. cap. 23. casu 11. Paris. lib. 11. de resignat. benefic. quæst. 9. num. 26. & de confident. quæst. 11. num. 21. Azor tom 1. lib 5. cap. 4. q. 1. Gonzalez in regul. 8. Cancell. glos. 26. num. 2. Granutius ad Simonetam de reseruat. q. 99. num. 22. Sanchez lib. 3. de Matrimon. disp. 18. num. 1. Armilla. verbo lex. num 11. Rodetic. in sum. tom. 1. cap. 193. num 9. & tom. 1. quæstion. regular. quæst. 6. art. 10. 11. & 12. Io. Gutierrez de Iuramen. cōfirmato. 1. par. cap. 38. num 9. & lib. 1. quæstio. canon. c. 8. nu. 2. & seqq. Felicianus de Solis de censibus lib. 1. cap. 9. num 8. & seqq.

seqq. Medina 1.2. q. 90. art. 3. ad 2. Valent. tom. 2. disp. 7. q. 5. punc. 5. quarta quæst. Anton. Gabriel de clausulis conclus. 3. num. 43. Rocchus in c. finali de consuetud. sec. 7. num. 15. Petrus de Ledesma de matrimon. quæst. 45. art. 5. punc. 3. dub. vlt. nam lex habet tacitam conditionem, si illa moribus vtentium recipiatur cap. in istis §. leges dist. 4. & notant Felin. in dicto c. de tregu. nu. 12. Puteus decis. 1. in princ. lib. 1. regula inquam illa, quod lex nõ recepta non obligat, non valet, quando lex aliquid prohibet tanquã malum & irrationabile, & quando tollit cõsuetudinem illã damnando & reprobando, at lex lata in concilio Tridentino dicta sess. 24. cap. 12. de reformatione tollens consuetudinem relinquẽdi suas Ecclesias vltra tres mẽses tollit illam tanquam malam & irrationabilem. deinde maiorem vim habet consuetudo immemorialis, quæ æquiualet priuilegio, quam non receptio, & tamen decretum concilij tollit consuetudinem immemorialem, ergo non receptio huius concilij non excusat

44 clericos non residentes. Item ad hoc, vt lex non obliget ex eo, quod non fuit recepta, requiritur scientia ac consensus Principis ferentis legem, vt affirmant Præpositus in cap. in istis §. leges, dist. 4. num. 3. Butrius in c. 1. de tregua & pace, num. 23. & ibi Imola num. 9. Abbas num. 4. Felin. nu. 6. & 13. Suarez de legibus lib. 7. c. 18. n. 17. Benintend. decis. 13. num. 9. Decius cons. 649. num. 9. Curt. Iunior cons. 129. n. 12. Tusch. practic. conclus. verbo lex. conclus. 257. num. 12. 19. 20. & 29. Capra conclus. 14. num. 6. & 8. Couar. lib. 2. variar. resolut. cap. 16. num. 6. Puteus part. 1. decisio. 1. num. 4. at Romani Pontifices, qui tulerunt, vel confirmarunt tale decretum, non consentiunt, vt clerici Canonicatus & præbẽdatus, & dignitates habẽtes absint à suis Ecclesijs vltra trimestre, imo illos puniunt, & præcipiunt, vt priuentur beneficijs, vel cogantur residere in suis Ecclesijs.

45 Dico 13. Cũ dicitur parochos teneri residere in suis Ecclesijs ad hoc, vt possint percipere fructus suorum beneficiorum, & ad hoc vt euitent pœnas latas contra non residentes in Concilio Tridẽtino, sess. 6. de

6.de reform. cap. 1. & sessio. 7. de reform. cap. 3. & ses. 23. de reformat. cap. 1. & in c. Quia nonnulli. c. Conquærente. cap. Relatum. c. Tuæ fraternitatis. de clericis non residentibus: debet hoc intelligi non solum quādo beneficium est pingue, sed etiam, quando est tenue, vt tradunt Rebuffus in tract. Nominatio. quæst. 9. num. 27. Reginald. in praxi fori lib. 30. n. 294. vers. si obijcies. Quos refert & sequitur Barbosa de officio Episcop. par. 3. allegat.
46 53. num. 70. qui num. 71. ait Parochos debere habitare in proprijs domibus Ecclesiarum, quod si Ecclesiæ eas non habeant, in propinquioribus intra limites parochiarum, vt fuisse declaratum à sacra congregatione refert Garzias de benefic. par. 3. cap. 2. num. 179. in 22. declaratione. in eodem num. in 20. declaratione scribit idem Garzia fuisse decisum ab eadē sacra Congregatione, quod licet ecclesia Parochialis sit in loco, vbi minor pars parochianorū habitat, & maior pars habitat lōge in oppidis, nihilominus Parochus habitare teneatur prope Ecclesiā in ciuitate, sed succurrendum sit eis, qui longe habitant secundum antiquam loci consuetudinem per dispositionē capitis 4. sessio. 21. reformat. Concilij Tri-
47 dentini. Notat Garzia dicto c. 2. num. 146. fructus præbendæ, quibus ob non residentiam priuantur canonici, esse applicandos in vsum & vtilitatem Ecclesiæ. sic etiā asserunt Barbosa num. 150. Armendar. in additio. ad recopilat. legum Nauarræ lib. 2. tit. 23. de residentia. Rubrica. An canonici vel alij habentes dignitatem teneantur residere in suis Ecclesijs num. 116. qui dicunt sic fuisse decisum à sacra congregatione Concilij. quamuis Nauar. cons. 3. de clericis non residentibus num. 1. dicat esse applicandos illi operi pio, in quod arbitrabitur is. qui priuauerit, quia quod non determinatur à iure, arbitrio iudicis determinandum est. l. 1. ff. de iure delib. c. de causis §. 1. de offic. delegat. additque num. 2. Episcopum non posse remittere hanc pœnam expresse, cum non possit dispensare contra Concilium iuxta gloss. in cap. Dilectus 2. de præbend. si vero
48 Episcopus taceat, & non priuet canonicum fructibus, non tene-

tenebitur ipse illos restituere
49 in foro cõscientiæ, in quo nemo tenetur soluere pœnã præsertim non impositam ipso iure, sed imponendam per sentẽtiam, donec condemnetur à Iudice iuxta glosam in c. fraternitas 12. quæst. 2. quam sequuntur Molina de Iustitia tom. 1. disp. 96. Lessius lib. 2. de iustit. cap. 29. num. 63. & cap. 34. num. 14. & cap. 53. num. 47. & 148. Io. Gutier lib. 2. quæstio. canon. cap. 5. num. 28. Couar. in quarto decretal. par. 2. c. 6. §. 8. num. 8. Padilla in l. si quis maior. C. de transactio. nu. 58. Ludou. Mexia in pragmat. frumenti. conclus. 6. n. 64. Ludouic. Carbo de legibus li. 8. disp. 9. Vela de pœnis delictorum c. 14. & cap. 31. Lopez in instructor. conscientiæ tom. 1. c. 296. & in instructor. negociant. libro 2. cap. 30. Gabriel Vasquez in 1. 2. tom. 2. disp. 168. nu. 23. Sotus lib. 1. de iustit. & iur. q. 6. artic. 6. Nauar. in Comment. de dotis & promissis nu 61. Quaranta in summa Bullarij verbo Alienatio. num. 49. Prosper de Augustin. in addition ad Quarant. verbo beneficiorum resignationes, & verbo Simonia, & verbo Sodomia. Simanchas de catholic. institutio. cap. 46. num. 72. Azor. tom. 1. lib. 5. c. 8. q. 3. Morla in Emporio iuris 1. part. tit. 1. q. 9. num. 42. Suarez tom. 5. de censuris disp. 27. sect. 1. num. 8. & disp. 40. sect. 2. num. 17. & 22. Henriq. in sum. lib. 7. cap. 36. nu. 1. & lib. 13. cap. 56. num. 2. Vgolinus de simonia tabul. 1. cap. 21. § 3. vers. quo ad priuationem. & cap. 22. §. 4. num. 4. Zerola in praxi Episcopali. verbo. Priuatio. Vega in sum. par. 2. c. 101. casu 68. Zauallos quæst. 113. & 687. Caiet. 2. 2. q. 62. art. 3. & in summ. verbo Pœna. Bannes 2. 2. q. 12. artic. 3. & quæst. 62. artic. 3. & ibi Aragon. artic. 3. & Salon controu. 1. Pegna par. 3. in Director. Inquisit. comm. 158. Graffius lib. 2. decis. aur. cap. 11. Roderic. tom. 1. quæst. regular. q. 6. artic. 16. & in sum. tom. 1. cap. 129. num 3. & tom. 2. cap. 56. num. 6. Cenedo collectan. 2. ad decretum num. 3. Cordub. in quæstion. lib. 1. q. 36. Medina 1. 2. quæst. 96. artic. 4. Anton. Gomez tom. 3. variar. cap. 2. num. 5. & cap. vlt. num. 3. Valentia tom. 2. disput. 7. quæst. 5. puncto 6. & tom. 3. disp. 1. quæst. 11. puncto 3. Botteus de synodo par 3.

ar-

artic. 2. num. 106. & 107. Syluest. verbo Assassinus num. 4. & verbo hæresis 1. num. 12. & seqq. & verbo pœna num. 25. Victor. relectio. 1. de Insulanis par. 1. num. 14. Philiarch. de offic. sacerdot. par. 2. lib. 6.
50 cap. 22. Peccaret tamen Episcopus, si absque iusta causa dissimularet eum punire. ita Nauar. consil. 3. de cleric. non residentib. num 2. Garzia nu. 151. posset tamen hanc pœnã ante sententiam ex iusta causa augere vel minuere, sed non in totum tollere. ita Garzia num. 150. vbi ait sic fuisse decisum à sacra Congregatione Concilij. sic etiam docent Barbosa de offic. Episc. part. 3. allegat. 53. num. 151. Armendar. numero 11.

SVMMARIVM.

1 *Summus Pontifex iusta de causa potest dare facultatem, vt beneficiarius perpetuo absit à sua Ecclesia. Episcopus vero solum ad tempus potest concedere prædictam facultatem. Non solet Papa concedere facultatem, vt quis perpetuo absit à sua Ecclesia.*

2 *Legatus Papæ in prouincia sibi delegata potest concedere eam facultatem, quam potest Episcopus circa absentiam clericorum à suis Ecclesijs. nam est ordinarius in illa. & in ea potest ea omnia, quæ Episcopus in sua diœcesi.*

3 *Legati Summi Pontificis in prouincia sibi demandata gerunt vices Sedis Apostolicæ, in eaque Papæ personam repræsentant.*

4 *Non solum Legati à latere, sed etiam omnes alij Legati à Summo Pontifice constituti in aliqua prouincia sunt ordinarij.*

5 *Quamuis Legati in suis prouincijs dicantur Ordinarij, non tamen sunt Ordinarij naturales, sed quasi Extraordinarij, & super inducti, & sic odiosi.*

6 *Capitulum sede vacante potest cõcedere beneficiariis circa absentiam à suis Ecclesiis eam facultatem, quam potest Episcopus.*

7 *In iis, quæ sunt iurisdictionis necessariæ & ordinariæ, potestas Episcopi, sede vacante, transit in capitulum.*

QVÆSTIO V.

Quinam possint dare facultatem, vt beneficiarius possit abesse à sua Ecclesia.

1 DICO Primo. Smumus Pontifex iusta de causa po-

potest dare facultatem, vt beneficiarius perpetuo absit à sua Ecclesia, Episcopus vero solum ad tempus potest concedere prædictam facultatem. cap. licet canon de electione in 6. c. Relatum de cleric. non resident. non solet tamen Papa concedere facultatem, vt quis perpetuo absit à sua Ecclesia, vt colligitur ex cap. vltimo de rescrip. in 6. & docet Glos. in dicto cap. licet canon. verbo Ad
2 tempus. Legatus Papæ in prouincia sibi delegata potest cōcedere eam facultatem, quam potest Episcopus, circa absentiam clericorum à suis Ecclesijs. ita Io. Selua de benefic. par. 4 quæst 9 tum quia est ordinarius in illa c. 1. de officio legati. & cap. 2. eodem tit. in 6. & ibi Glosa verb. Reputantes. Idem constat. ex c. si à sede. de præbend. in 6 & asserunt Gambar. de offic. legat. lib. 3. par. 3. num. 78. & 207. Crescent. decisio. 180. alias 8. de priuileg. Puteus decis. 345. num. 1. & 2. lib. 2. Gonzalez in regul. 8. Cancell. glosa 21. num. 37. tum quia in prouincia sibi commissa potest ea omnia, quæ Episcopus in sua diœcesi, vt docent Angelus verbo legatus nu. 4. Rosella eodem verbo num. 4. Tabiena quæst. 2 Speculator tit. de dispēsatione. §. consequenter aliqua num. 4. & in tit. de legato § nunc ostendendum num. 54. & § nunc dicamus num. 5. Molina tom. 1. de iustit. disp. 173. Sylu. verbo Delegatus. quæst. 12. & 14. Abbas in cap. 1. de offic. legati nu. 2. & in c. quod translationem. eod. tit. num. 9. & in cap. excommunicatis eodem tit. in fine & in cap. final. de confirmat. vtili vel inutili, & in cap. sicut vnire. de excessib. prælat. num. 3. & 6. Henriq. lib. 14. cap. 18. num. 2. Ancharan. in cap. finali de transactio. num. 1. Selua de benefic. par. 2. quæst. 3. num. 2. & 4. par. quæst. 9. in princ. Gutier lib. 1. quæst. canon. cap. 11. nu. 6. Cuchus lib. 2. instit. maio. tit. 5. nu. 83. Garzia de benefic. par. 1. cap. 5. num. 282. & par. 12. cap. 2. num. 65. Villadieg. de legat. quæst 9. num. 82. Azor tom. 2. lib 5. cap. 29. quæst. 14. Rota decis. 459. in antiq. & decisio. 1. & 2. de offic. legat. in nouis Aloysius Riccius in praxi fori Ecclesiast. resolut. 383. num. 2. Vgolin. de officio Episcopi c. 52. §. 1. Barbosa de offic. Episc. par. 3. allegatione 66. num. 4.

ergo

ergo cum possit Episcopus cōcedere facultatem beneficiarijs, vt possint abesse à suis Ecclesijs ad aliquod tempus, poterit item Legatus eamdem
3 facultatem concedere. deinde Legati Papæ in prouincia sibi demandata gerunt vices sedis Apostolicæ c.Mandata de præsumpt. ibi proinde super cunctas Ecclesias Siciliæ te vices Sedis Apostolicæ ministrare decernimus, & asserunt Cuchus lib. 2.institut. maior.tit. 5. num. 22. Garzia de benefic. par. 5. cap.3.num.13. in eaque summi Pontificis personam repræsentant, vt tradūt Bonifac. in Clement.2.de offic. Ordinarij num.13.Villadiego 1.par.q. 9. ergo possunt Clericis dare facultatem, vt ad tempus ab-
4 sint ab Ecclesijs suis. Si dicas. possunt quidē Legati à latere dare hanc facultatem, non tamen alij legati. Respódeo etiā alijs Legatis hoc competere, quia non tantum Legati à latere, sed etiam omnes alij Legati à Summo Pontifice constituti in aliqua prouincia sunt ordinarij,vt asserunt Glosa in cap.2.de offic.legati in 6.& ibi
5 Franc. in princ. Notandum tamen est, quod quamuis Legati in suis prouincijs dicantur ordinarij, nō tamen sunt ordinarij naturales, sed quasi extraordinarij & superinducti, & sic odiosi ex Glosa in Clement. 2. de officio ordinarij.verbo. Nolumus. & ibi Bonifac. num. 7. Abbate in cap. si quis contra. de foro competent. nu.4.Cassador.decis.5. num. 3. & 11.de decret.& reseruatio. Gonzalez in regul.8.Cancellar. glosa 21. num. 38.Rota decisio.206. nu. 3. par. 1. diuerso. Simoneta de reseruatio. quæst.89.num.3.& ibi Granut.lit.A. Sarnens. in regula de valore quæst.2. Crescent. decis. 20. de præbend. Puteus libro 2. decis. 45. in fine.

6 Dico secundo. Capitulum Sede vacante potest concedere beneficiarijs circa absentiam à suis Ecclesijs eam facultatem,quam potest Episcopus.ita Abbas in cap.Relatum de cleric.non resident.vers. sed hic quæritur. Io. Selua de be-
7 nefic.par.4. q.10. Nam in ijs, quæ sunt iurisdictionis necessariæ & ordinariæ non voluntariæ potestas Episcopi, sede vacante, transit in capitulum. c. cum olim. de Maiorit. c. ad abolendam de hæret.c.penult.

&

& cap. vlt. de supplend. negligen. Prælator. in 6. c. 1. de instit. in 6. c. vnic. de maiorit. & obedient. in 6. Clement. 1. §. 1. de hæret. cap. si Episcopus. de supplend. neglig. Prælat. in 6. & docent Glosa in dicta Clement. Azor tom. 2. lib. 7. cap. 5. quæst. 3. Sanchez libro 3, de matrimon. disput. 28. num. 5. Suarez tom. 5. de censuris disp. 7. section. 2. num. 4. Sylu. verb. Capitulum. §. 2. Molina de iustit. tract. 5. disp. 11. numero 1. 3. & 10. Vgolin. de censur. tab. 1. cap. 10. n. 2. §. 2. Gutier. lib. 1. quæstio. canon. cap. 3. num. 10. Pauin. tract. de authorit. cap. Sede vacante par. 1. quæst. 2. Federicus de Senis consil. 30. Nauar. consil. 7. de filijs presbyt. Abbas in cap. At si clerici. §. de adulterijs num. 17. & ibi Decius numero 150.

SVMMARIVM.

1 *Nomine distributionũ intelliguntur portiones, quæ debentur clericis quotidie eo, quod diuinis officiis intersunt.*

2 *Distributiones dantur tanquam merces rationes seruitii, & operæ, & laboris personalis, quem clerici in Ecclesia impendunt.*

3 *Quædam distributiones dicuntur minutæ, quædam grossæ.*

4 *Portiones, quæ dantur clericis inseruientibus diuinis officiis, appellantur distributiones quotidianæ in sacris canonibus. vocantur etiam simpliciter & absolute distributiones. Victualia. Portiones. Beneficia manualia.*

5 *Distributiones sunt introducta, vt in Ecclesiis diuinus cultus augeatur.*

6 *Nomine distributionum non veniunt, neque comprehenduntur fructus beneficii. nec dicuntur de corpore beneficii, sed sunt diuersi generis & naturæ.*

7 *Qui habet priuilegium, vt in absentia possit percipere fructus beneficiorum, non potest virtute talis priuilegii accipere quotidianas distributiones.*

8 *Si quis habet priuilegium, vt absens possit percipere fructus beneficii eo modo, quo posset percipere, si esset præsens in Ecclesia, non poterit propterea percipere distributiones.*

9 *Qui est condemnatus, vt restituat fructus beneficii, non tenetur vi huius sententiæ restituere distributiones.*

10 *Quamuis prouisi de beneficiis non faciant fructus suos, donec professionem fidei fecerint, lucrantur tamen distributiones.*

11 *Quando Concilium Tridentinum loquitur de contributione facienda pro Seminario, non comprehendit distributiones. Charitatiuum subsidium non debetur ex distributionibus, ne*

ex decimis. cum quis cogitur aliquid soluere de beneficio, vel præbenda, non propterea virtute talis præcepti tenetur aliquid soluere de distributionibus. Cum pensio imponitur super beneficio, non intelligitur imponi super distributionibus.

12 Qui habet priuilegium percipiendi in absentia distributiones quotidianas, licet possit percipere distributiones, quæ sunt in pecunia, non tamen potest percipere panem, vinum, oleum, & alia huiusmodi.

13 Beneficiarius si condemnetur ad restitutionem fructuum, censetur etiam condemnatus ad restitutionem distributionum, quando beneficium non habet alios fructus, quam distributiones quotidianas.

14 Distributiones quotidianæ non veniunt nomine redditüum beneficii, nec nomine prouentuum beneficii. nec nomine præbendæ, seu obuentionum.

15 Distributiones non computantur in valore beneficii. licet teneatur quis exprimere valorem beneficii, quod impetrat, non tamen tenetur necessario exprimere distributiones quotidianas.

16 Anniuersaria & mortuaria non computantur in valore beneficii, nec necessario in impetratione beneficii sunt exprimenda.

17 Si quis haberet priuilegium à Papa, vt in absentia posset percipere fructus, prouentus, redditus, obuentiones, & distributiones, non posset virtute huius priuilegii percipere anniuersaria, & mortuaria.

18 Qui obtinuit beneficium ab Ordinario, si collatio fuit nulla, tenetur in noua prouisione, quæ fit à Summo Pontifice, narrare fructus, quos percepit, non tamen tenetur narrare distributiones.

19 Qui habet priuilegium à Papa percipiendi in absentia distributiones, potest illas percipere, non tamen solet regulariter concedi tale priuilegium.

De distributionibus quotidianis.

QVÆSTIO VI.

Qui fructus & redditus veniant nomine distributionum.

1 DIco primo. Nomine distributionum intelliguntur portiones, quæ debẽtur clericis quotidie eo, quod diuinis officijs intersunt. ita Azor. tomo 2. lib. 7. cap. 7. quæst. 1. Moneta de distribution. 1. par. q. 3.

q. 3. num. 8. Aloysius Riccius in praxi fori ecclesiastici resolut. 387. num. 1. & patet ex c. licet. de præbendis. cap. vnic. de cleric. non resident. in 6. Clement. vt ij qui. de ætat. & qualit. & ordin. præfic. quare qui intersunt sacrificio missæ, certam sibi fructuum portionẽ acquirunt. Qui matutinis officijs, & cæteris horis intersũt, etiam portionem aliquam sibi
2 lucrantur. Huiusmodi distributiones dantur tãquam merces ratione seruitij, operæ & laboris personalis, quem Clerici in Ecclesia impendunt, ita Gigas cons. 144. num. 6. Paris. volum. 4. consil. 33. num. 3. Distributiones alicubi consistunt in cibo, vt in pane, vino, oleo, &c. alicubi in pecunia, alicubi in certis mensuris ordei,
3 olei, &c. quædam distributiones dicuntur minutæ, & istæ dantur actualiter ijs, qui intersunt singulis horis, quædam dicuntur grossæ, quæ dantur in fine anni, vel semestris, vel mensis pro residentia, ita Caputaquen. par. 1. decis. 29. num. 5. Archidiac. in cap. vnic. de cleric. non resid. in 6. & Probus ibi num. 12. Paris. cons. 32. nu. 6. & seqq. Rota decis. 339. nu. 5. & 6. part. 1. diuersor. Puteus lib. 2. decis. 375. num. 5. Nauar. consil. 13. de cleric. nõ resident. quamuis illud consilium sit imperfectum, vt notat ibi Additionator.

4 Dico secundo. Portiones, quæ dantur clericis inseruientibus diuinis officijs, appellantur distributiones quotidianæ in cap. licet de præbendis. cap. finali de rescriptis in 6. cap. vnic. de cleric. non resident. in 6. in Concilio Tridentino sessione 21. cap. 3. & sess. 25. cap. 13. & 15. de reformatione. appellantur simpliciter & absolute distributiones in Clement. vt ij qui. de ætat. & qualit. & ord. præfic. & in cap. finali. §. si autem. de concess. præbend. in 6. vocantur victualia in cap. vnico de clericis non resident. in 6. & in cap. de cætero eodem tit. appellantur portiones in cap. dilectus 1. de præbend. in fine. appellantur beneficia manualia in cap. vnic. de cleric. non resident. in 6. & in cap. olim. de verb. signific. sunt vero introductae distributiones quotidianæ, vt
5 in Ecclesijs diuinus cultus augeatur, vt patet ex dicto cap. vnic. & notant ibi Glosa in

princip. Probus ad Io:Monach. num. 5. idem patet ex constit. 55. Pij Quarti in princip. ibi. Volentes & ex Concil. Tridentin. sess. 21. cap. 3. nam distributiones introductæ sunt, vt hac ratione clerici excitentur, & permoueantur ad assistendum diuinis officijs.

6 Dico tertio. Nomine distributionum non veniunt, neque comprehenduntur fructus beneficij. ita Cassadorus decis. vnic. de cleric. non residente num. 1. & in fine. & decis. 6. de præbend. num. 6. Couar. libro 3. variar. cap. 13. num. 1. Oldrad. cons. 118. Gonzal. in regul. 8. Cancellar. §. 7. procemiali num. 154. Selua de beneficijs 3. par. quæst. 12. num. 33. Andr. Gambar. de offic. & potest. Legati de latere lib. 6. nu. 18. Hojeda de benefic. 1. par. cap. 12. Paris. de resignat. benefic. lib. 6. quæst. 2. num. 30. Moneta de distribut. par. 1. q. 6. num. 1. Rota apud Cæsarem de Grassis decisio. 116. alias 5. tit. de præbendis num. 1. Cenedo practic. quæst. q. 1. num. 4. & patet ex cap. vnic. de cleric. non resident. in 6. sic etiã distributiones quotidianæ non dicuntur de corpore beneficij, sed sunt diuersi generis & naturæ. ita Cæsar de Grassis decis. 5. num. 4. Oldradus cons. 118. num. 4. & patet ex Concil. Trident. sess. 24. cap. 12. de reformat. §. præterea, nam dantur distributiones ratione personalis seruitij.

7 Quare ex hoc infertur, quod qui habet priuilegium, vt in absentia possit percipere fructus beneficiorũ, non propterea possit accipere quotidianas distributiones, vt bene notant Glosa in c. vnic. de cleric. non resident. in 6. verb. Adfuerint. Rebuffus in praxi 3. part. tit. de breu. Apostol. n. 45. Duenas reg. 206. in princ. Calderin. consil. 1. tit. de cleric. nõ resident. Ioan. de Ocon in repet. dict. cap. vnic. de cleric. non resident. in 6. num. 10. Graff. in decisio. 2. par. lib. 3. cap. 15. num. 9. Gutier. lib. 2. canonic. quæstio. cap. 15. n. 12. Paris. de resignat. benefic. lib. 6. q. 2. num. 30. Gigas consilio 144. num. 23. & seqq. Moneta de distributio. par. 1. quæst. 6. num. 10. & 12. Azor tom. 2. libro 7. cap. 7. quæst. 2. Glosa in cap. vlt. de Magistris. & in c. 2. de priuileg. in 6. Cassador. decis. 1. de cleric. non resid nt. per totam. Gonzalez dicto § 7. proce-

procemiali num. 175. Couan libro 3. variar. cap. 13. n. 2. vers. sed quamuis Princeps, & patet ex cap. licet. de præbend. & c. de cætero. & c. cum dilectus de cleric. non resident. quare Glos. in c. 1. de cleric. non residen. in 6. ait, ijs, qui Bononiæ in litterario iuris studio operam collocant, priuilegium esse datum, vt absentes beneficij fructus acquirant, & tamen eo ipso non esse concessum, vt
8 distributiones lucrifaciant. Sic etiam si alicui esset concessum priuilegium, vt absens posset percipere fructus beneficij eo modo, quo posset percipere, si esset præsens in Ecclesia, non poterit propterea percipere distributiones, ita Azor. tomo 2. lib 7. cap. 7. quæst. 2. Gigas consil. 144. num 23. Viuius in comm. opinio. versic. distributiones quotidianæ in fine. Roderic. tom. 3. quæstion. regul. quæst. 74. art. 4. vers. secunda ratio. Moneta dicta quæst. 6. num. 12. & 2. par. quæst. 14. num 21. Io. Andreas in d. cap. vnic. in nouel. n. 3. & ibi Geminian. in §. statuimus n. 5. Graffius dicto n. 9. Cenedo practic. quæst. q. 1. num. 4. Hoied. de benefic. par. 1. c. 12. n. 8. & c. 17. n. 5. Cassador. decis. vnic. de cle-
9 ric. non resident. Sic etiam qui est condemnatus, vt restituat fructus beneficij, non tenetur vi huius sententiæ restituere distributiones, & qui est priuatus ob delictum fructibus beneficij, non censetur esse priuatus distributionibus, ita Boerius decis. 340 n. 4. Gigas cons. 144. num. 18. & 25. Azor dicta q. 2. Caputaq. decis. 29. n. 1. par. 1. Put. decis. 383. n. 7. lib. 1. Rota decis. 1170. nu. 2. par. 3. diuers. Lancellot. de attentatis 3. par. c. finali n. 31. si vero cõdemnaretur ad fructus perceptos, & qui percipi potuissent, tũc etiã condemnaretur ad restitutionẽ distributionũ, ita Põtanus trac. de spolio lib. 4 n. 21. Gonzal. in regul. 8. Cancell. §. 7. proœmia-
10 li n. 160. qui n. 169. ait, quamuis prouisi de beneficijs non faciant fructus suos, donec personaliter, & non per procuratorem fidei professionem fecerint, vt dicitur in Concil. Trid. sess. 24. cap. 12. de reformat. versic. prouisi etiam. lucrantur tamen distributiones, quãuis professionem non fecerint, asseritque ita fuisse declaratum à sacra Congregatione Concilij.

11 Item quando Concilium Triden. sess. 23. cap. 18. loquitur de contributione facienda pro seminario, non comprehendit distributiones quotidianas. ita Mandos. cons. 15. nu. 2. & seqq. Item de iure cõmuni ex distributionibus quotidianis nõ debetur charitatiuum subsidium. ita Lapus allegat. 136. num. 7. Mandos. cons. 15. nu. 4. Bellenzin. tract. de charitat. subsidio q. 76. num. 1. & 2. Sicut nec etiã de decimis debetur charitatiuum subsidiũ ex Marco Mantua libro 1. consil. 1. num. 89. Item cum quis cogitur aliquid soluere de beneficio vel præbenda, non propterea virtute talis præcepti tenetur aliquid soluere de distributionibus. Cũ pensio item imponitur super beneficio, non intelligitur imponi super distributionibus, nisi expresse nominentur, vt in his duobus vltimis casibus scribit Azor tom. 2. libro 7. cap. 7. quæstione 2.

12 Notandum item est, eum qui habet priuilegium percipiendi in absentia distributiones quotidianas, posse quidem vi illius priuilegij percipere distributiones, quæ sunt in pecunia, non vero panem, vinum, oleum, & alia huiusmodi ita. Archidiacon. in cap. sacerdos 1. quæstio. 3. numero 3. & in c. vnic. de Cleric. non resident. in 6. num. 1. vers. Nec tamen. Gonzalez in regul. 8. Cancell. §. 7. proœmiali num. 176. Greg. Lupus in l. 19. glos. las distributiones. vers. Et bene nota. tit. 16. partita 1. posset tamen percipere, quando omnes distributiones essent in pane & vino, & alijs huiusmodi, & non in pecunia. ita Gregor. Lupus loc. cit. Gonzalez num. 177.

Obijcies. In cap. finali de rescriptis in 6. & in cap. Cum non deceat. de electio. in 6. distributiones appellantur fructus beneficij, ergo falsum est nomine distributionum nõ comprehendi fructus beneficij. Resp. distributiones dici fructus beneficij lato modo non proprie, vt notat Puteus lib. 1. decis. 239. nu.

13 3. & 4. Deinde distributiones dicuntur fructus beneficij, quãdo beneficium vel canonicatus non habet alios fructus quam quotidianas distributiones, & in hoc casu beneficiarius si cõdemnaretur ad restitutionẽ fructuum, censeretur condemnatus ad restitutionem distributio-

butionum, vt asserunt Tiberius Decianus vol.1.consi.43.n. 14. & seqq. Philip. Prob. in cap. vnic. de Cleric. non resident. in 6. numero 60. & 64. Azor tom. 2. lib. 7. cap. 7. quæst. 2. Caputaquen. par. 1. decis. 29. num. 4. & 5. Mohedanus decis. 6. de præbendis, alioqui sequeretur, quod beneficium esset sine fructibus, quod si fuisset condemnatus ad restituendos fructus perceptos, & beneficium consistat solum in distributionibus minutis & grossis, tunc licet teneretur reddere distributiones grossas, non tamen teneretur restituere distributiones minutas, nisi hoc exprimatur ita Puteus lib. 2. decis. 375 num. 6. & seqq. Caputaquen. loc. cit. num. 5.

14 DICO quarto. Distributiones quotidianæ non veniunt nomine redditнũ beneficij. ita Couarr. lib. 3. var. cap. 13. nu. 9. Parisius vol. 4. consi. 33. num. 4. Puteus lib. 2. decis. 489. nec item veniunt nomine prouentuum beneficij. ita Ripa in cap. Cum M. Ferrariensis. de constit. num. 16. Gemin. consil. 85. num. 21. Gonzalez in regul. 8. Cancellariæ §. 7. procemiali nu. 186. & patet ex cap. licet. de præbend. ibi prouentus suos Ecclesiasticos. & ex cap. 2. de priuileg. in 6. & quamuis in cap. dilectus 2. de præbend. distributiones appellentur prouentus, accipitur tamen nomen prouentus improprie. Nec veniunt distributiones quotidianæ nomine obuentionum beneficij seu præbendæ. ita Probus in additio. ad Monachum c. vnic. de cleric. non resident. in 6 num. 52. Ripa respon. 2. de constitut. num 2. quare si quis per sententiam iudicis priuetur quibuscunque fructibus & obuentionibus, non censetur priuari quotidianis distributionibus. ita Molignat. tract. de appellatio. verb. signific. n. 810. cum distributiones non oriantur proxime ex beneficijs, sed ex labore & opera præstita Ec-

15 clesiæ. Item distributiones nõ cõputantur in valore beneficij. ita Io. Selua de benefic. 3. part. q. 12. n. 33 Couar. li. 3. variar. c. 13 n. 1 Anchar. in Clem. 1. de concess. præben. q. 5 Felin. in c. Ad aures. de rescrip. n. 14. quare licet teneatur quis exprimere valorem beneficij, quod impetrat, non tamen tenetur necessario exprimere distributiones quotidianas, seu valorem.

rem. ita Couar. vbi dicit num. 13. qui ait esse communem sententiam. Gomez tract. de expectati num. 104. Felinus in c. Ad aures. de rescrip. n. 14. & ratio est, quia distributiones incertæ sunt, nec ad certum valorem reduci possunt, incertum est enim, an possit quis interesse diuinis officijs, ob quæ dantur distributiones, vt si à beneficio iusta de causa debeat abesse. quam rationem afferunt Gregor. Tholos. tract. de benefic. c. 15. n. 5. Prob. in additio. ad Io. Monach. cap. vnic. de cleric. non residen. in 6. num. 37. Moneta de distri-
16 butio. par. 1. q. 8. n. 6. Sicut etiã anniuersaria & mortuaria non computantur in valore beneficij, nec necessario in impetratione beneficij sunt exprimenda ex Felino num. 14. Oldrado cons. 118. Probo numer. 53. Azor tom. 2. lib. 7. cap. 7. q. 4. Lapo allegat. 34 & 36. quæ non dantur nisi ijs, qui intersunt exequijs, & alijs diuinis officijs, quæ solent fieri pro defunctis. cap. consuetudinem. de cleric. non resident. in 6. ad finem. & Glosa ibi ait, ij, qui funeris exequijs anniuersarijs præsentes non sunt, eiusmodi distributionum, nihil sibi vendicant, tametsi consuetudo cõtrarium induceret, quoniam ea consuetudo, vt corruptela,
17 abrogatur. Et si quis haberet priuilegium à Papa, vt in absentia posset percipere fructus, prouentus, redditus, obuentiones, & distributiones, non posset vi huius priuilegij percipere anniuersaria, & mortuaria, ita Moneta par. 2. de distribut. q. 14 n. 22. Cened. q. 1. pract. q. n. 5. Zerula in praxi par. 2. §. distributiones in fine. nam nomine distributionum non veniunt mortuaria & anniuersaria, vt docet citati Doctor. & Oldrad. cons. 206. n. 1. Anchar. in Clem. vnic. de cõcess. præben. n. 41. & 42. Couar. lib. 3. var. c. 13. n. 1. ad finem. Addit. ad Rotã decis. 8. de præbend. in nou. Io. Andr. in addit. ad Specul. de cõcess. præ-
18 ben. col. 6. Pari ratione, qui obtinuit beneficiũ ab Ordinario, si collatio fuit nulla, tenetur in noua prouisione, quæ fit à summo Pontifice, narrare fructus, quos percepit, & de illis cum Camera se componere, nam alioqui gratia erit nulla, vt notant Puteus lib. 1. decis. 26. Gõzalez in §. 7. proœmiali n. 172. non tamen tenetur narrare distributiones quotidianas ex

Cas-

Caſſadoro decis. 6. in princ. & num. 4. Gonzal. num. 173. Continentur tamen distributiones quotidianæ ſub nomine emolumenti beneficiorum, ſeu præbendarum ex Puteo lib. 2. de-
1 9. ciſ. 375. nu. 2. Notandum hic eſt, quod quamuis qui haberet priuilegium à Summo Pontifice percipiendi diſtributiones quotidianas in abſentia, poſſet illas percipere, vt docet Gloſa in cap. vnic. de cleric. non reſident. in 6. verbo Adfuerint; nō tamen ſolet concedi regulariter tale priuilegiū. quare Ioannes Andreas in explicatione illius gloſſæ & Coſmas in pragmat. ſanctio. tit. de collationibus in §. 1. relati à Cenedo q. pratic. quæſt. nu. 26. aſſerunt ſe non vidiſſe vnquam priuilegium cōceſſum à Sede Apoſtolica, vt quis in abſentia poſſet percipere diſtributiones. at Cenedo ibi refert priuilegium cuidam conceſſum à Clemente Octauo, vt in abſentia poſſet percipere diſtributiones, dempta tamen tertia fructuum ac diſtributionum parte, quā iuſſit dari præſentibus & ſeruientibus, immo illi conceſſit, vt etiā poſſet percipere anniuerſaria.

SVMMARIVM.

1 *Diſtributiones quotidianæ regulariter dantur ſolum ijs, qui diuinis officijs in Choro interſunt.*

2 *Impedimentum affectatum non excuſat.*

3 *Qui abeſt cauſa peregrinationis, non poteſt percipere diſtributiones.*

4 *Qui priuatim recitat horas canonicas, non acquirit diſtributiones, ſed debet eas recitare in choro.*

5 *Quando quis abeſt ob euidentem Eccleſiæ neceſſitatem, vel vtilitatem, poteſt percipere diſtributiones.*

6 *Iurium correctio, eſt odioſa, & vitanda. Interdum legum correctio eſt vtilis.*

7 *Qui pro negocijs & cauſis ſuæ Eccleſiæ proſequendis ex mandato Epiſcopi, vel Capituli reſidet Romæ vel alibi, poteſt percipere diſtributiones.*

8 *Qui abeſt propter Eccleſiæ ſuæ vtilitatem non poteſt percipere diſtributiones, ſi non conſueuerat adeſſe diuinis officijs.*

9 *Qui abeſt propter Eccleſiæ ſuæ vtilitatem non poteſt percipere diſtributiones, ſi ab Eccleſia integrum ſalarium accipit.*

10 *Canonicus, qui facit ſacrum, dum preces canonicæ recitantur, an poſſit percipere diſtributiones.*

11 *Poſſet conſuetudine introduci, quod Clerici lucrētur diſtributiones, ſi recedant à Choro ob celebrandam miſſam, ob excipiendas confeſſio-*

fessiones, ob associandam Eucharistiam.

12 *Pœnitentiarius debet institui in omnibus Ecclesiis cathedralibus.*

13 *Pœnitentiarius, si dum recitantur officia diuina, audiat in Ecclesia confessiones, percipit distributiones.*

14 *Pœnitentiarius non potest percipere distributiones, dum missam celebrat, vel priuatim officium recitat, vt opportunius confessiones audiat.*

15 *Pœnitentiarius potest percipere distributiones, quæ dantur ijs, qui præsentes sunt processionibus & exequiis defunctorum, quæ fiunt eo tempore, quo ipse audit confessiones.*

16 *Pœnitentiarius si extra Ecclesiam audiat confessiones etiam infirmorum, non lucratur distributiones.*

17 *Canonici qui non sunt pœnitentiarij, non lucrantur distributiones, si tempore diuinorum officiorum audiant confessiones.*

18 *Pœnitentiarius non obligatur ad maiorem residentiam, quam alii canonici.*

19 *Solus Episcopus potest eligere pœnitentiarium, nec requiritur cõsensus Episcopi.*

20 *Pœnitentiarius debet esse magister, vel doctor &c. in Theologia, vel iure canonico, debet esse annorum quadraginta.*

21 *Pœnitentiarius potest audire confessiones omnium diœcesis Episcopalis, Pœnitentes ad se venientes tenetur admittere, nec potest eos recusare.*

22 *Pœnitentiarius non potest absolure à casibus Episcopo reseruatis.*

23 *Beneficiarij, qui administrant sacramenta, dum officia diuina recitantur in choro, lucrantur distributiones, si Ecclesia, quorũ sunt beneficiarij, imminet cura animarum.*

24 *Canonici, qui sunt in seruitio Episcopi, licet lucrentur fructus præbendarum, non tamen lucrantur distributiones.*

25 *Distributiones appellantur victualia.*

26 *Appellatione fructuum præbendæ, & beneficii non veniunt distributiones quotidianæ.*

27 *Priuilegium & indultum alteri cõcessũ debet esse vtile, et operari.*

28 *Quando canonicatus & præbẽdatus consistunt in solis distributionibus, canonici existentes in seruitio Episcopi lucrantur distributiones.*

29 *Beneficiarii absentes ratione studii percipiunt fructus suarum præbendarum. non tamen lucrantur distributiones. at si beneficium consistat solum in distributionibus quotidianis, eas omnes lucrantur.*

30 *Quãdo Canonicatus non habet alios fructus, quã distributiones, tunc nomine fructuum veniunt tales distributiones.*

31 *Vbi est consuetudo legitime introducta, vt canonicis absentibus in seruitio Episcopi detur distributiones, poterit Canonicus absens à sua*

à sua Ecclesia illas percipere.

32 Consuetudo, quando cum iusta causa est introducta, debet seruari.

33 Absentes in seruitio Cardinalis Legati possunt percipere fructus præbendarum, non tamen lucrantur distributiones.

34 Absentes in seruitio Papæ non lucrantur distributiones.

35 Habens canonicatum, vel præbendam, vel dignitatem, non potest, si absit, percipere distributiones, quamuis per substitutū seruiat.

36 Non valet statutum, quo datur facultas canonicis seruiendi per substitutum, vel alternatim vnus pro alio.

37 Canonicus qui causa examinis, vel tanquam examinator à Synodo Diœcesana est electus, si ob hanc causam absit à choro, non lucratur distributiones.

38 Dantes operam litteris in quibusdā studiis generalibus quamuis virtute priuilegii possint percipere fructus beneficiorum, nō tamen possunt percipere distributiones.

39 Consuetudo vt distributiones integræ dentur ijs, qui certis horis intersunt, ac si omnibus essent præsentes, est inualida.

40 Distributiones sunt introductæ ad augendum cultum diuinum, vt facilius beneficiarij alliciantur ad assistendum diuinis officiis.

QVÆSTIO VII.

An ad acquirendas quotidianas distributiones requiratur præsentia.

1 DICO primo. Distributiones quotidianæ regulariter dantur solū ijs, qui diuinis officijs in choro intersunt. ita Couar. lib.3.variar.c.13.n.13. Cassad.decis.vnic.tit.de cleric. non resident. per totam. Cæsar de Grass. decis.116. alias 5. de præben.n.3. Moneta de distrib. par.2.q.5.nu. 19. Azor tom. 2. lib.7.c.7. q.5. Durand. de ritibus Eccles.lib.3.c.25. nu. 2. & seqq. Gigas cons.144.nu.6. & 13. Rebuff.in concord.rubric.1. tit. de collatio. §. 1. in glosa verb.Distributionū. & in tract. nominat. q.9. nu.39. & de priuileg.scholar.31.nu.12.Roder. tom.3. quæst.regul. q.74.art.4. Cosmas pragm. sanctio. tit. in quo temp. quisque deb. esse in choro. Paris. volum.4. cons. 32.num. 4. & consil.33 num.1. & seqq. Thomas Zerola in pra-

praxi Episcop.c. 1. §. Distributiones quotidianæ, in princip. Gutierrez lib. 2. quæstio. canon. cap. 15. num. 9. & patet ex cap. licet. de præbend. cap. vnic. de cleric. non resident. in 6. cap. finali de rescrip. in 6. c. cum non deceat. de election. in 6. Clemen. 2. de ætat. & qualit. Extrauag. 1. de præbẽd. inter cõmunes, & etiam ex Trident. sess. 21. cap. 3. & sess. 24. c. 12. §. præterea. de reformation.

2 Quare qui à diuinis officijs ob impedimẽtum affectatũ abest, non poterit percipere distributiones, nam regulariter impedimentum affectatum non excusat ex Iasone in l. si vero. ff. qui satisdar. cog. num. 8. in fine, Felin. in cap. final. de testib. n. 5. Tiraqu. de retract. lignag. §. 35. glosa 4. n. 29.

3 Imo nec qui abest causa peregrinationis, poterit percipere distributiones. ita Moneta de distribut. par. 2. q. 5. n. 51. qui dicit ita respondisse sacram congregationem Conc. Trid. Petrus Cened. quæst. practic. q. 1. nu. 78. Zerola in praxi par. 1. §. distributiones. vers. ad tertium. in fine. quia nullo iure habetur clericum peregrinante lucrari distributiones. quod si peregrinaretur ex licentia Episcopi, quamuis posset percipere fructus grossos, non tamen posset percipere distributiones. ita Cenedo & Zerula loc. cit. qui citat Boerium decis. 17. num. 6. dissentit vero Moneta 2. par. de distribut. q. 13. num. 46. cum ait peregrinantem ex voto posse lucrari distributiones, sed non placet Petro Cenedo dicto num. 78. quia multi possent vouere peregrinationem, & hoc modo absentare se ab Ecclesia, deinde quia nullo iure hoc habetur, & propterea non est admittendum.

4 Dico secundo. Qui priuatim recitat horas canonicas, non acquirit distributiones, sed ad hoc vt illas acquirat, regulariter requiritur, vt eas recitet in choro. ita Petrus Nauar. lib. 2. de restitut. c. 2. dub. 3. in princip. Couar. lib. 3. var. c. 13. n. 2. & 3. & patet ex c. vnic. de cleric. non resident. in 6. & Extrauag. Nonnullæ 1. de præbend. inter communes. Tridẽt. sess. 21. c. 3. & sess. 24. cap. 12. §. præterea. de reform.

5 Quãdo tamen quis abest ob euidentem Ecclesiæ necessitatem, vel vtilitatem, potest percipere distributiones quotidianas, ac si personaliter in-

interesset diuinis officijs. ita Cosm. in pragmat. sanctio. tit. quo tempor. quisq. deb. esse in choro. in Glos. verb. Actualiter. Nauar. consil. 10. de cleric. non resident. num. 4. Archidiac. in cap. vnic. de cleric. non residét. in 6. num. 1. & 2. Duennas regula 206. versic. limita sexto. Moneta de distributio. parte 2. quæst. 11. num. 2. & seqq. & n. 36. Paris. volum. 4. consil. 32. n. 18. Couar. lib. 3. variar. cap. 13. num. 8. vers. octauo. Graffius in decis. par. 2. lib. 2. cap. 15. num. 10. Hoieda de benefic. part. 1. cap. 17. num. 19. & par. 2. cap. 10. num. 16. Lelius Zechius de Republ. ecclesiast. cap. 24. nu. 6. Gutier. lib. 1. quæst. canon. cap. 1. n. 144. & patet ex c. vnic. de cleric. non resident. in 6. vbi dicitur. Qui vero aliter de distributionibus ipsis quidquã receperit, exceptis illis, quos infirmitas, seu iusta & rationabilis corporalis necessitas, aut euidens Ecclesiæ vtilitas excusaret.

Obijcies. In cap. cum non deceat. de election. in 6. dicitur, eos, qui absunt à suis Ecclesijs, & ad Curiam accedunt pro vtilitate Ecclesiarum, posse quidem percipere fructus suorũ beneficiorũ integre, quotidianis distributionibus duntaxat exceptis, ergo falsum est, eum, qui abest ob vtilitatem Ecclesiæ, posse percipere distributiones. Respondeo primo, posse eum, qui abest à sua Ecclesia, percipere distributiones quotidianas, si absit propter illius Ecclesiæ vtilitatem, cuius distributiones assignãtur clericis recitantibus diuina officia in choro, vt docet Io. Andreas in c. vnic. de cleric. nõ resident. in 6. num. 3. & Probus ibi num. 29. Ancharan num. 4. & sic est intelligẽdum dictum cap. vnicum. cum vero in cap. cum non deceat. dicitur, eum, qui abest propter vtilitatẽ Ecclesiæ, non posse percipere distributiones, intelligendum id est de eo, qui abest nõ propter vtilitatem illius Ecclesiæ cuius est canonicus vel præbẽdatus, & à quo solet recipere distributiones, sed de eo, qui abest, vel propter vtilitatẽ Ecclesiæ vniuersalis, vel specialis alicuius ciuitatis. & quamuis clericus Ecclesiæ cathedralis, vel Collegiatæ, qui abest propter vtilitatem Ecclesiæ suæ ciuitatis diuersæ tamen ab ea, cuius est canonicus, dicatur etiam quo-

quodãmodo feruire illi Ecclesiæ, cui adscriptus est, non tamen directe id facit, sed solum indirecte, quare ab ea Ecclesia non debet habere illud stipendium, quod est destinatum ad eos, qui inseruiunt choro recitando diuina officia. sicut etiã qui seruit Papæ vel Legato à latere, quãuis inseruiat Ecclesiæ vniuersali, non tamen lucratur distributiones quotidianas c.cum dilectus. de clericis nõ resident. Sicut etiam qui absūt in seruitio Episcopi, nõ lucrantur distributiones. c.de cætero. c.ad audientiam.de cleric.non resident. quamuis etiam inseruiant Ecclesijs suæ ciuitatis,& diœcesis, quare debent recipere stipẽdium, & salarium ab ijs Ecclesijs, quarum negocia prosequuntur.

6 Secundo. Potest dici dictum caput Cum non deceat.de electio. in 6. esse correctum per textum in cap. vnic. de cleric. non resident. in 6. nam licet iurium correctio sit odiosa, & vitanda cap. cum expediat de electione in 6. vbi dicitur cum expediat concordare iura iuribus,& eorum correctiones, si sustineri valeant, euitari. & l. si quando.in princip. C.de inofficio.testam. attamen correctio debet admitti, quando alio modo leges cõcordari nõ possunt, vt dicitur in eodem cap. cũ expediat. quare Glosa ibi. verbo sustineri ait. reprehendũtur hic illi, qui volunt sustinere iura, quæ penitus sunt correcta; vbi ergo apparet de correctione, non sustineantur, alias sustineãtur,& quod interdum sit vtilis legum correctio, docent Bald. in l.vnica. C.de caducis tollen. in princip. Sylu. verb.lex.n.25. Francisc. Patritius de institut. Reipub. lib.1. tit.5. Arist. lib.2. Politic.c.6. S.Augustin.lib.1.de liber.arbitr.c.6. Plato dialog.6. de legibus. & lib.16. ciuili, vel de regno,& patet ex c.vlt.dist. 14.& c.erit autem lex.dist.4.c. sciendum dist.29. c.non debet. de consang.& affinit.cap.Alma mater. de sent.excomm.in 6.

Tertio potest dici dictum c. vnicum esse intelligendum, vbi est cõsuetudo, quod absens ob Ecclesiæ vtilitatem percipiat distributiones, caput vero cum non deceat loqui, vbi talis cõsuetudo non fuerit. ita Archid. in d.c. vnic. n.2. & ibi Anchar. n.4. Franc.n.3 Azor tom.2 lib. 7. cap. 7. q. 10. & 14. Hoieda de beneficio.incompatibil.

par.

par. 1. cap. 17. num. 19. & par. 2. cap. 10. num. 16. Gutierrez lib. 1. quæstio. canonic. cap. 1. num. 145. Garzias de benefic. par. 3. cap. 2. num. 361.

Quartò dici potest cap. vnic. loqui de eo, qui non se absentat ab eo loco, in quo habet beneficium, sed solum pro vtilitate suæ Ecclesiæ non interest diuinis officijs, hic enim in tali casu non debet amittere distributiones. caput vero cum non deceat loqui de eo, qui abest à loco, vbi habet beneficiũ, hic enim non percipit distributiones, quamuis pro vtilitate Ecclesiæ se absentet. ita Couarr. lib. 3. variar. cap. 13. num. 8. vers. Octauo qui citat Glossam in dicto cap. vnic. Ripam trac. de peste. tit. de priuileg. cont. caus. pestis. num. 145. Cosmas vero in pragm. sanctió. tit. quo tempo. quisque debeat esse in choro in §. tollens. in glos. verbo, actualiter ait non posse percipere distributiones, quãdo ob absentiam illi datur stipendium cõstitutum ad hoc, vt Ecclesiæ suæ negocia prosequatur, at si stipendium non datur, posse percipere distributiones, quas consequeretur, si posset adesse diuinis officijs, cum nemo cogatur suis stipendijs militare. c. Cum ex officij. de præscriptio. nec cuiquam suum officium damnum inferre debeat. l. cum quidam. C. de administrat. tutor. c. cum non deceat. de electio. in 6. c. peruenit. de fideiuss. l. si seruus communis. ff. de fur.

Quinto dici potest cap. cum non deceat loqui de illo, qui tunc in sua Ecclesia non residebat, sed ob aliam causam erat absens, quamuis illi iam absenti fuerit commissum aliquod negocium suæ Ecclesiæ; nam in tali casu non lucratur distributiones quotidianas, caput vero vnicum loquitur de eo, qui adest suæ Ecclesiæ, huic enim si committatur aliquod negotium suæ Ecclesiæ, & propterea debet abesse non amittit iste distributiones. ita Decianus vol. 2. cons. 69. nu. 5. Cenedo pratic. quæstio. quæst. 1. num. 23. vers. Mihi tamen, vbi ait sic etiam sentire Ioannem Monachum relatum à Boerio decis. 17. num. 15.

7 Ex hoc infertur eum, qui pro negocijs & causis suæ Ecclesiæ prosequendis ex mandato Episcopi vel capituli residet Romæ vel alibi posse tuta conscientia per-

percipere distributiones, ac si esset præsens suæ Ecclesiæ ita Nauar. consil. 10. de cleric. non resident. citatus à Petro Cenedo nu. 23. allegato vers. octauo. Sed Nauar. dicto loco num. 2. solum in vniuersum allegat Io. Andream & Dominicum in dicto cap. 1. de Cleric. non resident. dicentes omne impedimentum iustum excusare absentem à fructuum & distributionum amissione. cum nobis etiam sentiunt Cenedo loco citato. Archidiac. in cap. vnic. de cler. non resident. n. 2. Duenn. regula 206. limitat. 6. Barbos. de offic. Episc. part. 3. allegat. 53. num. 171. Lelius Zechius de republ. Ecclesiast. cap. 24. num. 6. vers. quando, Rota decis. 1234. par. 2. apud Seraphin. Couarr. lib. 3. variar. cap. 13. num. 8. vers. 8. & 10. Garzia par. 3. cap. 2. num. 362. Riccius in praxi fori ecclesiast. resolut. 389. Gutierrez lib. 1. quæst. canonic. cap. 1. nu. 143. Iacob. de Graff. 2. par. lib. 3. cap. 15. num. 10. Moneta de distribution. par. 2. q. 11. num. 39. tum quia in tali casu Ecclesiæ suæ deseruit, & habetur pro residente. cap. ex parte il 2 de cleric. non resident. tum quia officium suum, vt dictum est, nemini debet esse damnosum; aliqui tamen prædictorum doctorum loquuntur in generali.

8 Obijcies secundo. Qui abest propter vtilitatẽ Ecclesiæ, potest accidere, vt non soleret adesse diuinis officijs, ergo nõ est verum vniuersaliter absentem propter vtilitatem Ecclesiæ suæ non esse priuandum distributionibus. Respondeo in tali casu non posse hunc percipere distributiones. ita Ioan. Monachus in dicto cap. cum non deceat. de election. in 6. Graff. in decis. par. 2. lib. 2. c. 15. num. 13. Moneta de distribut. par. 2. quæst. 11. num. 34. Petrus Cenedo practic. quæstionum q. 1. num 23. vers. mihi tamen.

9 Sicut etiam nec posset percipere distributiones, si ab Ecclesia integrum salarium acciperet. ita Graff. dicto c. 15. num. 11. Moneta num 35. Cenedo num. 23. ante versiculum mihi tamen. nam ratio, cur debeat percipere in absentia distributiones, est, quia officium nemini debet esse damnosum; at quando integrum salarium percipit, officium non est illi damnosum. & ex altera parte cum cesset ratio, debet etiam ces-

cessare dispositio.

10 Dico tertio. Canonicus, qui facit sacrum, dum diuina officia in Ecclesia recitantur, si habent capellaniam adiunctã, & celebret tanquam capellanus, non potest percipere distributiones, quas perciperet, vt canonicus, si eo tempore diuina officia in choro cum alijs recitaret. ita Federic. de Senis consil. 120. in fine. Franc. in cap. vnic. §. finali ad finem de cleric. non residentib. in 6. Gigas consil. 144. numero 26. nam cum celebrando missam habeat suum stipendium ratione capellaniæ coniunctæ canonicatui, huiusmodi stipendio debet esse contentus, nec debet quærere eas distributiones, quæ sunt deputatæ ad beneficiarios recitantes preces horarias in choro. si vero canonicus celebraret ex mera deuotione, tunc aliqui putant, posse hunc percipere distributiones, at contrarium est dicendum, posset tamen percipere distributiones, quando faceret sacrum iussu Superioris, vel ex eius consilio, nam sic consulitur bono Ecclesiæ, quod etiam requirit, vt dum in choro recitantur horæ, in Ecclesia celebrentur missæ. & sacra Congregatio ita declarauit: teste Gonzalez in regul. 8. Cancellar. §.7. procemiali nu. 180. nempe eum, qui tempore, quo cantatur vna hora in choro, missam celebrat in eadem Ecclesia ex deuotione vel obligatione, non dici interfuisse illi horæ, nec illius distributiones accipere posse, si vero iussus fuerit à superiore, vt celebraret, tunc posse percipere, Superior vero debet cauere à tali iussione, sic etiam sentiunt Bonacina de sacramentis disp. 4. quæst. vlt. punc. 7. §. 5. num. 7. Franciscus Leo in thesaur. fori ecclesiast. par. 2. cap. 13. num. 6. Barbos. de officio Episcop. allegatio. 53. num. 134. Henriq. consil. 22. Theodos. Rube inter disceptation. forenses Stephani Gratiani cap. 298. numero 21. Galett. in margarit. casuum conscient. verbo Distributiones pagina 81. Riccius in praxi fori ecclesiastici resolutio. 385. num. 2. Piaseg. in praxi Episco-

11 pi folio 129. numero 8. putat Cenedo lib. quæst. pract. q. 1. n. 76. posse consuetudine introduci, quod clerici recedentes à choro, dum preces horariæ

recitantur, lucrentur distribu-
tiones, si recedant ob cele-
brandam missam: sic etiam
Moneta de distribut. par. 2. q.
11. num. 52. vel si recedant ob
excipiendas cõfessiones sacra-
mentales ex Cenedo eodem
numero 76. Zerula 1. par. ver-
bo Distributiones. num. 3. ver-
sic. tertio sacerdoti: vel ad as-
sociandam Eucharistiam, dum
ad infirmum defertur ex eo-
dem Cenedo.

12 DICO quarto. Pœniten-
tiarius, qui ex decreto Conci-
lij Tridentini sess. 24. c. 8. de re-
format. debet institui in om-
nibus Ecclesijs cathedralibus,
vbi fieri commode potest. &
tradunt Garzia de benefic. par.
5. cap. 4. num. 130. & seqq. Ze-
rula in praxi Episcop. par. 1. ver
bo Pœnitentiarius. Gonzal. in
regul. 8. Cancell. gloss. 34. n. 78.
Aloys. Ricc. in praxi fori Eccle-
siast. resolut. 477. Vgolin. de of-
13 fic. Episc. c. 33. si dum recitan-
tur officia diuina, audiat in Ec
clesia cõfessiones, percipit quo
tidianas distributiones ita Cõ-
cilium loc. cit. cum ait, vt hic
tanquam præsens in choro cẽ-
seatur, & asserunt Barbosa de
offic. Episcop. par. 3. allegatio.
53. n. 160. Riccius in praxi fo-
ri ecclesiastici resolut. 389. n.
5. Garzia de benefic. part. 5.
cap. 4. num. 123. quod est ve-
rum, quamuis audiat confessio-
nem peccatorum venialium &
non reseruatorũ. & ita dicitur
fuisse declaratum à sacra Con-
gregatione testibus Garzia nu.
123. & Moneta de distribut.
14 par. 2. quæst. 11. num. 65. qui
addunt pœnitentiarium non
censeri præsentem in choro.
nec posse percipere distribu-
tiones, dum missam celebrat,
vel priuatim officium dicit, vt
opportunius confessiones au-
diat, & sic declarasse sacram
Concilij Tridentini congrega-
tionem. quod etiam asserunt
Vgolinus de offic. Episc. c. 33.
n. 5. Ricc. in praxi fori ecclesia-
stici resol. 477. n. 6. Salazar de
Mendoza libello de instit. Ca-
non. pœnit. §. 6. Cãpanil. in di-
uers. iuris c. 6. n. 27. Rubr. 7. præ-
15 terea pœnitentiarius censetur
esse præsens processionibus, &
exequijs defunctorũ, quæ eo tẽ
pore fiunt, quo ipse audit con-
fessiones, sed non sufficit, quod
sit in confessionario, nisi reali-
ter ipse cõfessiones audiat. ita
Garzia n. 124. qui ait sic fuisse
decisũ. quamuis contrariũ ve-
16 lit Moneta n. 65. citato. si vero

ex-

extra Ecclesiam audiat confessiones etiam infirmorum non lucratur distributiones. ita Barbosa de offic. Episcop. par. 3. allegat. 55. num 32. Garzia de benefic. par. 5. cap. 4. num. 125.
17 in addition. Canonici vero, qui non sunt poenitentiarij, non possunt percipere distributiones, si dum preces canonicæ recitantur in choro, audiant confessiones. ita Moneta quæst.
18 11. nu. 67. Quamuis vero poenitentiario incumbat onus audiendi confessiones, nõ tamen obligatur ad maiorem residentiam, quam alij canonici, quare sacra congregatio dicitur declarasse, non posse poenitentiarium cogi ad maiorem residentiam, quam alij canonici, qui per tres menses abesse possunt, dum tamen non absit tempore, quo frequentius poenitentes accedunt, & diebus festis solemnibus, veluti tempore ieiuniorum Quadragesimæ, Aduentus, Quatuor temporum, Resurrectionis, & Ascẽsionis, Pentecostes, Corporis Christi, Assumptionis B. Mariæ, Natiuitatis Domini, & Omniũ sanctorum, & tradunt Garzia de benefic. par. 5. c. 4. num. 122. Vgolin. de offic. Episcop. cap. 33. num. 6. Barbosa eodem tit. par. 3. allegatio. 55. num. 33. Mendozza §. 7.
19 Hic nota solum Episcopum posse eligere poenitentiarium, nec requiri consensum Capituli, ita Zerula loc. cit. num. 3. Garzia de benefic. par. 5. c. 4. n. 138. Nauar. cons. vnic. Ne sede vacante. in fine. Paris. de confiden. q. 45. n. 17. Aloysius Riccius in praxi fori Eccles. resol. 477. nu. 1. & dicunt ita fuisse declaratum à sacra Cõgrega-
20 tione. debet vero poenitentiarius, qui ab Episcopo instituitur, esse magister, vel doctor, aut licentiatus in Theologia, vel iure canonico, seu alius, qui aptior pro loci qualitate reperiatur ex Concilio Tridentino sess. 24. de reformat. cap. 8. & notat Garzia de benefic. par. 7. cap. 4. num. 32. & cap. 7. num. 49. debet præterea poenitentiarius esse annorum quadraginta, seu alius, qui aptior pro loci qualitate reperiatur ex Concilio dicto c. 8. & asserunt Reginaldus in praxi fori poenitent. lib. 30. tract. 3. numero 164. Barbosa de officio Episcop. par. 3. allegatio. 55. num. 7. Gutierr. libro 1. quæst. canonic. cap. 26. num. 40. Campa-

nil. in diuersor. iur. canon. rubrica 7. cap. 6. num. 27. Garzia par. 7. de benefic. cap. 4. nu. 32. anni quadraginta debent esse completi ex Garzia cap. 4. nu. 35. licet Azor tom. 2. libro 6. cap. 5. q. 6. in fine putet suffi-
21 cere, quod sint inchoati. potest vero pœnitentiarius audire confessiones omnium diœcesis Episcopalis, est enim veluti parochus totius diœcesis, nec alia licentia Episcopi requiritur, cum à iure & concilio habeat talem potestatem. ita Riccius resolutione 477. allegata num. 5. Salazar de Mendozza in libello de institutione canonicatus pœnitentiariæ §. 5. Vgolin. de offic. Episcopi cap. 33. num. 2. & 3. Lelius Zechi. de Republic. Ecclesf. c. 24. n. 16. pœnitentes ad se venientes tenetur ex officio admittere, nec eos potest recusare. ita Garzia de benefic. par. 5. cap. 4. num. 118. Riccius in praxi fori Ecclesiast. resolut. 477. num. 6. Mendozza §. 7. Campanil. c. 6. n. 27. Barbosa allegatio. 55. nu.
22 26. Non tamen potest absoluere à casibus Episcopo reseruatis, nisi ab Episcopo habeat facultatem. ita Garzia de benefic. par. 5. cap. 4. num. 115. Sayr. in floribus decisio. tit. de poenit. & remissio. decis. 44. Riccius in praxi fori Ecclesiastici resolut. 492. num. 2. & in praxi aurea resolut. 179. in fine. Nauar. cons. 20. de poeni. & remissio. Vgolin. de officio Episcopi cap. 33. num. 3. Henriq. cons. 62. num. 7. & seqq.
23 Quod vero supra diximus, nempe poenitentiarium haberi tanquam præsentem in choro, & lucrari distributiones, si tempore recitationis officiorum ipse audiat in Ecclesia confessiones, est etiam extendendum ad alios beneficiarios, qui administrant sacramenta, dum preces horariæ in choro recitantur, quando illi Ecclesiæ imminet cura animarum. ita Armendariz in addition. ad recopilat. legum Nauarræ libro 2. tit. 23. de residentia in Rubrica An Canonici, vel alij habentes dignitates teneantur residere in suis Ecclesijs numero 57. Theodos. Rube. inter disceptation. forenses Stephani Gratiani capite 298. numero 22. Barbosa de officio Episcopi parte tertia allegation. 53. numero 129. & 162. Garzia de benefic. parte 3. cap. 2. num. 335.

Fran-

Franciſcus Leo in Theſaur.for. Eccleſ. par.3. cap. 2. num. 24. Riccius in praxi for. Eccleſ. reſolut.389. num. 4. adduntque fuiſſe à ſacra congregatione deciſum haberi tanquam præſentes in choro,qui curam animarum exercent, quæ illi Eccleſiæ imminet, dum tamen ſunt in actu adminiſtrandi ſacramenta, vel alia exercendi, quæ ſpectant ad ipſam curam.

24 Dico quinto. Cum Epiſcopi in ſui ſeruitium poſſint habere duos canonicos Eccleſiæ ſuæ, qui fructus præbendarum in abſentia percipiant vt dicitur in c.de cætero.& in cap.Ad audientiam. de Clericis non reſident.nō tamen poſſunt percipere diſtributiones quotidianas. ita Gonzalez in regul. 8. Cancellar.§.7.proœmiali num. 183.Stephanus Gratian. tomo 1.cap.166.num.20.Moneta de diſtributionibus par. 2. quæſt. 8.num.12.Couar.lib.3. variar. cap. 13. num. 2. Nauar. conſ. 2. de Cleric. non reſident. nu. 2. & patet ex dicto cap.de cætero.vbi dicitur iſtos non poſſe percipere victualia, quæ non conſueuerunt abſentibus exhiberi,nomine vero victualium intelligūtur diſtributiones quotidianæ, vt omnes ſcribētes ibi notant. & in cap.vnico de clericis nō reſidentibus in 6.quotidianæ diſtributiones appel-

25 lātur victualia. Ratio vero,cur diſtributiones nominentur victualia, eſt, quia dantur in victum quotidianum ijs, qui diuinis officijs interſunt, vt tradunt Innoc. Abbas, Felinus,& alij plures in cap. cum omnes. de conſtit. & in cap. cum olim de ſentent. & re iudic. & in dicto cap. de cætero. quod vero tales canonici exiſtentes in ſeruitio Epiſcopi non lucrentur diſtibutiones, patet etiam ex cap. licet de præbendis ibi. Nolumus tamen, vt quotidianæ diſtributiones, quæ tantum reſidentibus in Eccleſijs,& his, qui interſunt horis canonicis, exhibentur,ei tribui facias.

Obijcies in dicto cap. Ad audientiam.de Cleric.non reſident. dicitur huiuſmodi canonicos poſſe integre percipere fructus, ergo poterunt etiam percipere diſtributiones. Reſpondeo hoc intelligi de fructibus præbendarum, vt notat ibi Gloſa. verbo integre. cum ait tales canonicos non percipere victualia, quæ tantum præſentibus dantur. præterea textus

ibi loquitur de fructibus grossis, qui in aliquibus Ecclesijs succedunt loco præbendarum. Item ex dicto textu potius colligitur prædictos canonicos nō posse percipere distributiones, nam ibi solum conceditur, vt in absentia possint percipere
26 fructus præbendarum, at appellatione fructuum præbēdæ, & beneficij non veniunt distributiones quotidianæ; vt bene docent Azor tom.2. lib.7. cap. 7. quæst.1. vbi ait esse constantem omnium iuris Pontificij interpretum opinionem. Roderic. tom.2. quæst. regular. q.74. art. 4. in princip. Rota 1. par. decis. 330. num. 22. & tertia parte lib. 3. decis. 1170. num. 2. in nouiss. diuersor. Parisius volum. 4. consil. 33. num. 4. & 5. Redoanus tract. de spolijs q. 3. num. 3. Gutierr. consf. 8. n. 2. Probus ad Io. Monach. in cap. vnic. de clericis non resident. num. 53. Lapus allegat. 42. Decius consil. 280. Viuius in cōmun. opin. verbo distributiones quotidianæ.

Obijcies secundo. Canonici, qui sunt in seruitio Episcopi, censentur etiam Ecclesiæ seruire, vt dicitur in cap. Ad audientiam. de cleric. non resident. ergo poterunt percipere quotidianas distributiones. Respondeo dici inseruire Ecclesiæ non quidam directe, proxime, & principaliter, sed solum remote, & indirecte, & minus principaliter, & propterea non poterunt lucrari distributiones, cum ad eas lucrādas requiratur, vt principaliter canonicus absit pro vtilitate suæ Ecclesiæ. si enim principaliter esset cum Episcopo ob Ecclesiæ suæ vtilitatem, posset tunc percipere distributiones ita Moneta de distribution. par. 2. quæst. 8. num. 14. Ex hoc n. 16. infert, quod si aliquis canonicus iuxta præceptum Cōcilij Tridentini sess. 21. cap. 9. de reformat. debeat adhiberi ab Ordinarijs in publicandis indulgentijs, & alijs gratijs spiritualibus, & propterea absit ab Ecclesia, posset percipere distributiones, cum tunc censeatur abesse propter vtilitatem Ecclesiæ, cum officium suum nemini damnum inferre debeat. l. cum quidam. C. de administr. tutor.

Obijcies tertio. In aliquibus locis canonicatus, & præbendatus consistunt in solis distributionibus quotidianis, ergo si ca-

canonici existentes in seruitio Episcopi non possunt percipere
27 distributiones, priuilegium, & indultum illis concessum esset prorsus inutile. & nihil operaretur contra textum in capite si Papa. de priuileg. in 6. & in cap. in his. de priuileg. Hostiens. in c. 1. de rescriptis. n. 9. Anastas. Germon. tract. de indultis. §. etiam si secularia. n. 14. Glos. final. in Clementin. final. de celebratio. Missarum. & ibi Cardinal. num. 2. Quare ne hoc sequatur, dicendum est tales canonicos posse percipere in absentia distributiones.
28 Respondeo in tali casu canonicos posse lucrari distributiones, ne priuilegium iuris reddatur inutile. ita Moneta de distributio. par. 2. quæst. 8. nu. 14. in fine vers. limitatur ergo. Petrus Cenedo in lib. quæst. practic. q. 1. num. 33. vbi ait hoc esse de mente sacræ congregationis. Garz. de beneficijs par. 3. cap. 2. num. 351. vbi ait istos amittere tertiam partem, quæ
29 deseruientibus accrescit. Sicut etiam licet beneficiarij absentes ratione studij, quamuis percipiant fructus suarum præbendarum. cap. finali de magistris. c. cum ex eo. de elect. in 6. c. cum de diuersis mundi. de priuileg. in 6. Clem. 1. §. cæterum. vers. sane. de statu monachor. Concil. Triden. sess. 5. cap. 1. de reformat. non tamen lucrantur distributiones quotidianas, vt constat ex cap. licet. de præbēdis, & docent Francus in cap. vnic. §. statuimus. de clericis non residentibus in 6. num. 3. Couar. lib. 3. variar. cap. 13. num. 5. Spino de testamen. glosa 9. princip. num. 29. Hoieda part. 2. de incompatibil. benefic. cap. 12. num. 8. Gonzalez in regul. 8. Cancellar. §. 7. procœmiali num. 178. Fuscus de visitatione lib. 2. cap. 15. num. 12. Zechus de Republ. ecclesiast. c. 24. de Canonicis n. 6. Zerula in praxi Episcop. par. 1. verb. Distributiones. §. 3. Petrus Cenedo practic. quæst. q. 1. n. 30. Didacus Perez lib. 1. tit. 2. l. 8. in glos. studios generales. vers. inter alia. Anton. Gomez in explicatione bullæ Cruciatæ c. 7. in quarta clausula num. 29. Azeuedo in l. 17. tit. 3. l. 1. recop. num. 5. Io. Gutierr. lib. 2. quæstion. canon. cap. 15. num. 10. Felinus consil. 28. & in c. Iacobus. num. 1. de simonia. Rebuff. tract. de priuileg. scholarium priuileg. 31. nu. 22. Ho-

ratius Lutius de priuileg. scholar. priuileg. 100. limit. 1. Ioan. Ocon. in cap. 1. de cleric. non resident. in 6. num. 9. Moneta de distributionib. par. 2. q. 10. num. 23. Petr. Gregor. tract. de benefic. cap. 7. num. 12. Gigas cons. 154. num. 23. Barbosa de offic. Episcopi par. 3. allegat. 56. num. 19. Sandoual de offic. ecclesiast. par. 6. cap. 17. Aloys. Riccius in praxi fori ecclesiast. resolut. 386. num. 3. Armendar. in additio. ad recopilat. legum Nauarræ lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. de residentia. num. 67. Quaranta in summ. Bullarij verbo Residentia. versi quod autem. Stephan. Gratian. tom. 1. disceptat. forens. cap. 166. num. 17. Vgolin. de officio Episcopi cap. 19. §. 2. num. 6. Franciscus Leo in thesaur. fori ecclesiast. cap. 33. nu. 22. Henriquez cōsil. 13. Garzia de benefic. par. 3. cap. 2. num. 112. & sic dicitur fuisse sæpe declaratum à sacra Congregatione. & tamen si canonicatus consistant solum in distributionibus quotidianis, eas omnes lucratur absens ratione studij ita Andreas Gambara de offic. & potest. Legat. de lat. lib. 6. num. 32. Spino de testament. in glosa 9. n. 29. Didacus Perez lib. 1. tit. 10. l. 1. in glos. 1. versic. vnde infero. Tiber. vol. 1. cons. 42. nu. 13. Rebuff. de priuileg. scholar. priuileg. 31. num. 12. Io. Ocon in repetit. c. vnic. de cleric. nō resident. in 6. num. 13. Anton. Gomez in explicat. bullæ cruciatæ in 4. clausula nu. 29. Pet. Gregor. de benefic. cap. 17. n. 12. Abbas in cap. licet. de præbend. num. 8. Petrus Cenedo quæst. practic. q. 1. num. 31. Prob. ad Monach. in c. 1. de cleric. non resident. in 6. num. 64. Moneta de distributio. par. 2. q. 8. num. 14. in fine. Garzia de benefic. par. 3. cap. 2. num. 113. Zerula in praxi Episcop. par. 1. verb. distributiones. n. 3. Zechus de republic. ecclesiast. cap. 24. de Canonicis. num. 6. Aloys. Riccius in praxi fori ecclesiast. resolut. 386. num. 3. qui ait sacram congregationem ita etiā declarasse dempta tamen tertia parte, quæ inseruientibus accrescit, non tamen posse percipere distributiones applicatas missis, aut defunctorū anniuersarijs. Horat. Luci. de priuileg. scholar. priuileg. 100.
30 limitat. 1. nam quando canonicatus non habet alios fructus quam distributiones quoti-

tidianas, tunc nomine fructuũ veniunt tales distributiones, vt notant Geminian. in cap. præsenti. de offic. ordinar. in 6. Tiberius Decianus volum. 1. cons. 43. num. 14. & 15. Philipp. Probus in addition. ad Io. Monachum in c. vnic. de cleric. non resident. in 6. num. 60. & 64. Glosa in dicto cap. vnic. Azor tom. 2. lib. 7. cap. 7. q. 2. Rota Romana apud Cæsar. de Grass. decis. 54. alias decis. 8 de probatio. Mohedan. decis. 6. de præbend. Caputaq. decis. 29. n. 4. & 5. par. 1. Gonzalez in regul. 8. Cancell. §. 7. procemiali num. 157. Notat Moneta de distributio. par. 2. q. 10. non esse improbabile in hoc casu absentem causa studij nõ posse percipere distributiones quotidianas, etiamsi canonicatus non haberet alios fructus quã distributiones, nam cum in c. licet. de præbendis aperte dicatur absentibus non esse dandas quotidianas distributiones, illi regulæ est standum, nisi excipiatur aliquis casus in iure iuxta textum in cap. 2. in fine de coniug. leproso. nec priuilegium illud esset inutile, cum prosit clericis aliarum Ecclesiarum, in quibus præter distributiones quotidianas assignantur canonicis alijs fructus, & fere omnes Ecclesiæ habent alios fructus, & leges respiciũt id, quod vt plurimum accidit; non vero casus particulares de raro contingentes. l. iura. ff. de legib. sed à priori sententia non est recedendum.

31 Obijcies quarto. In aliquibus locis est consuetudo, vt canonicis absentibus in seruitio Episcopi dentur distributiones, ergo id, quod diximus, nõn est absolute verum. Respõdeo. vbi est talis consuetudo legitime introducta, posse canonicos absentes percipere distributiones ita Moneta de distributio. par. 2. quæst. 8. num. 15. Sbrotius de Vicario Episcopi lib. 1. quæst. 43. num. 3. Garzia de beneficijs par. 3. cap. 2. num. 348. nam

32 consuetudo, quando cum iustà causa est introducta, debet seruari, vt asserunt Decius in cap. cum omnes. de constitutio. lectura 2. num. 6. Duennas regula 206. limitat. 1. Couarr. lib. 3. variar. cap. 13. nu. 5. vers. Tertio eadem ratione. Hoieda de incompatibil. benefic. 1. par. c. 17. num. 10. quæ consuetudo debet esse quadragenaria ex Moneta loc. cit. cum sit contra

ius

ius iuxta textum in cap. final. de consuetud. Ab hac sententia discedit Nauarr. consil. 2. num. 2. de Cleric. non resident. vbi inquit. licet prædicti canonici seruiētes Episcopis vel alijs prælatis possint in absentia fructus suorum canonicatuum recipere, non tamen debent habere distributiones quotidianas, quas aliqui vocant victualia. cap. licet. de præbendis. & cap. de cætero. de Cleric. non resident. adeo quidem, vt consuetudo non possit eis prodesse per cap. 1. de cleric. non residen. in 6.

33 Dico sexto. Absentes in seruitio Cardinalis legati, licet possint percipere fructus præbendarum ex Io: Andrea in c. Cum dilectus. de Cleric. non resident. num. 7. Gambara lib. 1. de auctorit. legati num. 56. Siluestro verbo residentia nu. 7. Zerola in praxi par. 1. verb. Residentia. § 4. Garzia de benefic. par. 3. cap. 2. num. 382. non tamen possunt percipere quotidianas distributiones, vt tradunt Io: Andreas in c. vnic. de cleric. non resident. in 6. Moneta de distributio. part. 2. quæst. 9. nam in dicto cap. vnic. & in c. licet de præbend. præcipitur, ne distributiones quotidianæ dentur nisi ijs, qui officijs diuinis personaliter intersunt, & nullo iure habetur ab hac regula eximi eos, qui inseruiūt Cardinalibus legatis. 2.

34 absentes in seruitio Papæ de iure cōmuni non lucrantur distributiones quotidianas ex Io: Andr. in Glosa adfuerint dicti cap. vnici de cleric. non resident. in 6. & in lectura n. 3. & ibi Archidiac. num. 1. Gloss. in cap. cum dilectus. de cleric. non resident. & ibi Abbas nu. 5. Glosa in cap. finali de rescriptis in 6. verbo exceptis Io: Selua in trac. de benefic. part. 4. quæst. 6. num. 36. Garzia de beneficijs par. 3. cap. 2. num. 385. ergo multo minus lucrabuntur distributiones absentes in seruitio Cardinalis Legati.

Si dicas in cap. Cum olim. tibi. de verbor. signific. præcipit summus Pontifex, vt cuidam Canonico absenti in eius seruitio dentur manualia beneficia, idest quotidianæ distributiones, vt ibi interpretatur Glos. verbo manualia, ergo falsum est absentes in seruitio Papæ non percipere distributiones. Respondeo illum canonicum impetrasse à Papa, vt in absentia

tia posset percipere distributiones, quod priuilegium posse à Pontifice concedi, certum est, nos vero dicimus secluso priuilegio Sedis Apostolicæ absentes in seruitio Papæ non posse de iure communi percipere distributiones.

35 Dico septimo. Habens canonicatum non præbendam, vel dignitatem non potest, si absit, percipere distributiones, quamuis per substitutum seruiat, nisi habeat de hoc priuilegium. ita Calderinus consil. 1. de clericis non resident. dub. 2. Galett. in Margarita casuum conscientiæ. verbo distributiones. Barbosa de offic. Episcopi par. 3. allegatio 53. Cenedo lib. quæstio. practic. q. 1. num. 77. Couar. lib. 3. varia. cap. 13. num. 2. Moneta de distributio. par. 2. q. 5. num. 20. & q. 12. num. 47. vers. limitatur quinto. vbi ait contrarium esse dicendum, quod alicubi esset consuetudo immemorialis, quod quis per alium posset Ecclesiæ inseruire & percipere interim distributiones, quod etiam asserunt Cenedo dicto num. 77. Augustin. Beroi. quæst.

36 114. Non valet statutum, quo datur facultas canonicis seruiendi per substitutos, vel alternatim vnus pro alio. nã est contra Concilium Tridentin. ita Thomas Zerula in praxi Episcop. par. 2. verbo Canonia. vers. Quinto an canonici. Rota apud Farinac. decisio 659. num. 3. in nouiss. Barbosa de offic. Episcop. part. 3. allegat. 53. num. 136. Garzia de benefic. par. 3. cap. 2. num. 498. qui scribunt sic fuisse decisum à sacra Congregatione.

37 Dico octauo. Canonicus, qui causa examinis, vel tanquam examinator à synodo Diœcesana est electus iuxta decretum Concilij Tridentini sessio. 24. cap. 18. de reformat. si hanc ob causam absit à choro, non lucratur distributiones quotidianas. ita Moneta de distribut. par. 2. quæst. 11. n. 61. Barbosa de offic. Episcop. par. 3. allegatio. 53 num. 161. Garzia de benefic. par. 3. cap. 2. n. 355. nam hic non seruit Ecclesiæ, cuius est canonicus, sed solum Ecclesiæ suæ ciuitatis vel diœcesis. & ideo non debent de iure cõmuni distributiones illi concedi, est contra Lelium Zech. de Republic. Ecclesiast. in tit. de beneficiat. num. 13. ad finem. & Petrum Cened. lib.

quæ-

quæstio. practic. q. 1. num. 74. qui putant talem examinatorem lucrari distributiones, si absque fraude absit à choro, & dicunt esse decisum à sacra Congregatione, cui decisioni, si authentice constet, standum est.

38 Dico nono. Quãuis nonnullis vniuersitatibus & studijs generalibus cõcessum sit à Sede Apostolica, vt beneficiarij in illis residentes ac dantes operam literis possint in absentia percipere fructus suorum beneficiorum & præbendarum, non tamen virtute huiusmodi priuilegij est illis concessum, vt possint percipere distributiones quotidianas, vt bene tradunt Couar. lib. 3. variar. c. 13. num. 2. Franc. in c. vnic. §. statuimus. nu. 3. de Cleric. non resident. in 6. Anton. Gomez in bull. Cruciat. clausula 4. num. 29. Spino in speculo testam. glos. 9. princip. num. 29. Cenedo lib. quæstio. pratic. q. 1. nu. 30.

39 Dico decimo. Ad hoc, vt beneficiarius possit lucrari tuta conscientia integras distributiones, debet interesse omnibus horis. quare consuetudo, quæ alicubi posset vigere, vt distributiones integræ dentur ijs, qui certis horis intersunt, ac si omnibus essent præsentes, est inualida. est contra Bertrandum consil. 118. num. 6. vol. 6. Rochum de Curt. in c. finali de consuetud. col. 3. vers. valeret tamen cõsuetudo. Duẽnam regula 206. vers. limita secundo. Monetam de distributio. part. 2. quæst. 12. nu. 42. vers. secundo limitatur. Hoiedam de beneficijs part. 1. cap. 17. nu. 11. sed nostra opinio est vera, eãque amplectuntur Moneta de distributio. par. 2. q. 3. num. 50. Nauar. consi. 8. de cleric. non resident. Rodericus in sum. 2. par. cap. 34. num. 2. Cardinal. in Clement. 2. de ætat. & qualit. & ord. præfic. quæst. 17. Henric. Boich. in cap. quia nonnulli. de cleric. non resident. Probus in cap. vnic. de cleric. non resident. in 6. nu. 31. & seqq. Graf. in decisio. par. 2. lib. 3. cap. 15. num. 12. Cenedo lib. quæstio. pract. quæst. 1. num. 39. vers. hæc tamen. nam per talem consuetudinem diuinus cultus notabiliter diminuitur, ergo est reprobanda. cum

40 tamen distributiones fuerint introductæ ad augendum cultum diuinum, vt sic facilius beneficiarij alliciantur ad assistẽ-

dum

dum diuinis officijs, vt docent Abbas in c. licet. de præbend. notab. 2. Rebuff. in concord. Galli. rubric. de collatio. §. 1. verbo Distributionũ circa medium. Stephan. Durant. de ritibus Eccles. cap. 25. nu. 4. Hieron. Gigas consil. 144. num. 12. Nauar. de horis canon. cap. 18. num. 10. & 11. Paris. vol. 4. consil. 33. num. 1. Vgolin. tract. de simonia notab. 1. cap. 9. §. 4. num. 2. Decian. volum. 2. cons. 69. num. 2. & constat ex cap. vnic. de Cleric. non resident. in 6. & docent ibi Gloss. in princ. Probus ad Monach. nu 5. idem constat ex bulla Pij V. 138. in bullario edita 1571. 12. Calend. Octobris. quare non placet opinio Cæsaris de Grassal. qui in decis. 116. num. 8. sentit. esse validam consuetudinem, qua clerici lucrentur omnes & integras distributiones quotidianas, si diuinis officijs certa quadam parte anni intersint.

SVMMARIVM.

1 *Clericus infirmus, si absit à choro ob infirmitatem, lucratur distributiones.*

2 *Non est addenda afflictio afflicto. Infirmus non est afficiendus duplici damno. Quod quis inuitus patitur, non debet ei afferre præiudicium. Nemo sine culpa sua est priuandus stipendio.*

3 *Clericus lucratur distributiones, si abest à choro; quia medicinam sumit, vel sanguine minuitur.*

4 *Clericus lucratur distributiones, si abest à choro, quia absque periculo sanitatis domo exire non potest, vel quia sanitatis causa ad balnea, vel ad alium locum iret.*

5 *Clericus lucratur distributiones, quando lepra, vel morbo contagioso cogitur à choro abesse.*

6 *Clericus lucratur distributiones, si abest à choro, quamuis propria culpa in morbum inciderit.*

7 *Clericus lucratur distributiones, si non potest se conferre ad Ecclesiam, quia est debilis in cruribus seu tibijs sicut etiam cæcus, & podagra laborans.*

8 *Clericus infirmus non potest percipere distributiones, si, cum erat sanus, non consueuerat interesse diuinis officijs.*

9 *Beneficiarii senes ad hoc, vt lucrentur distributiones, debent adesse diuinis officijs.*

10 *Ipsa senectus est morbus.*

11 *Senes non numerantur inter infirmos, & valetudinarios.*

12 *Senex, qui commode diuinis officijs interesse non potest, lucratur distributiones.*

13 *Iudicis arbitrio est standum, cum quis propter senectutem excusatur, quominus possit choro interesse, & tamen possit lucrari distributiones.*

14 *Potest consuetudine introduci, vt ele-*

clericis senibus post septuagesimũ annũ dentur distributiones, quãuis diuinis officijs non intersint.

15 *Potest consuetudine introduci, vt qui per longum tempus inseruierunt Ecclesiæ, possint percipere distributiones tanquam milites emeriti.*

QVÆSTIO VIII.

An, qui absunt à choro propter infirmitatem vel senectutem, possint percipere distributiones quotidianas.

1 Dico primo. Clericus infirmus, si absit à choro ob infirmitatem, lucratur distributiones, ita Nauar. Comment. de horis canonic. cap. 11. num. 10. Decian. lib. 2. consf. 69. nu. 8. Thomas Actius in trac. de infirmit. part. 1. c. 50. num. 25. Graffius in decisio. par. 2. lib. 3. cap. 15. num. 10. Ludouic. Gomez in reg. de infirm. resign. quæst. 9. vers. quadragesimum septimum, Ioan. Ocon in cap. vnic. de cleric. non resident. in 6. num. 66. Cened. lib. practic. quæst. q. 1. num. 7. Barbosa part. 3. allegat. 53. nu. 166. de officio Episcop. Graff. de effect. cleric. effect. 1. num. 1172. Hoieda de incompatibil. benefic. par. 1. cap. 17. num. 15. Gutier. lib. 1. quæstio. canon. c. 1. num. 140. Franciscus Leo in thesaur. fori Ecclesiast. par. 3. cap. 2. num. 27. Zerola in praxi Episcopali part. 2. cap 3. n. 9. Moneta de distribut. par. 2. quæst. 5. n. 48. & q. 6. n. 1. & seqq. Couar. lib. 3. variar. resolut. cap. 13. n. 8. Abbas in c. ad audientiam. nu. 5. de cleric. non resident. Selua de benefic. 4 par. cap. 6. n. 9. Paul. Fusch. tract. de visitatio. lib. 1. cap. 20. num. 26. Didaco Spino de speculo testamenti glosa 9. principali numero 30. Duennas regula 206. limitatio. 7. Azor tom. 2. lib. 7. cap. 7. q. 10. Garzia de benefic. par. 3. c. 2. num. 363. Sylu. verb. beneficium. num. 3. & patet ex cap. vnico de cleric. non resident. in 6. §. qui vero. ibi. Exceptis illis, quos infirmitas, seu iusta & rationabilis corporalis necessitas, aut euidens Ecclesiæ vtilitas excusarent, & ex cap. Clericus victum. in fine dist. 91. & ex cap. 1. de cleric. ægrot. vel debili. vbi glosa in fine ait Cleri-

ticos in ægritudine suis non esse priuandos stipendijs. & ex cap. significatum. de præben-
2 dis. Non enim addenda est afflictio afflicto cap. indicatis 3. q. 9. cap. cum percussio 7. q. 1. cap. at si clerici. de iudic. l. diuus. ff. de offic. præsid. l. tam demētis. C. de Episcop. audiēt. nec infirmus duplici est afficiēdus damno. l. si pecuniam. §. si acceperit. ff. de conditio. caus. dat. & quod quis inuitus patitur, non debet ei afferre præiudicium, vt notat Glos. in cap. vlt. dist. 5. verbo inuita. & in c. presbyteros. dist. 50. neq; quis sine culpa sua est priuādus stipendio, vt docet Probus in c. vnic. de cleric. non resident. in 6. num. 17. Deinde quia infirmus censetur Ecclesiæ inseruire, vt asserunt Geminian. consil. 1. colum. 3. Bonifacius in Clementin. cupientes. de pœnis. num. 46. Probus loco cit. num. 16. sic etiam dicitur declarasse Congregatio Concilij, quod scilicet clericis infirmis debeāt dari distributiones quotidianæ, teste Moneta part. 2. q. 5. num. 48. de distribution.
3 quod est verum etiam, quando clericus abest à choro, quia medicinam sumit, vel sanguine minuitur. ita Graffius in decisio. part. 2. lib. 3. cap. 15. nu. 10. Probus in dictum cap. vnic. nu. 20. Azor quæst. 10. Cenedo lib. quæst. practic. q. 1. num. 7. in fine. Io. Ocon in dict. cap. vnic. de cleric. non resident. in 6. num. 70. Barbosa part. 3. allegatio 53. num. 169. de officio Episcop. Moneta de distri-
4 butio. part. 2. q. 6. num. 8. vel quia absque periculo sanitatis domo exire nō potest ex Probo num. 14. Geminiano consil. 152. vel quia sanitatis causa ad balnea, vel ad alium locum iret, Moneta 2. par. q. 6. nu. 10. Cenedo q. 1. nu. 11. nam etiam in hoc casu diceretur abesse causa sanitatis ex Oddo in tract. de restitut. in integr. q. 7. art. 11. num. 110. & seqq. Bar-
5 bosa num. 169. & idem est dicendum de eo, qui Lepra, vel alio morbo contagioso cogitur ab Vrbe abesse, hic enim, cum sine culpa sua non possit interesse diuinis officijs, & inuitus absit, lucrabitur distributiones ita Moneta 2. part. de distrib. quæst. 6. num. 11. Cenedo q. 1. practic. quæstion. num. 12. Barbosa de offic. Episcop. par. 3. al-
6 legat. 53. num. 170. Præterea talis clericus infirmus posset quo-

quotidianas distributiones percipere, quamuis propria culpa in morbum incidisset. ita Couarr. lib.3.variar. resolut.c.13. num.8. vers. septimo quotidianæ. Azor tom. 2. lib. 7. cap.7. quæst. 11. Moneta dicta q. 6. num. 12.Barbosa num.168.Cenedo dicta q.1. num.8. Gutier. lib.1. canon.quæst. cap.1. num. 138. Fuschus de visitatio. lib. 1.cap.20. num. 26. Roderic. in sum. part.1. cap.33.num.6.Zerola part. 1. verbo distributiones. §.3. vers. sexto debentur, licet in hoc casu contrarium velit Probus in dict. cap. vnic. de cleric. non resident. in 6. n. 17.

7 Lucrabitur pariter distributiones clericus, qui ad Ecclesiam se conferre non potest, quia est debilis in cruribus seu tibijs, ita Menochius de arbitrar. lib. 2. casu 60.num.14.& seq. Moneta num. 14. Cenedo num.13: sicut etiam cæcus, ex Moneta num. 16. & Cenedo num. 13. & podagra laborans ex eodem Moneta num.18. & Cenedo num.13.

8 Dico secundo. Clericus infirmus non potest percipere distributiones, si, cum erat sanus, non consueuerat interesse diuinis officijs. ita Felinus in cap. Apostolicæ. de exceptionum. 12. Selua de benefic. par. 4. quæst.6. nu. 9. Angelus verbo clericus 7. num. 7. Gutierr. lib. 1. quæstio. canon. cap.1. n. 138. Abbas in cap. ad audientiam. num.5. de Cleric. non resident. Io. Ocon in cap. vnic. de Cleric. non resident. in 6. n. 69. Petrus Cenedo lib. quæst. pratic.quæst. 1. num.9. Anton. Menes.in l.1. ff. de legatis 2. n. 44. Rebuff. in concordat. in rubric. de collation. §.1.in glosa verb. Impedimento. Probus in cap. vnic.de cleric. non resident. num. 18. Couar. lib. 3. variar. cap. 13. num. 8. vers. sexto hoc ipsum. Francisc.Monald. consil. 27. num.6. Tiber. Decian. vol. 2.consil.69. nu.8. Corset.singular.152.Azor.tom. 2. lib. 7. cap 7. quæst. 11. Roderic. in sum. part. 1. cap. 33. num.6. Moneta de distributio. 2. part. quæst. 6. num.21. Barbosa de officio Episcopi part.3. allegatio.53. num.167.Nauar. de horis canon.cap.11.num.9. & seqq.Spino in speculo testament. glos.9. princip. num.30. vers. sed tenendum. Henriq. in summ.lib.13. cap.13. num. 4. in glosa littera Q. Caldasius Pereira de renouatio. emphyteu.

q.5.

q. 5. num. 23. Cosmas in pragmatic. sanctio. tit. quo tempore quisque debeat esse in choro. vers. percipiunt. nam morbus non est in causa, vt non intersit diuinis officijs, cum etiam, quando commoda vtitur valetudine, non soleat interesse. Quamuis Petrus Nauar. lib. 2. de restitut. cap. 2. num. 240. contrariam sequatur, nam inquit potuit mutare voluntatem veniendi ad chorum eo die, quo ægrotauit, & ob superuenientem infirmitatem non potuit interesse.

9 DICO tertio. Beneficiarij senes ad hoc, vt lucrentur distributiones, debent adesse diuinis officijs. ita Alphonsus Hoieda tract. de incompatibilit. beneficio. 1. par. cap. 17. n. 17. Petrus à Cenedo in Collectan. ad ius Canonic. 3. parte collectan. 15. num. 8. Moneta de distribut. par. 2. quæst. 7. n. 1. & colligitur ex cap. vnic. §. statuimus. & sequent. de cleric. non resident. in 6. Si dicas. infirmi possunt percipere distributiones, quamuis non adsint diuinis officijs, ergo etiam senes, cum senes inter infirmos sint numerandi, & cum senectus ipsa sit morbus, vt dicunt Terentius in Phormionem, & Cicero in oratore, & in oratione Quinti Mutij, & quidem senectutem incurabilem morbum nominat Seneca epistola 109. & longam infirmitatem nominat Augustin. libro de cathechis. rud. & Bion. apud Diogenem lib. 4. ait senectutem omnium malorum esse portum. & Abbas in cap. Magnæ. col. 1. num. 8. de voto ait statutum loquens de infirmo habere etiam locum in sene. & Flamini. Paris. de resignation. libro 5. q. 3. num. 47. ait senectutem & morbum à pari procedere, imo senes dici perpetuo infirmos, quod etiam asserunt Thomas Actius de infirmis cap. 19. Farinac. in praxi crimin. par. 3. q. 92. num. 22. Monteleon. in tract. de priuileg. senect. cap. 5. & in cap. 1. §. sin autem. de cleric. ægrot. in 6. dicitur, quod sicut Episcopus ægrotans potest Coadiutorem impetrare, ita etiam possit Episcopus senex, quod notarunt etiam Hoieda mox citandus. nu. 17. Menochius mox item citandus casu 60. num. 7. Paris. loc cit. nu. 47. & alter Parisius volum. 2. cons. 29. num. 68 Respondeo senes non numerari inter in-

firmos & valetudinarios, vt bene tradunt Felinus in cap. quoniam frequenter. Vt lite non contestata. & in cap. ex parte. il 1. num. 21. de rescript. Moneta de distribut. part. 2. quæst. 7. num 1. & 3. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 1. casu 60. num. 8. Hoieda tractat. de incompatibil. benefic. 1. par. c. 17. num. 17. Gomez in regul. Cancell. de infirm. resignand. quæst. 7 Rebuff in praxi benefic. de infirm. resignan. glos. 3. nu. 13. Alciatus de præsumption. reg. 1. præsumpt. vlt. & constat ex c. 1. §. sin autem. de cleric. ægrot. in 6. Respon-
12 deo secundo. Senem haberi pro infirmo, quando senectus est huiusmodi, vt illum impediat, quominus commode possit se ad Ecclesiam conferre, & diuinis officijs interesse, in quo casu senex poterit lucrari distributiones, quamuis diuinis officijs non intersit, vt bene asserunt Azor tom. 2. lib. 7. c. 7. q. 12. Franciscus Leo in thesauro fori ecclesiastici part. 3. cap. 2. num. 27. Barbosa de offic. Episcop. allegatio. 53. num. 164. par. 3. Hoieda de incompatibil. benefic. part. 1. cap. 17. nu. 17. Riccius in praxi fori ecclesiast. resolutio. 389. num. 7. Menochius de arbitrarijs. casu 60. n. 10. Moneta de distribut. part. 2. q. 7. n. 6. Probus ad Io. Monach. in c. vnic. de cleric. nō resident. in 6. n. 14. Armendariz in addit. ad recopilatio. Legum Nauarræ lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. de resident. vel absent. Canon. n. 76. Cenedo lib. practic. quæst. q. 1. n. 15. & facit lex 3. §. quem ita senio, C. qui ætatē. vbi dicitur senio confectus excusari à munere personali, ergo etiam excusatur à residentia, & consequenter poterit lucrari distributiones, quamuis non resideat. Respondeo tertio. Senectutem esse morbum non proprie sed metaphorice, vt notat. Nauarr. consil. 3. de cleric. ægrot. num. 1. & ideo quod conceditur infirmo, non
13 debet extendi ad senem. Hic nota iudicis arbitrio esse standum, cùm quis propter senectutem excusatur, quominus possit in choro interesse diuinis officijs, & tamen possit lucrari distributiones, vt tradūt Barbatia in cap. sedes. de rescript. num. 73. & lib. 2. cons. 25. col. penult. & lib. 3. consil. 22. col. 2. Menochius de arbitrar. lib. 2. centur. 1. casu 59. num. 3. Mascar-

scardus concluſ. 1295. num.8. Pariſ.lib.5. de reſignat.q.3.nu. 56. Cenedo q.1. practic.quæſt. num. 16. Hoieda tract. de incompatibil.benefic.1.par.c.17. num. 18. Moneta de diſtribut. par.2. q.7. num. 7. qui nu. 16. ait, cum, qui octuageſimum annum expleuit, omnino ab intereſſentia diuinorũ officiorum excuſari, & tamen percipere debere quotidianas diſtributiones, nam hic præſumptione iuris, & de iure iudicatur non poſſe in Eccleſiam cõuenire, nec diuinis intereſſe. & num. 15. refert ſacram Cõgregationem declaraſſe ſenio ita confectum, vt reſidere, & intereſſe diuinis non poſſit, modo alias intereſſe conſueuerit, percipere debere quotidianas di-
14 ſtributiones. Notandum item eſt poſſe cõſuetudine introduci, vt clericis ſenibus poſt ſeptuageſimum annum dentur diſtributiones, quamuis diuinis officijs non interſint. nam videtur eſſe conſuetudo rationabilis, & affirmant Moneta par. 2. de diſtributio. q.12.num 57. Cenedo nu. 17. cui ſententiæ fauet lex.2. §. vlt. in fine. ff.de decur. & l 3. C.qui ætatem. in quibus textibus dicitur is, qui eſt maior ſeptuaginta annis, excuſari à muneribus perſona-
15 libus, ſicut etiam poſſet conſuetudine introduci, vt qui per longum tẽpus inſeruierunt eccleſiæ, poſſint percipere diſtributiones tãquam milites emeriti. vt tradunt Moneta parte 2. de diſtribut. quæſt.12. num. 61. Petrus Cenedo par.3.Collectan.15.num 8.Putat Farinacius in praxi criminal.par.3. q. 92.num.21. ſenem dici ab anno 50.perfecto vſque ad annos 70. Senum priuilegia referunt Paleoth. in tract. de ſenectu. Pineda in vita S. Io. Baptiſtæ lib. 2. art.1. cap.9. §.139. Stephan. Gratian. tom. 2. diſceptation. forenſ. cap. 328.num. 1. & ſeqq.

SVMMARIVM.

1 *Clericus, qui à choro abeſt ob iuſtam cauſam, poteſt percipere diſtributiones.*

2 *Qui abeſt à choro ac etiam à ciuitate ob metum, ne occidatur ab inimicis, à principe etc. poteſt percipere diſtributiones.*

3 *Clericus, qui timet redire ad patriam, vel in ea commorari ob bellum ciuile vel externum, poteſt percipere diſtributiones.*

4 *Clericus an poſſit percipere diſtribu-*

butiones, si absit à sua Ecclesia ob pestem.

5 *Qui iniuste in carcere detinetur, lucratur distributiones, secus vero si iuste detineretur.*

6 *Clericus iniuste in exilium missus non amittit distributiones.*

7 *Clericus potest percipere distributiones, etiam quando Iudex iuste illum in carcerem coniecit, quia erant sufficientia indicia ad capturam, si postea tanquam innocens absoluatur.*

8 *Clericus potest lucrari distributiones, cum per vim ab aliquo detinetur, & propterea non potest diuinis interesse officijs.*

9 *Clericus iniuste excommunicatus non amittit distributiones.*

10 *Qui non delinquit, nulla est afficiendus pœna.*

11 *Clericus iniuste excommunicatus, qui ante excommunicationem non solebat diuinis interesse, non recuperat distributiones.*

12 *Clericus iniuste suspensus ab officio, vel beneficio non amittit distributiones.*

13 *Clericus iniuste ab Ecclesiæ ingressa interdictus non est priuandus distributionibus.*

14 *Clericus non est priuandus distributionibus, quãdo Ecclesia interdicitur, si ipse non dedit causam interdicto, & solitus erat diuinis interesse. idem est dicendum, quãdo Ecclesia fuit polluta.*

QVÆSTIO IX.

An Clericus, qui iustas ob causas à choro abest, possit distributiones quotidianas percipere.

1 DIco primo. Clericus, qui à choro abest ob iustã & rationabilem causam & necessitatem corporis, potest percipere distributiones. ita Probus ad Io. Monach. in c. vnic. de cleric. non resident. in 6. num. 21. & 35. & ibi Geminian. nu. 5. Moneta de distributio. par. 2. q. 5. num. 47. Nauar. conf. 9. de cleric. non resident. nu. 4. Cenedo lib. practic. quæst. q. 1. num. 20. vers. quinto ex. & patet ex dicto cap. vnic. Quare
2 qui abesset à choro, ac etiam à ciuitate ob metum, ne occideretur ab inimicis, à Principe &c. poterit percipere quotidianas distributiones, vt notant Franc. in d. c. vnic. §. qui vero. num. 4. Boerius decision. 340. num. 4. Felin. in cap. cum omnes. de constit. nu. 22. Calde-

derin. consil. 17. de præbend. Couarr.lib.3.variar.cap.13.nu. 8. verſ.decimo eadem ratione. Azor tom.2.lib.7. cap.7.q.11. Garzia de benefic. par.3. c. 2. num. 351. Moneta dicta q. 5. num.71. Cenedo num.20.verſ.
3 idemque iuris.Sicut etiam poteſt percipere diſtributiones, qui timet redire ad patriã, vel in ea cõmorari ob bellum ciuile vel externum, vt docẽt Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 153.n.12.Sfort.Odd.trac.de reſtit.in integ.art. 9. n.92. Felin. in c.Accedens il 2.nu.4.Vt lite
4 conteſtata. Sicut etiam percipere poteſt diſtributiones, ſi abeſſet à ſua Eccleſia ob peſtẽ iuxta Menochium dicto caſu 153.n.10. & Oddum dicto art. 9.nu.94. & Rutilium Benzoniũ in ſpeculo Epiſcop. & Curato. lib.1.diſp.1.q.1.concluſ.3.quãuis alij melius ſentiant clericũ ob talem cauſam abſentẽ à ſua Eccleſia non poſſe percipere diſtributiones. ita Couar.lib.3. variar.reſol.c.13.n.8.verſ nono hinc deducitur. Garzia part.3. cap.2.num. 361. Ripa de peſte cap.1.num.145.Barboſa de offic.Epiſcop.par.3.allegatio.53. num.170.Armendariz in additio. ad recopil. legum Nauarræ lib.2.tit.23.l.2.§.2.de reſident. vel abſent.canonic.n.74. & ſic dicitur fuiſſe declaratum à ſacra Cõgregatione Concilij, in qua declaratione legitur diſtributiones nõ comparari ab abſentibus tempore peſtis exiſtẽtis in loco reſidentiæ,niſi probaretur ex antiqua conſuetudine diſtributiones dari ſolitas abſentibus ex iuſta cauſa.

5 DICO ſecundo. Qui iniuſte in carcere detinetur, lucratur diſtributiones. ita Cenedo q.1. practic. quæſt.num.53.Io. Ocon. in c.vnic. de cleric. non reſident.in 6.num. 71. Couarr. lib.3.variar.c.13. n.8. verſ. vndecimo ex his colligitur. Franciſc.Monald.conſ.27.n.6. Nauar.conſ.10.de cleric.non reſident.per totum,& conſ.11 eodem tit.n.3.& ſeq Azor tom.2. lib.7.c.7.q.11.Barboſa de offic. Epiſc.par.3. allegatio.53.num. 178.Lelius Zechius de republ. eccleſiaſt.cap.24. nu.6. Zerola in praxi part.1. verbo diſtr.butiones.§.8.Ceuall.comm. quæſtion. q.585. num.15. Armendariz in addition.ad recopilat. legum Nauarræ lib.2. titul 23. l.2. §.2. de reſident.vel abſen. Canon. num.77. Moneta de diſtribution. 2. part. quæſt. 5.

num. 80. Garzias de benefic. par. 3. cap. 2. n. 362. Gonzalez in regul. 8. Cancell. glos. 5. §. 9. nu. 15. quia per eum non stat, quin diuinis officijs intersit, & sine culpa nemo iure suo est priuandus, quod si in carcere iuste detineretur, non poterit lucrari distributiones. ita Couar. & Azor loc. cit. Moneta n. 82. Quamuis contrarium velit Cenedo q. 1. pract. quaestion. n. 43. vers. imo quamuis. ait enim eũ, qui ob culpam suam missus est in exilium, posse lucrari distributiones, dũmodo nõ admiserit culpam ob hunc finem, ne scilicet obligetur ad residendum. & allegat pro hac sententia Parisium vol. 4. cons. 32. nu. 19. nam culpa, quando ad ipsũ casum non est ordinata, nõ nocet iuxta l. non omne. ff. de stat. lib. & l. 2. §. si non propter. ff. ad l. Rodiam de tact. & c. quia diuersitatem de concess. praeben.

6 Idem dicendum est de clerico iniuste in exiliũ misso, hic enim non debet amittere distributiones, vt bene docet Cenedo q. 1. pract. quaest. n. 43. Additio ad Abbatem in c. 1. de arbitris n. 3. litt. E. Paris. vol. 4. cons. 32. n. 19. Couar. lib. 3. var. c. 13. n. 8. vers. decimo. Gemin. in c. vnic. §. qui vero. num. 6. de cleric. nõ resid. in 6. Geual. in practic. q. 585. num. 16. Bernard. Sandoual. de offic. eccles. par. 6. c. 17. circa mediũ. Calderin. cons. 17. post medium de praeben. Felin. in c. cum omnes. de constitut. n. 22. in fine. Nauar. cons. 11. de clerici non resid. n. 7. Moneta n.

7 80. qui n. 81. ait, Clericũ posse percipere distributiones, etiam quando iudex iuste illũ in carcerem coniecit, quia erant sufficientia indicia ad talem capturam, si postea tanquam innocens absoluatur. hic enim omnes debet recuperare distributiones, & docet etiam Cenedo num. 53. Nauarr. dicto cõsil. 11. de cleric. non resident. num. 6.

8 sic etiam poterit clericus lucrari distributiones, cum per vim ab aliquo detinetur, & propterea non potest in sua Ecclesia diuinis interesse officijs, quia per illum non stat, quominus illis adsit. ita Nauarr. dicto consil. 11. numero 4. Grassius part. 2. cap. 15. nu. 10. Moneta de distribut. par. 2. q. 5. num. 54. Franchus in cap. vnic. de cleric. non resident. in 6. §. qui vero num. 4. Cenedo q. 1. practic. quaestio. numero 20. versiculo quinto ex. Azor tom.

2. lib.

3. lib. 7. c. 7. quæstione 10.
9 Dico tertio. Clericus in-
iuste excommunicatus nõ amit
tit distributiones quotidianas.
ita Io. Ocon in cap. vnic. de cle
ric. non resident. in 6. num. 74.
Gutier. lib. 1. quæstion. canonic.
1. nu. 137. Surd. de aliment. tit.
1. quæst 82. num. 15. vers. Alias
secus. Cened. quæst. 1. practic.
quæstio. n. 49. Sayrus de censu-
ris lib. 2. cap. 5. num. 27. Felinus
in c. Apostolicæ de exception.
num. 12. vers. distributiones. Co
uar. lib. 3. variar. cap. 13. num. 8.
versic. cæterum. Didacus Pe-
rez lib. 9. tit. 5. l. 1. pagina 175.
versic. Aduertendum tamen.
Roderic. in summ. part. 1. c. 33.
num. 6. Petrus Nauar. lib. 2. de
restit. c. 2. n. 238. Moneta de di-
stributio par. 2. q. 15. n. 32. Hen-
riq. lib. 13. c. 13. n. 4. in fine. Fol-
ler. in prax. crim. canon. 3. part.
c. 33. n. 111. Nauar. consil. 11. de
cleric. non resid. n. 6. Vgolin. de
censur. Eccles. tabula 2. cap. 12.
in princ. num. 4. Barbosa de of-
fic. Episcop. par. 3. allegat. 53.
num. 174. Bonac. tract. de cen-
sur. disp. 2. q. 2. punc. 4. §. 2. nu. 5.
Auila de censuris par. 2. cap. 6.
disp. 1. dub. 1. conclus. 1. nam
10 qui non deliquit, nulla est affi-
ciendus pœna. l. penult. ff. de
re milit. c. vlt. de transact. c. Ioã-
nes. & c. sicut dignum. de ho-
11 micid. hoc vero est intelligen-
dũ de clerico, qui solitus erat
ante excommunicationem di-
uinis officijs interesse, nã alio-
qui illas non recuperabit. ita
Cenedo. dicto n. 49. Moneta q.
15. n. 36. Felin. in dict. cap. Apo-
stolicæ num. 12. Foller. qu. 111.
Surd. num. 15. Barbosa nu. 174.
12 Item Clericus suspensus iniu-
ste ab officio vel beneficio non
amittit distributiones. ita Ce-
nedo lib. quæst. pract. q. 1. n. 52.
Barbosa de officio Episc. par. 3.
allegatio. 53. num. 175. Nauar.
consil. 11. de cleric. non resi-
dent. num. 6. Vgolin. de censur.
ecclesiast. tabula 4. c. 8. §. 7. n.
4. Glosa in c. super causa 2. q. 5.
Specular. in tit. de fruct. & inte-
resse. §. finali. Felinus in c. Apo-
stolicæ n. 12. de exceptio. Abb.
in cap. cum bonæ. de æ. at. &
qualit. nu. 6. Moneta de distri-
butio. par. 2. q. 15. num. 42. Ze-
rola in praxi Episcop. par. 1. ver
bo distributiones. num. 3. vers.
13 octauo. Item clericus iniuste
ab Ecclesiæ ingressu interdic-
tus non est priuandus distri-
butionibus. ita Barbosa num.
176. Moneta de distribution.
par. 2. quæst. 15. num. 46. Ce-

nedo. lib. practic. quæst. q. 1. 14 n. 59. nec est priuandis distributionibus, quando Ecclesia interdicitur, cum tamen non 11
dederit causam interdicto, & solitus esset diuinis officijs interesse ita Cenedo n. 59. Scrutin. sacerdotal. 1. par. tract. 12. de interdicto pag. 290. Paulus Paris vol. 4. consil. 32. n. 24. Moneta de distribut. par. 2. q. 16. nu. 29. Barbosa de offic. Episcop. par. 3. allegat. 53. n. 176. sicut nec est priuandus, quãdo Ecclesia fuit polluta, cum tamen ei causam non dederit, ita Cenedo numero 60.

SVMMARIVM.

1 *Clericus ex Pontificis priuilegio potest percipere distributiones, quamuis absit à sua Ecclesia.*

2 *Papa in beneficialibus maximam habet potestatem.*

3 *Papa vocatur Dominus beneficiorum.*

4 *Papa potest de potestate ordinaria beneficium ecclesiasticũ vni auferre, & alteri conferre.*

5 *Cum Papa concedit alicui priuilegium, vt absens possit percipere distributiones, vi huius priuilegii non potest percipere mortuaria, nec anniuersaria.*

6 *Nomine distributionum non veniunt mortuaria, nec anniuersaria.*

7 *Valet consuetudo legitime præscripta, vt canonici, qui ob duos menses ab Ecclesia absunt, percipiant eo tempore distributiones.*

8 *Spatium duorum mensium reputatur tempus breue.*

9 *Consuetudo, vt absentes percipiant distributiones, non est valida.*

10 *Quando lex non facit mentionem de consuetudine futura, sed simpliciter tollit consuetudinem præteritam, potest de nouo induci consuetudo eidem legi derogans.*

11 *Consuetudo, quæ est reprobata per legem tanquam irrationabilis, potest vires resumere ad legem abrogandam, si noua causa superueniat, etiam si in lege fiat expressa mentio de consuetudine futura.*

12 *Animus interdum est relaxandus.*

13 *Est valida consuetudo legitime præscripta, vt distributiones dentur ijs, qui intersunt non omnibus horis, sed certis tantum.*

14 *Valida est consuetudo, vt quis possit lucrari distributiones, cum abfuit, vel absuturus est à choro propter Ecclesiæ vtilitatem, & tamen per duos tresue dies ante discessum & post reditum absit ab Ecclesia ad componendas res suas.*

15 *Beneficiarius qui post reditum ad patriam, abest per duos, tresue dies à choro, vt componat res suas, an possit illis diebus percipere distributiones, si abfuerit ob sua negocia.*

16 *Valida est consuetudo, vt quis in* ab-

absentia lucretur distributiones, sciente, & tolerante Papa fuerit inducta.

17 Est valida consuetudo, qua beneficiati assistentes Concilio prouinciali percipiunt distributiones in absentia.

18 Valida est consuetudo, vt distributiones conferantur ijs, qui iussu suarum Ecclesiarum occupantur in computatione reddituum, vel sumptuum ipsarum Ecclesiarum.

19 Consuetudo, vt clericus sine iusta causa absens à choro lucratur distributiones, est inualida.

20 Inualida est consuetudo, quod is, qui habet canonicatus in diuersis Ecclesijs percipiat distributiones in vtraque Ecclesia, cum tamen in vna tantum resideat.

21 Inualida est consuetudo, quod, mortuo beneficiario distributiones primi anni dentur haredibus beneficiarij.

22 Valida est secundum aliquos doctores consuetudo, qua, mortuo canonico, fructus primi anni dentur eius haredibus.

23 Inualida est consuetudo, vt canonici, qui vna hebdomada intersunt diuinis officijs possint lucrari distributiones sequentis etiã hebdomada, quamuis illis non intersint.

24 Inualida est consuetudo, vt qui de nouo creatur Canonicus percipiat per aliquot dies distributiones, quamuis absit à choro.

25 Statutum, per quod conceditur absentibus, vt possint lucrari distributiones, ordinarie est inualidum.

26 Potest tolerari statutum, quo senibus, & benemeritis, qui per quadraginta annos inseruierunt Ecclesia assistendo diuinis officijs, dentur distributiones, quamuis absint ab Ecclesia.

QVÆSTIO X.

An priuilegio, consuetudine, & statuto possit concedi, vt absentes percipiant distributiones.

1 DIco primo. Clericus ex Pontificis priuilegio potest percipere distributiones, quamuis absit ab Ecclesia, cui est ascriptus. ita Anchar. in cap. vnic. de Cler. non residen. in 6. num. 1. & ibi Probus num. 50. Geminian. in §. statuimus. ibidem num. 5. Franc. numero 3. Augustin. Beroi. quæst. 114. numero 1. & 4. Cenedo libr. quæst. practic. quæst. 1. num. 26. nam quod distributiones debeant dari solum ijs, qui diuinis officijs intersunt, est de iure humano, at Papa est supra

2 præ ius humanum, præsertim cum Papa in beneficialibus maximam habeat potestatem c. 2. in princip. de præbend. in 6. cap. proposuit. eodem tit. ibi quia secundum plenitudinem potestatis. Clement. 1. in fine
3 vt lite pendente, vnde Papa vocatur Dominus beneficiorum ab Aenea de Falconibus in tract. de reseruation. prælud. 2. num. 2. Flamin. Parisio lib. 2. de resignatio. quæst. 4. num. 34.
4 & potest de potestate ordinaria beneficium Ecclesiasticum vni auferre, & alteri conferre ex Mohedano decisio. 4. de restitut. spoliator. num. 2. Geminia. cons. 99. numero 7. Anton. Gabriel. lib. 3. in titulo de iure quæsito non tollendo conclus. 1. num. 9. & sequentibus. Simonetta de reseruationibus quæstione 2. numero 6. cum
5 vero Papa alicui concedit priuilegium, vt absens possit percipere distributiones quotidianas, vi huius priuilegij non potest percipere mortuaria, nec anniuersaria ita Couar. lib. 3. variar. cap. 13. num. 1. non longe à fine. Felinus in cap. Ad aures num. 14. de rescript. Anchar. in Clementi. vnic. de concession. præbend. num. 41. & seq. Additio. ad Rotam decis. 8. de præbend. in nouis. Oldradus cons. 206. numero 1. Cenedo libro quæstion. pratic. quæst. 1. numero 5. Moneta de distributio. par. 2. quæst. 14.
6 num. 22. nam nomine distributionum quotidianarum non veniunt mortuaria nec anniuersaria, vt bene notant Azor tom. 2. lib. 7. cap. 7. quæst. 4. Lapus allegatio. 34 & 36. Nauar. consil. 13. de cleric. non residen. Zerula in praxi Episcop. part. 2. verb. Distributiones in fine.

7 DICO secundo. Potest quis in certis casibus ex consuetudine lucrari in absentia distributiones quotidianas, quare valebit consuetudo legitime præscripta, vt canonici, qui per duos menses ab Ecclesia absunt, percipiant eo tempore distributiones, cuius sententiæ est Couar. lib. 3. variar. cap. 13. nu. 5. vers. Tertio eadem ratione, vbi vniuersaliter ait validam esse consuetudinem in aliqua Ecclesia inductam ob iustam aliquam rationem, vt quotidianæ distributiones absentibus debeantur, modo hi absint causa studij, vel ad breue tempus. sic etiam sentiunt Decius in c. cum om-

omnes. de constitutio. in secũda lectura n.2. & ibi Andreas ab Exea num. 50. Lapus alleg. 36. Duennas regul. 206. limit. 1. Hoied. in tract. de benef. incompatibil. 1. par. c. 17. nu. 10.

8 at reputatur breue tempus spatium duorum mensium ex Ripa in l. si insulam ff. de verbor. obligation. num. 36. Corb. de caus. priuat. emphyt. ob non solutio. cano. limit. vlt. numero 25. Hanc sententiam sequitur etiam Cenedo parte 3. collecta. 15. num. 7. ait enim ordinationem, quia duo menses côceduntur clericis ad res familiares componendas, & honestam animi oblectationem, esse rationabilem, & huius consuetudinis vigore posse hos clericos percipere quotidianas distributiones. sic etiam Moneta de distribution. par. 2. quæst. 12. num. 54. Io. Ocon. in repetit. cap. vnic. de cler. non resid. in 6. Nam hac ratione Clerici ad diuina officia alacrius redeunt, cum assidua, & nunquam interrupta intentio tædium pariat argumento. cap. non mediocriter. de consecrat. distinct. 5. quæ sententia est intelligenda cum hac limitatione, ne scilicet Ecclesia patiatur defectum in diuinis ex Cenedo dicto nu. 7. in fine, & Moneta dicta q. 12. num. 56.

9 Obijcies cum Probo ad Io. Monach. in dicto cap. vnic. de cleric. non residentib. in 6. nu. 34. vers. per quæ. asserente talẽ consuetudinem non valere, & accipientes distributiones in absentia duorũ mensium à proprijs Ecclesijs tanquã fures teneri ad restitutionem. nam talis consuetudo reprehẽditur in c. vnic. de cleric. non residẽt. in 6. & sæpe à sacra Congregatione Côcilij est decisum absentes recreationis causa non lucrari nisi fructus beneficiorum, & nullo modo distributiones quotidianas, nec consuetudinẽ immemorialem obstare. quare vacantiæ omnes vnius aut plurium mensium, quibus absentes distributiones percipere solebant, sublatæ sunt, nisi absint ex causis à iure permissis. & sic sæpe fuisse decisum refert Garzia de beneficijs parte 3. cap. 2. num. 249. & sequentib. & hanc consuetudinem non esse validam docent etiam Curtius in repetit. cap. final. de consuetud. sect. 5. n. 39. & 43. in vlt. impressio. Barbos. de offic. Episcop.

ſcop. par.3. alleg.53.n.124.Riccius in praxi fori eccleſiaſt. reſol.385.num.10.Franciſ.Leo in theſaur.fori eccleſiaſt. par.3.c.2.n.22.Armendariz in additio. ad recopil.legum Nauarræ li.2. tit.23.de reſidentia. rubrica in cõmuni n.36.Garzia d.n. 249. Gonzal.in regul.8. Cancell. §.7.procemiali n.182.Zechus de republ.Eccleſiaſt.tit.de beneficiatis n.6.verſ. quod ſi beneficia. Pariſ.lib.1.de reſignation. benefic.cap.10.num.65.Zerola in praxi Epiſcopali part.1. verbo priuatio. Reſpondent aliqui deciſiones ſacræ Cõgregationis, ſi tamen extent de hac materia, eſſe intelligendas de conſuetudine non legitime præſcripta, neque rationabili, ſed de conſuetudine interpretante, quod liceat per duos vel tres menſes indiſtinčte & vniuerſaliter abeſſe à choro, & interim percipere quotidianas diſtributiones, & pariter de cõſuetudine interpretante, quod ſicut Cõcilium Trid.in ſeſſ.24. c.12.de reform.concedit obtinẽtibus Dignitates,Canonicatus,& præbendas, vt à ſuis Eccleſijs poſſint abeſſe per tres mẽſes,& interim percipere fructus præbendarum, pariter cõcedat poſſe percipere diſtributiones, quæ interpretatio eſt omnino falſa.ita Moneta de diſtrib. par.2. q.12.n.56.nec huic ſententiæ aduerſatur textus in d.c. vnico. nam ſolum ibi dicitur non valere conſuetudinem introductam in quibuſdam Eccleſijs, vt qui abſunt à choro, percipiant diſtributiones, quãuis abſque iuſta & legitima cauſa abſint, nos vero loquimur de conſuetudine introducta ex legitima & rationabili cauſa, & quando etiã Eccleſia nõ patitur defectũ in diuinis, imo in hoc caſu potius augetur diuinus cultus,cum præbẽdati feruentius & alacrius ad recitandas preces horarias, aliaq. miniſteria eccleſiaſtica redeãt. deinde Bonifacius VIII.in dict. cap.vnic.ſolum ſuſtulit conſuetudines contrarias iam præteritas,vt etiam ſuſtulit Conciliũ Tridentinum in dicto c.12.ſeſſ. 24.de reformation. innouando cõſtitutionem Bonifacij, non tamen hic Pontifex improbauit futuras conſuetudines, ſi-
10 cut nec Concilium, cum tamen ſi lex non faciat mentionem de conſuetudine futura, ſed ſimpliciter tollat præteritã conſuetudinẽ, poſſit de no-

nouo induci consuetudo eidem legi derogans, vt docent glossa penult. in Clement.Statutũ. de election. Ancharan. in c. 1. de constitut. in 6. nu.30. Azor tom.1. lib.5.cap.17.quæst. 10. Vasquez 1.2.disput.177.cap.8. num.70.Couarr.lib.3. variar.c.
11 13. num.4. vt etiam tenentur dicere ij, qui sentiunt,consuetudinem, quæ est reprobata per legem tanquam irrationabilis, posse vires resumere ad legem abrogandam, si noua causa superueniat, etiamsi in lege fiat expressa mentio de consuetudine futura, ita Vasquez & Couarr. loc.cit. Angelus verbo consuetudo. num. 9. Syluest. eodem verbo quæst.6. Decius in cap. 2. de probatio. num. 68. in noua editione. & ibi Felinus nu. 11. Anton. Gomez in l. si tauri. num.26. in fine. Ceuall. libr.quæst.practic. quæst.704. num.6. Rochus de Curte de consuetud. sect.7. n. 11. Duennas regula 144. limitat.1. Brunorus in compendio littera C. verbo consuetudo. vers. consuetudo etiam futura. Io. Lupus in cap. per vestras. de donation. inter vir. & vxor. notab.2. in princip. num.2.Dominic. in c.1. de constitut. in 6. non longe à fine, & ibi Fråc. num.19. Io. Gutier. lib. 3. practic.quæstion. q.31.nu.12. Petrus Rauenn. de consuetud. sectione 3. nu.11. & 16. Ferret. in repetit.cap.2. de probation. num.26. Abbas in cap.final.de consuetud. nu.24. Baldus Nouellus de dote 6. part. priuilegio 21. num.19. at in casu nostro potest in aliqua Ecclesia esse introducta rationabiliter cõsuetudo, vt Clerici per duos menses à choro absentes percipiant distributiones, quia superiores iudicarunt non solum hac ratione diuinum cultum non minui, sed potius augeri, cum Clerici redeant ad officia & ministeria ecclesiastica obeunda maiori cum deuotione,
12 attentione,& alacritate,quod notauit etiam Seneca, cum dixit. interdum animos esse relaxandos, sic enim meliores & alacriores resurgunt. & in l. præsenti.in princip. C.de his qui ad Eccles. confug. dicitur sic esse interdum necessariam quietem animæ, sicut est vestis, ac victualia corpori. nec enim arcus sufferre potest, vt assidue intendatur, sed indiget, vt parumper quandoque laxetur, si rursus vsui esse debeat,

beat, & nequaquam inutilis sagittario suo in tempore necessitatis, vt eleganter more suo scribit Nazianz. in oratione habita post reditũ ex agro. & compertum est assiduam frequentiam sæpe reddere homines desides in rebus diuinis.

13 Præterea probant valere consuetudinem legitime præscriptam, vt canonici, qui per duos menses absunt ab Ecclesijs, percipiant eo tempore distributiones. nam est valida, inquiunt, consuetudo legitime præscripta, vt distributiones quotidianæ dentur ijs, qui intersunt non omnibus horis, sed certis tantũ, vt affirmant Glosa in Clementina vt ij qui. de ætat. & qualit. & ordine præficiendorum. verbo certis horis. & ibi Cardinal. quæst. 17. Anchar. num. 8. Imola num. 33. circa medium. Rochus de Curte in repetit. cap. final. n. 485. alias sect. 5. num. 43 de consuetud. Petrus Duennas in tract. regular. & fallent. reg. 206. limitat. 2. Alphonsus Hoieda in trac. de incompatibil. benefic. part. 1. cap. 17. num. 11. quos refert & sequitur Moneta de distributio. par. 2. q. 3. concl. 8. num 43. & quæst. 12. num. 42. & 54. quamuis contrarium velint Graff. in decisio. part. 2. lib. 3. cap. 15. num. 12. & alij plures, quos supra retuli. ergo etiam valida erit consuetudo, vt qui absunt solum ad modicum tẽpus v. g. ad duos menses, possint lucrari distributiones.

14 Tertio. Valida est consuetudo, vt possit quis lucrari distributiones, cum abfuit, vel abfuturus est à choro propter Ecclesiæ vtilitatem, & tamen per duos tresue dies ante discessũ, & post reditum absit ab Ecclesia ad componendas res suas, ergo etiam erit valida consuetudo, vt possit abesse canonicus per duos menses, & tamen lucretur quotidianas distributiones. antecedens est Geminiani in cap. vnic. de clericis non resident. in 6. nu. 3. & ibi Franc. num. 2. Philippi Probi in additio. ad Io: Monach. n. 11. Cosm. in pragmat. sanctio. tit. Quo tẽpore quisque debeat esse in choro. §. tollens in Glosa percipiunt. Lap. allegatio. 36. Graff. in decisio. part. 2. lib. 3. cap. 15. nu. 11. Monetæ de distr b. part. 2. quæst. 12. num. 49. 52. & 54. Cened. in collectan. ad ius canon. 3. part. collect. 15. num. 7. circa medium & lib. quæst practic.

ctic. quæst. 1. num. 37. & colligitur ex l. Ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. quod metus causa. nam adhuc videtur agere negotium Ecclesiæ, qui ex itinere defessus per duos tresue dies domi suæ quiescit, nam post laborem conceditur, vt quis paulisper respiret, vtque res suas componat, & qui itineri se debet committere, ei dandi sunt aliquot dies pariter ad
15 res suas componendas. Imo putat Moneta dicta quæst. 12. nu. 50. valere consuetudinem, etiam si quis non absit ob Ecclesiæ vtilitatem, sed ob sua negocia, nam licet tempore absentiæ non possit percipere distributiones, si tamen post reditum ad patriã per duos tresue dies à choro se absentat, vt componat res suas, poterit illis tribus diebus percipere distributiones, vt etiã sentit Io: Monach. in cap. vni. de Cleric. non resid. in 6. sed in hoc contrariũ est asserendum cũ Azorio tom. 2. lib. 7. cap. 7. quæst. 5. vers. quæres secundo. Cenedo dicta
16 quæst. 1. num. 37. Item valida est consuetudo, vt quis in absentia quotidianas lucretur distributiones, si sciente, & patiente, & tolerante Papa fuerit inducta, nam in hoc casu censetur Papa dispensare. ita Couar. lib. 3. vari. cap. 13. num. 5. in fine. Hoieda de benefic. 1. part. cap. 17. nu. 13. Abbas vol. 1. cons. 94. Duennas reg. 206. vers. limita quinto. Cenedo lib. quæst. pract. quæst. 1. n. 24. Moneta de distributio. par. 2. quæst. 12. nu. 45. Andr ab Exe. in c. cum omnes. de constitut. num. 52. non tamen talis consuetudo esset valida, si Papa eam tantum conniueret. ita Hoieda num. 13. Moneta nu. 46. Cenedo num. 24. Præterea
17 est valida consuetudo, qua beneficiati assistentes Concilio prouinciali percipiant distributiones in absentia. ita Cenedo lib. quæst. practic. quæst. 1. n. 67. ver. Idem pari. & quando dicitur consuetudine non posse fieri, vt distributiones dẽtur absentibus, id est intelligẽdum de consuetudine in generali, nam potest ex iusta causa introduci consuetudo, vt in aliquo casu rationabili beneficiatus possit lucrari distributiones, quamuis non resideat, vt notant Hoieda de benefic. incomp. part. 1. cap. 17. num. 10. Duennas regula 206. vers. limita primo. Cenedo num. 67. in fine.

18 fine.& num.68.ait valere consuetudinem, vt distributiones conferantur ijs, qui iussu suarũ Ecclesiarum occupantur in computatione redditũum vel sumptuũ ipsarum Ecclesiarum, quod antea docuit Moneta de distributio.par.2. q.11. nu. 47.

19 DICO tertio. Consuetudo, vt Clericus sine iusta causa absens à choro lucretur distributiones, est inualida. ita Duẽnas regul.134. limit. vlt. & regul. 206. in princip. Hoieda de benefic.incompatib.1.par. cap. 17.num.5. Selua de benefic. 4. par.quæst.2.num.8.in fine. Couar.lib. 3.varia.cap.13.num. 2. & patet ex c.vnic.de Cleric.nõ resident.in 6.& ex Concil.Trident. sess. 24. cap.12.de reformat.vers. Distributiones vero. nam talis consuetudo est irrationabilis, vt docet Moneta de distributionibus part.2. quæst.

20 12.num.37.qui num. 40. pariter ait inualidam esse consuetudinem, quod is, qui habet canonicatus in diuersis Ecclesijs, percipiat distributiones in vtraque Ecclesia, cum tamen in vna tantum resideat, quam consuetudinem etiam improbant Curt. in cap. finali de cõsuetud. sectio. 5. num. 45. Cardinalis in clement. 2. §. illi vero. de ætat. & qualit. & ordin.

21 præficiend. num. 10. sicut etiã est inualida consuetudo, quod, mortuo beneficiario, distributiones primi anni dentur hæredibus beneficiarij, vt bene notant Io. Andreas in c. vnic. de cleric. non resident. in 6. & ibi Anchar. num.2. Franc. in princip.num.2. Geminian. in §. qui vero. num. 7. Azor tom. 2. lib.7. cap.7. quæst.5. Cenedo lib. quæst. practicar. quæst. 1. num.41. vbi refert in aliquibus Ecclesijs seruari, vt distributiones per aliquod tempus dentur hæredibus defuncti pro soluendis debitis & legatis defuncti, sed non placet. quod si defunctus nõ accepit distributiones, dum vixit vel ob negligentiam, vel ob difficultatem exigendi, poterunt eius hæredes illas accipere, & petere.

22 Approbant tamen nõnulli cõsuetudinẽ, qua, mortuo canonico, fructus primi anni dentur eius hæredibus, vt Io. Andr. in d.cap.vnic. de cleric. non resident.in 6. num.3. Anchar.num. 2. in fine. Franc. in princip. n. 2. Geminian. in §. qui vero. n. 7. Cenedo num. 41. Io. Andr. in q. ad regul. Nemo potest

de

de regul. iuris in 6. & habetur in Extrauag. suscepti regimi-
23 nis. Ne sede vacan. Item inualida est consuetudo, vt canonici, qui vna hebdomada intersunt diuinis officijs, possint lucrari distributiones sequentis etiã hebdomadæ, quãuis illis non intersint. ita Azor tom. 2. lib. 7. cap. 7. quæst. 5. quamuis olim nonnulli approbarent hanc consuetudinem, nam sic, inquiunt, alliciuntur canonici ad frequentandum chorum maiori cum alacrita-
24 te, & animi feruore. in eadem q. 5. Azor asserit inualidam esse consuetudinem, vt qui de nouo creatur canonicus, percipiat per aliquot dies distributiones, quamuis absit à choro.

25 . DICO quarto. Statutum, per quod conceditur absentibus, vt possint lucrari distributiones quotidianas, ordinarie est inualidum. ita Franchus in cap. vnic. §. statuimus. num. 2. de clericis non residentibus in sexto. & dicitur sic fuisse declaratum à sacra Cõgregatione Concilij, quamuis Petrus Cenedo 3. part. collect. 15 nu. 7. asserat posse fieri statutum, quo possit quis percipere distributiones, quãuis per duos menses absit à sua Ecclesia ob animi relaxationem, vel ob ne-
26 gocia sua domestica. potest tamen tolerari statutum, quo senibus & bene meritis, qui per quadraginta annos inseruierunt Ecclesiæ assistendo diuinis officijs, dentur distributiones, quamuis absint ab Ecclesia. ita Moneta de distributio. part. 2. q. 7. num. 21. & q. 12. num. 61. & q. 13. num. 41. Cenedo lib. quæstio. practic. q. 1. num. 21. vers. sexto, & dicto collectaneo 15. num. 8. Garzia de benefic. par. 3. cap. 2. num. 344. Stephan. Gratian. tom. 2. cap. 298 num. 19. Barbosa de offic. Episcop. par. 3. allegatio. 53. num. 117. & dicitur sic fuisse decisum à sacra Congregatione ad sessio. 24. cap. 12. de reformat. Concilij Tridentini his verbis. licet statuta sint sublata, per quæ absentibus dantur distributiones, nihilominus Gregorius XIII. senibus & bene meritis misertus mandauit statutum Compostellanum posse tollerari, per quod debentur distributiones nõ seruientibus, qui per quadraginta annos iam seruierunt.

SVMMARIVM.

1 Auditores Rotæ Romanæ percipiūt fructus ac distributiones suorum beneficiorum in absentia.

2 Auditores Rotæ Romanæ multis priuilegijs à summis Pontificibus ornantur.

3 Inquisitores hæreticæ prauitatis fruuntur priuilegio percipiēdi fructus & distributiones in absentia.

4 Inquisitores tenentur residere in sua Ecclesia Parochiali.

5 Inquisitores habēt priuilegium percipiēdi distributiones in absentia, et illorū Cōsultores, Procuratores, Notarij, Cursores, et alij ministri.

6 Priuilegio percipiēdi distributiones in absētia potiūtur Collector generalis Cam. Apost. eiusque ministri.

7 Qui Concilio generali intersunt, an amittant distributiones.

8 Beneficiarius potest percipere distributiones, quādo à Capitulo gratulationis causa mitteretur ad Pōtificem, vel Principē, vel Ciuitatē.

9 Canonicus vel Archid. visitās Ecclesiā, iura, vel redditus suæ præbendæ non amittit distributiones.

10 Archidiaconus dum visitat Ecclesiam suæ diœcesis, non potest percipere distributiones.

11 Incumbens curæ animarum imminenti suæ dignitati non amittit in absentia distributiones.

12 Officium suum nemini debet esse damnosum, nec tenetur quis proprijs expensis militare.

13 Incumbens curā animarum in alia Ecclesia non potest percipere distributiones in sua Ecclesia cathedrali, vel collegiata, cuius canonicus, vel beneficiarius.

14 Canonici si ab eorū Episcopis mittantur, vel si eos ad eadē limina Apostolorū nomine illorū comitentur, nō priuantur distributionibus. & idem est dicendum de alijs præbendatis.

15 Theologus, seu obtinens præbendā theologalem diebus, quibus legit, potest in absentia à choro percipere distributiones.

16 Docentes sacram scripturam in scholis publicis, & scholares in illis studentes possunt in absentia percipere fructus suorum beneficiorum, non tamen distributiones.

17 Absentes causa studii possunt percipere distributiones, quando beneficium consistit solum in distributionib. nec excipitur tertia pars, quæ deseruientibus accrescat.

18 Dum sedes Episcopalis vacat, si canonici eligantur in Vicarios, Officiales, & Visitatores non amittūt in absentia distributiones.

19 Percipiunt in absētia distributiones Iudices in Concil. prouincialibus designati. sic etiā beneficiati, qui crucis assumpto charactere ad hæreticorum exterminium se accingunt, sic etiam proficiscentes ad liberandam terram sanctam.

20 Si quis in singulis horis canonicis omittat aliquid minus decimæ partis vnius horæ illi scilicet non assistendo, potest percipere distributiones.

21 Qui à choro abest inquirendo scilicet Antiphonas, responsoria, vel si debeat deferre prunas ad thurificandum

rendum,& ob alia similia, non amittit distributiones.

22 *Clerici beneficiati, qui Concilio Synodali, vel Prouinciali intersunt, non amittunt distributiones.*

QVAESTIO XI.

Quænam personæ ex priuilegio in absentia percipiant distributiones.

1 DICO. Auditores Rotæ Rom. percipiunt fructus, & distributiones suorũ beneficiorum in absentia, ac si actualiter interessent diuinis officijs. ita Lelius Zech. in repub. eccles. c. 11. n. 2. Barbosa de offic. Episc. par. 3. alleg. 53. Cenedo lib. quæstio. pratic. q. 1. n. 63. & habetur in constit. Clementis VII. incip. Conuenit. quod priuilegiũ illis conceditur ob eorum excellentem doctrinam, prudentiam, &
2 pietatem. Sunt enim viri insignes, & multis priuilegijs à Sũmis Pontificibus ornãtur, vt notant Corras in comment. lib 2. tit. 9. n. 56. Gomez. in procem. regul. Cãcell. q. 2. vers. quarto pro ista parte. Marta de tribunalib. Vrbis c. 3. n. 6. Cenedo li. quæst.
3 practic. q. 1. n. 63. Secũdo, hoc priuilegio percipiendi fructus & distributiones quotidianas in absentia fruũtur etiã Inquisitores hæreticæ prauitatis, quod illis à Paulo III. & Pio V. in fauorem fidei fuit concessum, & affirmant Spino in speculo testament. glos. 3. princip. n. 78. Armendar. in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. de residen. vel absentia Canon. n. 71. Barbosa de offic. Episcop. par. 3. allegat. 53. nu. 156. Rojas de priuil. Inquisitor. num. 420. & in trac. de hæret. singul. 96. Cened. li. quæst. pract. q. 1. n. 28. Garzia de benef. par. 3. c. 2. n. 356. hoc priuilegio gaudent etiam Inquisitores, quãuis habeant beneficia curata iuxta Spinum n. 78. & Cenedũ n. 28. vers. duodecimo. at contrarium in hoc putant Ceuall. in pract. q. 585. n. 12. Barbosa n. 156. quod
4 videtur verius, cũ Inquisitores non excusentur à residentia Parochiali, vt fuisse decisum à sacra Congregatione referunt. Gonzalez in regul. 8. Cancell. glos. 6. n. 265. & glos. 43 n. 164. Aloys Ricc. in praxi fori eccle-
5 siast. resolut. 393. nu. 3. Tertio hoc priuilegio percipiendi distributiones in absentia fuit cõ

cessum ab Innocentio VIII. anno 1486. Inquisitoribus, & quibus ipsi Inquisitores durāte officio, & quinquennio tenere secum contigerit, eiusdemque fidei & officij Cōsultoribus, Procuratoribus, Promotoribus, Notarijs, carceris Custodibus, Nūcijs, siue Cursoribus, & alijs ministris pro huiusmodi officij exercitio, opportunis, & teneri solitis eorum officia, & ministeria huiusmodi actualiter exercentibus. hoc priuilegium fuit postea extensum ab eodem Pōtifice ad aliud quinquenniū anno Domini 1490. prima die Iunij, & ab Alexandro. VI. 1496. die 2. Ianuarij, & ab eodē Alexādro 1501. 13 Ianuar. & à Iulio II. 1505. 16. Nouembris. & 1511. ab eodem Iulio 24. Martij.
6 Quarto hoc priuilegio percipiēdi distributiones in absentia potiūtur Collector generalis Cameræ Apostolicæ, Subcollectores, Aduocati, Procuratores, Fiscales, & Notarij in causis spoliorū & aliorum iuriū dictæ Cameræ, quādiu in officio hoc perstiterint. vt constat ex bulla Sixti V. promulgata anno 1590 die 8. Maij, sexto anno sui Pontificatus.
7 Quinto, qui Cōcilio generali intersunt, distributiones quotidianas non amittunt ita Cenedo lib. quæst. pract. 1. n. 67. Cosm. in pragmat. [illegible] ctio. tit. de collatio. § 1. [illegible] in glosa nihil. in fine. Iacob [illegible] de Cōcil. lib. 5. ar. 6. in fin. [illegible] vol. 2. cons. 69. n. 11. Rebuff. in praxi par. 3. tit. de dispensat. de nō residen. nu. 34. Salzedo ad Bernard. in pract. c. 52. lit. C. versic. quartus casus. Barbos. de officio Episc. par. 3. alleg. 53. n. 158. & ita est decisū in Conc. Constantien. sess. 19. in § penult. Alij vero dicūt amittere ita Moneta de distributio par. 2. q. 11. n. 90. quia isti non absunt causa vtilitatis suæ Ecclesiæ, sed solū causa vtilitatis Ecclesiæ vniuersalis. In eo omnes couenire debent, canonicū non esse priuādū distributionibus, quādo tanquā Theologus vel Canonista cōcilio generali interest missus à suo capitulo, vt ibi intersit nomine capituli, quia tunc abesset in vtilitatē suæ Ecclesiæ, & eius rem vtiliter gerere censeretur. ita Barbos. n. 158. Cenedo n. 6. vers. aduerte. Monet. par. 2. de
8 distribut. q. 11. n. 91. sicut etiam posset percipere distributiones, si à capitulo gratulationis causa mitteretur ad Pontificem, vel Principem, vel ciuitatem, quia

quia tunc abesset causa suæ Ecclesiæ. ita Moneta dicta q.
9 11.nu.92. Sexto. Canonicus vel Archidiaconus visitans Ecclesiam, iura, vel redditus suæ præbendæ non amittit distributiones quotidianas. ita Petrus Cenedo lib. quæst. practic. q.1. num.36. Barbosa de offic. Episc. par.3. allegatio.53. num. 163. Moneta de distribut. par. 2. q.11. n.63. Cosmas in pragmat. sanctio. tit. quo tempore quisque debeat esse in choro in glos. percipiunt. versic. sed an hic reprobetur. Franch. in cap. vnic. de cleric. non resid. in 6. num.2. in fine. vbi Geminian. in princip. num. 4. Archidiac. in princip. Ioan. Monach. num. 2. Philipp. Probus in additio. num. 11. Anani. num. 1. Garzia de benefic. part.3. cap. 2. num.333. & seq. Azor tom. 2. lib.7. cap.7. q.10. nam prædicta loca & iura visitando in re vtili Ecclesiæ suæ seruit, at vtilitas Ecclesiæ est sufficiens, vt canonicus, vel Ecclesiæ beneficiatus tuta conscientia in absentia possit distributiones quotidianas lucrari ex Cenedo dicto num. 36. Graffio. in decision. part.2. lib.3. cap. 15.
10 num. 13. Quod si Archidiaconus non visitaret propriam Ecclesiam, sed solum Ecclesiã suæ diœcesis, etiamsi illam visitaret ex officio & iure sibi competenti, tunc non posset percipere distributiones. ita Cenedo num.36. & 74. Moneta num.63. Garzia dicto cap.2. num.332. Armendariz in additio. ad recopil. legum Nauarræ lib.1. tit.6. l.6. de visitat. n. 81. Barbosa dicta allegatione 53. num. 126. qui dicunt sic fuisse decisum à sacra Congre-
11 gatione Concilij. Septimo. Incumbens curæ animarum imminenti suæ dignitati, dum actu sacramenta administrat, vel alia exercet, quæ ad ipsam curam spectant, non amittit distributiones, si tunc absit à choro. nam hic habetur, ac si esset præsens diuinis officijs ex Concilio Tridentino sess.22. de reformat. cap.3. vers. quod si alicui. & notat Franciscus Leo in thesauro fori ecclesiast. part.3. cap. 2. num. 24. qui dicit sic fuisse declaratum à sacra Congregatione. Garzia de benefic. par.3. cap.2. num.335. Armendariz num.58. Barbosa allegatio.53. num. 127. Petrus Cened. lib. quæst. practicab. q.1. num.75. Zechus de republ. Ec-

clesiast.cap.24. num.6. Zerula
in prax. 1. par. verbo distribu.
tiones. num.3. versic. secundo
12 debentur. nam officium suum
nemini debet esse damnosum.
l.cum quidam.C.de administr.
tutor. nec tenetur quis pro-
prijs expensis militare cap. cũ
13 ex officijs. de præscript. At si
haberet curam animarum in
alia Ecclesia, dum in ea resi-
det,ac sacramēta administrat,
non potest percipere distribu-
tiones, quas perciperet, si in
Ecclesia cathedrali vel colle-
giata, in qua habet canonica-
tum,vel dignitatem, resideret.
ita Moneta de distribut. par.2.
q.11. num.69. nam hic non in-
seruit Ecclesiæ, in qua dantur
distributiones,sed Ecclesiæ tā-
tum suæ ciuitatis, vel diœce-
sis, & ita habetur in constitut.
64. Pij Quinti incipit. Cupien-
tes.vbi dicitur Rectores Eccle-
siarum Parochialium, si ha-
beant Canonicatus vel digni-
tates in Ecclesijs cathedrali-
bus vel collegiatis,lucrari om-
nes fructus sui canonicatus,
&c. si resideant in Ecclesijs
parochialibus, exceptis quoti-
dianis distributionibus.

14 Octauo. Canonici si ab eo-
rum Episcopis ad limina Apo-
stolorum eorum nomine mit-
tantur, vel si eos ad eadem
limina comitentur, non pri-
uantur quotidianis distributio-
nibus, vt constat ex constitu-
tione Sixti Quinti, & obser-
uant Franciscus Leo in thesau-
ro fori ecclesiastici part.3.cap.
2. num.23. Armendariz in ad-
dition. ad recopilat. legum
Nauarræ lib.2. tit.23. l.2. §.2.
de resident. vel absentia Ca-
non. nu. 62. Moneta de distri-
butio. par.2. q.8. num.23.Bar-
bosa de officio Episcopi par. 3.
alleg.53. num.159. Aloys.Ric-
cius in praxi fori ecclesiastici
resolut.389. num.3. Garzia de
benefic. part.3. cap.2. nu.349.
qui ait sic fuisse decisum à sa-
cra Congregatione,& idem es-
se dicendum etiam in alijs præ
bendatis, licet non sint de ca-
pitulo, asserit idem Garzias
num.350.

15 Nono. Theologus seu obti-
nens præbendam Theologalē
diebus, quibus legit,habendus
est tanquam præsens in choro,
& inseruiens non modo pro il-
lis horis, vt si mane legat, pro
horis matutinis & missa solem-
ni, sed etiam pro tota die, &
percipere poterit distributio-
nes. ita Moneta de distribut.

par.

[illegible].q.10. num. 27. & q.11. [illegible]. Gonzalez in regulam [illegible]ancellariæ §.7. procemiali num.180.vbi ait fuiſſe deciſum à ſacra Congregatione, quod docentes in Eccleſijs,& abſentes à ſeruitio Chori poſſint percipere fructus ſuorum canonicatuum, exceptis quotidianis diſtributionibus, ſed ex gratia diebus, quibus legunt, habendos eſſe ſicut præſentes in choro, & inſeruientes non modo pro illis horis, vt ſi mane legũt pro horis matutinis, & miſſa ſolemni, ſed etiam pro tota die. vt declarauit S. D. N. Gregor. XIII. ſic etiam aſſerit Garzia de benefic. part. 3. cap. 2. nu. 118. vbi refert alias declarationes ſacræ Congregationis. Aloyſius Riccius in praxi fori eccleſiaſtici reſolut. 386. num. 6. & reſolut. 389. n. 6. Barboſa de officio Epiſcopi part. 3. allegatio. 56. num. 8. Armendariz in additio. ad recopilatio. legum Nauarræ lib. 2. titulo 23. l. 2. §.2. de reſidentia. num. 68. diebus vero, quibus non legunt, in abſentia non poſſunt percipere diſtributiones. ita Gambara de auctori. legat. lib. 6. n. 22. Moneta d. q. 11. num. 72.

16 Decimo. Quamuis docentes ſacram ſcripturam in ſcholis publicis, & ſcholares, qui in illis ſtudent, priuilegijs omnibus de perceptione fructuũ, præbendarum,& beneficiorum ſuorum in abſentia à iure communi conceſſis plene gaudeãt, & fruantur, vt dicitur in Concilio Tridentino ſeſſione 5. c. 1. de reformat. in fine, quod etiã habetur in cap. finali de Magiſtris, diſtributiones tamen quotidianas, quando abſunt, non lucrantur. vt conſtat ex c. licet. de præbendis. ibi. Nolumus tamen, vt quotidianas diſtributiones, quæ tantum reſidentibus in Eccleſijs, & his, qui interſunt horis canonicis, exhibentur, ei tribui faciatis. & tradit ibi Gloſa. & alia Gloſ. in cap. finali de magiſtr. verbo integre. & in cap. 2. de priuileg. in 6. & dixi ſupra q. 7. nu. 29.
17 quod ſi canonicatus conſiſtat ſolum in diſtributionibus quotidianis, tunc tales abſentes cauſa ſtudij lucrantur etiam diſtributiones. ita Aloyſ. Riccius in praxi aurea reſolut. 70. num. 3. Barboſa de officio Epiſcopi par. 3. allegat. 56. nu. 20. Gloſa in cap. licet. de præbendis. verb. diſtributiones. & ibi

Abbas num. 8. Probus ad Monachum in cap. 1. de cleric. nō resid. in 6. n. 64. Zerula in praxi part. 1. verbo distributiones. §. 3. Zechus de republ. eccles. cap. 24. de Canon. num. 6. versic. 2. Rebuff. de priuileg. scholar. priuileg. 31. num. 12. Horatius Lucius eodem tit. priuileg. 100. limitat. 1. Io. Ocon in dicto cap. 1. de cleric. non resident. in 6. num. 13. Anton. Gomez num. 29. Spino de testament. glos. 9. num. 29. Garzia de benefic. par. 3. c. 2. n. 113. & seqq. alioqui priuilegium esset inutile; excipitur tamen ex istis distributionibus tertiæ pars, quæ deseruientibus accrescit, vt notant Barbosa numero 20. Riccius in praxi aurea resolutio. 70. numero 3. Alij vero dicunt absentes causa studiorum percipere omnes distributiones, quando fructus canonicatus omnes consistunt in quotidianis distributionibus, nec esse eximendam tertiam partem, quod mihi videtur probabilius. ita Garzia de benefic. par. 3. cap. 2. num. 353. nam sic videtur esse decisum à sacra congregatione per hæc verba, quæ refert idem auctor in eodem cap. 2. num. 113. Illi, qui licentia legitime obtenta studiorum causa absunt, distributiones omnes quotidianas percipere debent, exceptis incertis & quotidianis prouentibus, qui tantum inter eos diuidi solent quotidie, qui sacris intersunt. eadem sacra congregatio idem statuit in ijs, qui simul habent canonicatum & Ecclesiā parochialem, isti enim integras quotidianas distributiones lucrantur, si canonicatus consistat solum in distributionibus, nec vtrique inseruire possunt; nā si ambobus commode seruire possent, tunc lucrarentur solum iuxta seruitium, quod præstarent. Quandó vero canonicus causa inimicitiarum abesset à sua Ecclesia, & omnes fructus canonicatus consisterent in distributionibus quotidianis, quamuis eas canonicus lucretur, attamen debet deduci tertia pars pro inseruientibus, vt ab eadē congregatione dicitur esse declaratū, ratio vero cur in isto casu debeat deduci tertia pars, sicut etiam debet deduci in canonicis comitantibus Episcopum, non vero in ijs, qui absunt ratione studiorum, vel ratione Ecclesiæ parochialis, est quia

hæc

hæc absentia videtur esse magis pia, quam absentia propter inimicitias & comitatum Episcopi, & propterea est digna, quod illi magis faueatur. vt notat Garzia de beneficijs tertia part. cap.2.nu. 353.

18 Vndecimo. Dum sedes Episcopalis vacat, si canonici Ecclesiæ cathedralis eligantur in Vicarios generales, officiales, & Visitatores, nõ amittunt distributiones, si absint à choro, quamuis ob huiusmodi officia eis salarium assignetur, nam cum de iure competat canonicis, vt Sede Vacante eligantur ad talia officia, nõ debent priuari distributionibus, quamuis absint à choro, ita Cenedo lib. quæstio. practic. quæst. 1. nu. 72.

19 Qui numero sequenti ait, percipere etiam distributiones, quamuis absint à diuinis officijs Iudices in Concilijs Prouincialibus designatos iuxta id, quod statuitur in Concil. Tridentino sessio. 25. cap. 10. de reformat. nec enim tale officium debet esse illis damnosum, & num. 79. idem Cenedo ait, clericos beneficiatos, qui crucis assumpto charactere ad hæreticorum exterminium se accinxerint, percipere redditus beneficiorum & distributiones, sicut etiam illas lucrantur proficiscentes ad liberandam terram sanctam, & allegat pro hac sententia cap. Excommunicamus. il 1. §. catholici. de hæretic. Marianum Socinum in cap. ad liberandum. de Iudæis. num. 4. & Felinum ibi num. 6. Cassadorum decisio. vnic. de Cleric. non resident. num. 1.

20 Duodecimo. Si quis in singuli horis canonicis omittat aliquid minus decimæ partis vnius horæ, vel non assistendo illi, vel ad alia extranea se cõuertendo, potest tuta conscientia percipere distributiones, ita Cenedo lib. quæstio. pratic. q. 1. num. 38. Moneta de distributio. part. 2. quæst. 3. num. 33.

21 Decimotertio. Qui à choro ob iustam aliquam causam abest præsertim relatam ad cantum chori, non amittit distributiones, vt si deberet inquirere antiphonas, responsoria, Psalmos à se canendos, vel si deberet deferre prunas ad thurificandum. ita Cenedo lib. q. pratic. quæst. 1. num. 40. Moneta de distributio. part. 2. quæst. 2. num. 45. Nauar. de horis canonic. cap. 10. num. 69. & 70. & cap. 11. num. 36. & cap. 16.

num.

num. 66. quod est intelligendum, si commode antea non potuerit præstare, vt bene notant Cenedo num. 40. Moneta num. 45. Nauar. cap. 10.

22 Decimoquarto. Clerici beneficiati, qui Cócilio synodali, vel Prouinciali intersunt, non amittunt distributiones, ita Salzedo ad Diaz in cap. 52. lit. C. vers. Idemque pari ratione. Cenedo lib. quæstio. pratic. quæst. 1. nu. 67. vers. Idem pari ratione. cum nemini proprium munus debeat esse damnosum argumēt. l. videlicet. ff. ex quib. cau. maior. & isti videntur interesse Concilio pro vtilitate suæ Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Obtinentes dignitates, vel canonicatus Ecclesiarum cathedralium habent ius percipiendi distributiones.*

2 *Supernumerarij cum expectatione prabenda possunt percipere distributiones.*

3 *Habent ius percipiendi distributiones clerici, qui vocantur Mansionarij. Officiales, beneficiati. Assisii. & Capellani.*

4 *Distributiones debent assignari pro singulis horis, & pro missa conuentuali.*

5 *Maiores distributiones sunt danda ijs, qui in Ecclesia maiorem habent dignitatem.*

6 *Qui simul obtinet dignitatem & canonicatum, vel qui ob[...] duos canonicatus in eadem Ec[...] vnica tantum distributio [...] illi danda. cōsuetudine tamen potest introduci, vt habeat duplicem distributionem.*

QVÆSTIO XII.

Qui clerici habeant ius percipiendi distributiones.

1 Respondeo. Obtinentes dignitates, vel canonicatus Ecclesiarū cathedralium, vel collegiatarum habent ius percipiendi quotidianas distributiones, vt patet ex cap. vnic. de cleric. non resident. in 6. & Clement. vt ij qui. de ætat. & qualit. & ordin. præficien. Extrauag. cū nonnullæ. la prima. §. præterea. de præbend. inter communes. cap. licet. de præbendis. Concil. Tridentin. sess. 21. cap. 3. & sess. 24. cap. 12.

2 §. præterea. non solum vero possunt percipere distributiones ij, qui actu obtinent cano-

[illegible]catum, ſed etiam ſupernu[illegible] cum expectatione præ[illegible] ita Abbas in cap. cum M. [illegible]s. de conſtit. nu. 29. & [illegible]uentib. & ibi Ripa n. 186. Bernard. Diaz in tract. regul. & fallent. regula 68. Gomeſ. de grat. expectat. nu. 38. Io. Staphil. de form. expectatiua. forma 1. nu. 8. & 12. Hoieda de beneficior. incompati-
3 bil. par. 1. cap. 12. num. 7. Habent etiam ius percipiendi diſtributiones Clerici Eccleſiarum Collegiatarum, qui interdum vocantur Manſionarij, vt notat Gloſa in cap. penultimo de clericis non reſident. interdum officiales. vt vocantur in Clement. vt ij qui. de ætat. & qualit. & ordine præfic. & in dicta Extrauag. cum nonnullæ la prima. de præben. inter cómunes. & in Concil. Trid. ſeſſ. 21. cap. 3. & ſeſſ. 22. cap. 3. & 4. interdum vocantur beneficiati, vt in cap. vnic. de cleric. non reſident. in 6. interdũ Aſſiſij, vt in cap. penult. de cleric. non reſid. interdum vocantur capellani, vt in multis Eccleſijs.

4 Diſtributiones, quæ iſtis cóferuntur, debent aſſignari pro ſingulis horis, & pro miſſa etiã conuentuali ex gloſ. in dictum cap. vnic. de cleric. non reſid. in 6. & colligitur ex dicto textu, & ex Concil. Trident. ſeſſ. 21. cap. 3. hoc autem ideo mãdatur, vt hac ratione alliciãtur ad frequentandum chorum.
5 maiores tamen diſtributiones ſunt dandæ ijs, qui in Eccleſia collegiata, vel cathedrali maiorem habent dignitatem ex Abbate in cap. cum olim. de ſenten. & re iudic. num. 6. Frãciſco Viuio deciſio. Neapolit. 311. num. 1. & 2. & colligitur ex cap. Statuimus. de maiorit. & obedient. ibi. & qui maior eſt ordine, nam, vt dicitur in cap. nobis. cap. Vulteranæ. cap. conceſſo 12. quæſt. 2. cap. ius militare. diſt. 1. cap. miramur. diſt. 61. cap. conſulit. diſt. 74. ſecundum cuiuſque dignitatẽ meliora ſtipendia ſunt confe-
6 renda. Si quis vero eſſet, qui ſimul obtineret dignitatem, & canonicatum, vel obtineret ſimul duos canonicatus in eadẽ Eccleſia, huic non eſſent dandæ ordinarie duæ diſtributiones, ſed vna duntaxat, ſicut cæteris habentibus vnum canonicatum, vt bene aſſerunt Ludouic. Gomez in tractatu de expectat. num. 54. Franc. in

cap.

cap. vnic. de cleric. non resident.in 6.§ finali in fine. Nicol. Mill. in Repertor. verbo distributiones il 1. Lelius Zecchus de Repub. Ecclesiast. cap. 24. vers. sexto. Rebuff. in prax. benefic. tit. de dispensatio. ratione ætatis. vers. in Cathedrali. Moneta de distributio. part. 2. quæst. 4. num. 6. Azor tom. 2. cap. 7. quæst. 13. non longe à fine lib. 7. nam cum distributiones dentur, vt clerici intersint diuinis officijs cap. vni. de cleric. non resid. in 6. & cum is, qui habet duos canonicatus, vel vnam dignitatem & simul canonicatum, non magis intersit diuinis officijs, quam is, qui vnum obtinet canonicatum, non poterit percipere duas distributiones.

Obijcies cum ijs, qui sentiunt tales personas posse duplices habere distributiones. hi sunt Abbas in cap. cum olim de sent. & re iudic. num. 6. Felin. nu. 2. Baldus cons. 53. inter consilia Cardinalis. Viui. lib. 1. comm. opinio. verb. Archidiaconus. Qui habet dignitatem & canonicatum, adest diuinis officijs, vt Canonicus & vt Archidiaconus, vel vt Præpositus, ergo duplices debet habere distributiones. Respondeo negando consequentiam. nam cum semel tantum intersit diuinis officijs, sicut alij clerici beneficiati, & vnicum solũ præstent seruitiũ Ecclesiæ, simplices & non duplices debent percipere distributiones.

Obijcies secundo. In aliquibus locis is, qui habet dignitatem & canonicatum, vel duos canonicatus, habet etiam duas distributiones, ergo. Respondeo ordinarie esse illi dandam vnam tantum distributionem, potest tamen consuetudine introduci, vt hic habeat duplicem distributionem. vt obseruant Couar. lib. 3. variar. cap. 13. num. 6. Duennas regula 206. limitat. 4. Hoieda de incompatibil. benefic. cap. 12. num. 16. part. 1.

Obijcies tertio. Qui habet duo officia, habet duo salaria, ergo qui habet duos canonicatus, duas etiam habere debet distributiones. Respondeo negando consequentiam, nam in primo casu debet habere duo salaria propter duplicem laborem & opus, at vero in casu nostro est vnus tantum labor, & vnum opus, & semel tãtum interest diuinis officijs,

qua-

quare vnicam tantum percipere habent distributionem.

Obijcies quarto. Is habet duplicem vocem in capitulo, ergo etiam duplicem habere debet distributionem. Respondeo falsũ esse antecedẽs, quod si concedatur, falsa est consequentia. nam ad hoc, vt quis habeat vocem, satis est, si habeat ius canoniæ, cum enim hic habeat duplex ius, duplicem habere debet vocem, at vero vt quis percipiat distributiones, requiritur, vt intersit diuinis officijs, & cum vnico tempore non possit interesse duobus diuinis officijs, non poterit duplices percipere distributiones.

SVMMARIVM.

1 *Qui non intersunt diuinis officijs ipso facto amittunt distributiones.*

2 *Distributiones accrescunt alijs clericis, qui intersunt diuinis officiis.*

3 *Potest in aliquibus locis esse consuetudo, vel statutum vt distributiones non accrescant interessentibus, sed in Ecclesiæ vtilitatem conuertantur.*

4 *Si Clerici omnes absint à diuinis officiis, tunc distributiones sunt applicandæ Ecclesiæ.*

5 *Qui accepit distributiones, & tamen non interfuit diuinis officiis, tenetur eas tradere interessentibus, si tamen is, qui illas accepit, sibique applicauit, donet ei, qui ob absentiam amisit distributiones, tunc valida est donatio, & poterit eas retinere.*

6 *Illicitum est remittere distributiones iis, qui horis canonicis non interfuerunt.*

7 *Capitulum & Episcopus non possunt remittere distributiones ob non residentiam.*

8 *An collegium canonicorum sine Episcopo possit statutum condere de modo diuidendi distributiones.*

QVÆSTIO XIII.

An qui non intersunt diuinis officiis, ipso facto amittant distributiones.

1 DIco primo. Amittere ipso facto ante vllam Iudicis sententiã, vt patet ex cap. vnico. §. qui vero. de cleric. non resident. in 6. & colligitur etiã ex concilio Tridentino. sess. 24. cap. 12. de reformat. vers. Di-
2 stributiones, accrescunt vero tales distributiones alijs clericis,

cis, qui intersunt diuinis officijs. ita Glosa in Clement. 2. verb. pars dimidia. de ætate & qualit. & ordin. præficiend. Alia Glosa in Clement. 2. verbo suspensus. de vita & honestat. Clericor. Gigas cons. 144. nu. 30. Rebuff. in concordat. Gall. rubric. de collation. §. 1. verbo distributionum. Geminian. in cap. vnic. de cleric. non resident. in 6. §. qui vero. num. 10. & ibi Franchus §. statuimus. n. 4. Barbosa de officio Episcopi. par. 3. allegat. 53. num. 152. Sarnens. de visitatio. lib. 1. cap. 15. num. 25. Nauar. in summa cap. 25. num. 123. & de oration. & horis canon. cap. 7. nu. 34. & Miscellan. 59. de oratio. num. 9. Cassador. decisio. vnic. de cleric. non resident. Azor tom. 2. lib. 7. cap. 7. quæst. 8. & 9. & colligitur ex dicto cap. vnico & ex Trident. sess. 21. cap. 3. de reformatio. vbi dicitur, distributiones quotidianas inter dignitates obtinentes & cæteros diuinis interessentes proportionaliter esse diuidendas. idem etiam colligitur ex sessio. 24. cap. 12. vers. distributiones

3 vero. de reformatio. potest tamen in aliquibus locis esse cõsuetudo, vel statutum, vt non accrescant interessentibus, sed in Ecclesiæ vtilitatem conuertantur. ita glosa in Clement. 2. de ætate & qual. Frãc. Marc. part. 2. decis. 882. num. 6. & 7. Fran. Monald. cons. 27. num.

4 4. Quod si omnes absint à diuinis officijs tunc communis sententia est, distributiones esse applicandas Ecclesiæ ita Couar. lib. 3. variar. cap. 13. nu. 7. qui citat Geminianum in dicto cap. vnico de cleric. non resident. in 6. §. statuimus. num. 5. & ibi Franchum num. 3. Gulielmum Cassadorum decisio. vnica eiusdem tituli, sic etiam sentiunt Azor dicta quæst. 8. & Hieron. Gigas consil. 144. nu. 30. & sic fuit decisum in Rota teste Cassadoro dicta decis. nu. 3. & fauet Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 3. de reformat. cum ait, distributiones amissæ ob aliquorum absentiã erogentur in vsum fabricæ Ecclesiæ, vel loci causa communis pietatis extructi.

5 Dico secundo. Qui accepit distributiones, & tamen non interfuit diuinis officijs, tenetur, vt dixi, tradere eas interessentibus. si tamen is, qui illas accepit, sibique applicauit, donet ei, qui ab absentiam

tiam

etiam amisit distributiones, tunc valida est donatio, & poterit eas retinere. ita Glosa in cap. vnic. verbo suas. de cleric. non residentib. in 6. & ibi Gemínian. §. qui vero. num. 10 Nauar. Miscellan. 59. de oratio. n. 4. & 5. Azor tom. 2. lib. 7. cap. 7. quæst. 9. Moneta de distributio. par. 3. quæst. 5. num. 6. nam clericus est dominus distributionum, ergo sicut eas potest donare alijs, poterit etiam donare clerico, qui propter absentiam à choro eas amisit.

Obijcies. In concilio Tridentino sess. 24. cap. 12. de reformatio. dicitur eos, qui non intersunt diuinis officijs, percipere non posse distributiones, sed illas accrescere interessentibus quauis collatione & remissione exclusa. ergo clericus absens non potest distributiones sibi hoc modo remissas retinere. Respōdeo concilium prohibere remissionem, non autem donationem, nec proprie loquēdo idem sunt remittere, & donare, vt notat Decius in l. si quis obligationem. ff. de regul. iuris. num. 6. quare Glosa in cap. statutum. in §. si quid autem. verbo remissione ait, quod quamuis canon vel lex prohibeat remissionem alicuius rei, possit tamen ea donari post factam restitutionem, dummodo absit omnis fraus, cum igitur concilium solum prohibeat remissionem, & non donationem, argumentum nō probat contra nostram sententiam.

Obijcies secundo. Si possent retineri distributiones modo explicato, daretur occasio clericis absentandi se à choro; & tamen concilium Tridentinum prohibuit remissionem distributionum ad tollendam huiusmodi occasionem, ergo is, qui eas recipit sibi dono datas; nō erit tutus in conscientia. Respondeo non dari occasionem absentandi, nam qui distributiones amittit, non solet eas recuperare, postquam alijs clericis sunt traditæ, præsertim cum reddantur semota omni fraude, collusione, & conuentione, si vero fieret pactum, vt præsentes redderent distributiones absentibus etiam postquam sibi fuerint applicatæ, donatio tanquam facta in fraudem legis esset inualida.

6 Dico. Nonnulli putant non esse prohibitum remittere distributiones præteritas, si absit omnis

omnis fraus & conuentio, sed solum esse prohibitum conuenire de remittendis distributionibus in futurum, ita probabiliter putat Moneta de distributio. par. 3. quæst. 5. num. 8. & ante concilium Tridentinũ hoc licite potuisse fieri affirmat Glosa communiter recepta in cap. vnic. de Cleric. non resident. in 6. verbo suas, & alia Glosa in cap. 1. de verbo. signific. & probant, quia cum huiusmodi distributiones accrescant ijs, qui intersunt diuinis officijs, quilibet partem sibi accrescentem alteri donare potest, verum dicendum est post concilium hoc non licere, ita sentit Nauar. Miscellan. 59. de oratione num. 3. vbi ait sententiam Glossæ esse per Concilium Tridentinum sublatam. Stephan. Durant. lib. 3. de ritibus Eccles. cathol. vbi dicit prædictam glossam esse nunc delendam. Azor tom. 2. lib. 7. c. 7. quæst. 9. & quidem hæc opinio hoc tempore est communis, & fauet cultui diuino, nam alioqui daretur occasio clericis absentandi se à choro sperantes sibi faciendam esse remissionem à suis concanonicis amicis, & ita etiam ipse canonicus cogeretur saltem ex gratitudine remittere distributiones alijs canonicis in diminutionem cultus diuini. Et si-
7 cut ipsi canonici non possunt remittere distributiones ob nõ residentiam, pariter nec eas potest remittere Capitulum vel Episcopus, vt bene notant Menochius de arbitrarijs casu 429. num. 6. Nauar. de or. & o. & horis cano. cap. 21. miscel. 14. num. 48. & cons. 7. de cleric. non resident. num. 1. Barbosa de offic. Episc. par. 3. allegat. 53. n. 140. Armendar. in addit. ad recopil. legũ Nauarræ lib. 1. tit. 23. de residentia. rubric. An Canonici. n. 90. & 91. Zerula in praxi Episcop. par. 2. c. 3. n. 8. ait
8 Barbosa dicta alleg. n. 139. collegium canonicorum sine Episcopo non posse statutum cõdere de modo diuidẽdi distributiones, & citat Monetã par. 2. de distribut. q. 15. n. 26. quãuis Azor tom. 2. lib. 7. c. 7. q. 17. & Franch. in c. consuetudinem. in §. statuimus. n. 2. de cleric. nõ residen. in 6. putent posse id facere, quando nihil constituit contra Episcopi iurisdictionẽ, nec cõtra ius commune. quod mihi probatur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Lex posterior generaliter & indistincte loquens per legem priorem specialem limitatur, & iuxta illam intelligitur, nisi expresse illi contradicat.*

2 *Lex posterior limitatur per priorem legem, etiam quando in lege noua ponitur clausula non obstantibus legibus contrarijs.*

3 *Licet anteriores leges sint abrogatæ, iuxta illas tamen debent explicari recentiores leges.*

4 *Posteriores leges limitandæ sunt non tantum per legem specialem anteriorem, sed etiam per rationem legis prioris.*

5 *Generi per speciem derogatur, siue genus præcedat speciem, siue species præcedat genus.*

6 *Ius nouum est trahendum, & interpretandum secundum alia iura priora.*

7 *Lex noua loquens in vno casu extenditur per legem antiquam, & posteriores leges ad priores trahuntur, & è conuerso.*

8 *Per legem posteriorem abrogatur præcedens lex.*

9 *Legum correctio, quantum fieri potest, est vitanda.*

10 *Lex noua quamuis generalis non comprehendit casus speciales legis antiquæ.*

11 *Lex generaliter corrigens non corrigit casus speciales legis antiquæ.*

QVÆSTIO XIV.

An post Concilium Tridentinum Episcopi possint in sui seruitium assumere duos canonicos.

1 RESpondeo in Cōcilio Tridentino sess. 24. cap. 12. de reformatione præcipitur, ne Canonici vigore cuiuslibet statuti & consuetudinis possint abesse à suis Ecclesijs vltra tres menses, non tamen propterea tollitur Episcopis priuilegium, quod habent per textum in cap. de cætero, & in cap. ad audientiam. de cleric. non resid. vt in sui seruitium possint assumere duos canonicos, vt dictū est supra q. 3. num. 36. & 37. & probatur. quia lex posterior vniuersaliter & indistincte loquēs per legem priorem specialem limitatur, & iuxta illam intelligitur, nisi expresse illi contradicat, vt constat ex l. sed & posteriores. ff. de legibus ibi. posteriores leges ad priores pertinent, nisi cōtrariæ sint. & do-

L cent

cêt glos.in l.3. C.de silentiarijs lib.12.& in Authent. offeratur C.de litis contestatione, & in l.sciendũ.ff. si qui satisd.cogantur,& ibi Bart. in princ.n.1.Iason num.4.idem Bartol.in l.omnes populi. ff.de iustit.& iure q 3. Decius regula 90.n.12. ff. de regul. iuris & regula 80. n. 11. Anton. Gabriel de legibus conclus.1. nu.2. Euerardus loco à ratione legis stricta num. 12.& seqq. Barbosa in l. 1. ff. soluto matrimon. 1.par.num.8. Garzia de benefic.par.3.cap 2. num 346. Felinus in c. 1. de rescriptis num.10.& seqq. Menoch. de præsumption. lib. 6. præsumpt.38. num.17.& seqq. Mencha. de successio. creatione. § 3.num 3. & 16. Couarr. lib.2. variar. cap.5.num.6.Cassadorus super regula Cancellariæ decis.6.num. 11. Put. decis.167.& decis.213.num.4. libro 3. Ant.Gomez in l. 9. tauri num.10. Tiraquel.de retrac. lignag. §.1. glos. vnica num. 4. Io. Gutierrez in repetitio. Authent. Sacramenta puberum. C. si aduersus venditionem nu. 76.& de iuramento confirmat. 1.par.cap.4 nu.2. & lib.2.quæstion.practic. q.96. Anton. Gabriel. tit. de legib.lib.6. concl. 1. per totam. Rota decis.75.n. 6. par.1. diuersor.& decis. 75. n.14.& decis.139. num.1.& 2. par. 2. diuersor. Abbas volum. 2. cons.24.num.1. Bald.in Authent.offeratur. C.de litis contestatione num.12. Nauar.in cap.placuit. de pœnit. dist. 6. num.148. & in sum. cap.27.n. 260.& consil.1. de cleric. non
2 resident.nu.2. vbi ait hoc procedere, etiãsi in lege noua poneretur clausula non obstantibus legibus contrarijs, quod etiam, quando poneretur hæc clausula,docent Glos.*in Auth.* de successiõ. ab intestat. verbo. vacantibus. Bartol. in extrauagant. ad reprimendum. §.non obstantibus. num.6.& in dicta l.sciendum. num. 2. & ibi Iason num.14. Idem Iason in l.1. ff. soluto matrim. num. 9. nam clausula non obstante est intelligenda de lege priori cõtraria, quæ cum posteriori lege per aliquam limitationem, vel distinctionem sustineri non
3 posset. Item licet anteriores leges sint abrogatæ,iuxta illas tamen recentiores leges explicandæ sunt l. non est nouum. ff. de legibus,& tradunt Ludouic.Gomez regula de triennali q.16. vers. tertius intellectus.

Burg.

Burg. de Paz in l.1. tauri num.
4 570. Præterea posteriores leges limitandæ sunt nõ tantum per legem specialem anteriorem, sed etiam per rationem legis prioris, vt docet Bald. in l.de pretio. ff. de public. in rem actio. Sanchez lib. 2. de matrimon.disput.24. num. 6.& lib.7. decalog. cap.7. num. 34.
5 Et semper generi per speciem derogatur, siue genus præcedat speciem, siue species præcedat genus ex Decio in l.in toto iure.80. num. 8. & seqq. ff. de regul. iuris. Felin. in c.1.
6 de rescriptis. nu. 10. Sic etiam sentiunt ij, qui scribunt ius nouum esse trahendum & interpretandum secundum alia iura priora. vt Abbas in cap. inter alia. de immunitate ecclesiarum, num. 15. Couarr. lib.2. variar.cap.5. num.6. non longe à fine. & patet ex dicta l.sed & posteriores. ff. de legibus, sic
7 etiam sentiunt ij, qui scribunt legem nouam loquentem in vno casu extendi per legem antiquam. ita Glos. in l. quod vero. ff. de legibus. Bartol. in l.Marcellus. 3 num.6. ff.ad Trebellianum. Cassador. decis. 6. num.8. de iurepatronatus. neque est nouum, vt posteriores leges ad priores trahantur, & è conuerso. l. non est nouum.l. ideo.l.sed & posteriores. ff. de legibus. cum vero lex lata à Concilio Tridentino dicta sess. 24.cap.12.de reformat. sit generalis, & leges latæ in dictis c.de cætero.& in c.ad audientiam. de cleric. non resid. sint speciales, per has leges limitatur lex concilij, eaque est intelligenda, quod nolit tollere priuilegium Episcopis assumendi duos canonicos in sui seruitiũ, quare Concilium nullo modo derogat prædictis iuribus, & doctores, qui post Concilium scripserunt, ita cõmuniter sentiunt, vt dixi quæst. 3. num.37. Secundo. Cum in dicto cap.ad audientiam. de cleric. non resident. dicatur, canones, qui concedunt Episcopis, vt possint in sui obsequium habere duos canonicos absque amissione fructuum, non tolli per statutũ iuratum, & confirmatum à sũmo Pontifice, quod est tale, vt nullus canonicus in absentia possit percipere fructus suarum præbendarum, clare significatur tales canones non tolli per legem generaliter latam, vt nẽpe canonici absentes à choro, quia sunt in seruitio Episcopi,

non percipiant fructus, sed poſſint illis priuari, cũ igitur Concilium dictis textibus expreſſe non derogauerit, dicendum eſt illos permanere in eodem vigore. Tertio. Cum Conciliũ non deroget alijs canonibus, quibus conceditur infirmis, & alijs impeditis poſſe in abſentia percipere fructus ſuorũ beneficiorum, ita cenſendum eſt, nec derogare canonibus, quibus conceditur habentibus canonicatus, vt dum ſunt in ſeruitio ſui Epiſcopi, poſſint percipere fructus, quamuis non reſideant in Eccleſijs, in quibus habent canonicatus. Addo poſt Concilium Tridentinũ in praxi ita fieri, præſertim ſi non facile poſſint reperiri alij idonei.

8 Cum vero Bartolus in l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure num. 29. & Raynerius ibi n. 73. Io. Bapt. de S. Seuerino n. 106. Crotus num. 97. Myſing. in §. ſed naturalia. num. 14. Ripa in cap. 1. de reſcript. num. 55. Iaſon in l. Barbarius. ff. de officio Prætoris. num. 44. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſump. 40. num. 17. & ſeqq. Puteus deciſ. 164. nu. 2. lib. 2. Gomez in proœmio regularum Cancellariæ q. 5. in fine, & in regula de non tollendo q. 10. non longe à fine. Anton. Gabr. tit. de iure quæſito non tollendo. concluſ. 1. num. 77. & concl. 21. n. 26. Io. Beltrandus Gueuara in propugnacul. Eccleſiaſt. liberta. §. 6. primæ aſſertionis. numero 30. Moneta de option. cap. 3. quæſt. 3. num. 75. Felinus in cap. nonnulli. num. 4. de reſcriptis. dicunt per legem poſteriorem abrogari præcedentem, quamuis de illa mentio non fiat, & habetur in cap. 1. de conſtitut. in 6. non aduerſantur noſtræ ſententiæ, nam loquuntur, quando poſterior lex expreſſe contradicit priori legi, at in caſu noſtro lex & diſpoſitio concilij Tridentini nõ expreſſe cõtradicit citatis tex-

9 tibus. & cum legum correctio, quantum fieri poteſt, ſit vitanda. cap. cum expediat. de electio. in 6. l. ſi quando C. de in offic. teſta. non eſt facile aſſerendum per legem latam in generali in Concilio Tridentino eſſe correctas leges antiquas latas in illis duobus capitulis, niſi expreſſe id conſta-

10 ret. Item eſt opinio gloſæ in l. 3. C. de ſilent. lib. 12. & in l. ſciendum. verſ. 2. an ſit hodie correcta. ff. qui ſatisdare cogan-

gantur numquam nouam legem quantũmuis generalem comprehendere casus speciales legis antiquæ. sicut etiam
11 est opinio communis, legem generaliter corrigentem non corrigere casus speciales legis antiquæ, vt bene opinantur Cassadorus super regulis Cancellariæ decis. 6. num. 11. Puteus decisio. 213. num. 4. lib. 1. Rota decisio. 75. num. 14. part. 2. diuersorum. Iason in l. 1. ff. solut. matrimonio num. 9. Idem Iason in dicta l. sciendum. num. 5. & ibi Io. Crot. n. 6. Pelaez tract. de primogenijs prima par. quæst. 1. num. 25. Anton. Gomez in l. nonam tauri. num. 10. Simonet. de reseruatione quæst. 87. num. 2. Rodericus Suarez in l. 2. in princip. num. 3. lib. 2. fori. Io. Gutierrez lib. 2. practic. quæstio. quæst. 96. Abbas in cap. Inter alia. de immunit. Ecclesiarum. num 15. Couar. lib. 2. variar. cap. 5. num. 6. ergo lex noua lata in Concilio Tridentino sess. 24. cap. 12. de reformat. ne canonici vigore cuiuslibet statuti & consuetudinis possint vltra tres menses abesse à suis Ecclesijs, non loquitur de casibus specialibus legis antiquæ, qua conceditur canonicis, vt in seruitium Episcopi possint abesse vltra tres menses, & propterea casus specialis dicti capit. de cætero. & cap. ad audientiam. cum nõ sit correctus per Conciliũ, remanet intactus, & in sua viridi obseruantia iuxta l. præcipimus. in fine. C. de appellationibus. & iuxta doctrinam Caputaquen. decis. 81. num. 7. & 8. par. 2.

SVMMARIVM.

1 *Immemorialis consuetudo tunc dicitur esse, quando sunt testes, qui asserunt se semper vidisse, vel audiuisse cõtrarium, esseque communem opinionem, quod sic semper fuerit.*
2 *In consuetudine immemoriali non requiritur titulus, sed talis consuetudo habetur loco tituli.*
3 *Consuetudo immemorialis non eliditur ab interruptione.*
4 *Præscriptio quadraginta annorũ cum titulo æquiualet præscriptioni immemoriali.*
5 *Centenaria præscriptio nõ est tantæ virtutis, quantæ est consuetudo immemorialis.*
6 *Ad consuetudinem immemorialem non requiritur scientia, & patientia illius, contra quem præscribitur.*
7 *Qui de consuetudine immemoriali deponunt, debent esse ætatis quin-*

quaginta & quatuor annorum, vel saltem, eius ætatis, vt tempore, quo deponunt, sint iam elapsi quadraginta anni, vt possint memores esse, & exponere, quid actū fuerit quadraginta annis.

8 *Quando præscriptio immemorialis probatur, non admittitur probatio in contrarium.*

9 *Quando fuit probata immemorialis præscriptio, censetur esse probatum dominium.*

10 *Quando aliqui testes deponunt pro immemoriali, & alterius partis testes contra eam, tunc habenda est fides deponentibus ea, quæ sunt magis verisimilia.*

11 *Magis creditur duobus affirmantibus quam mille negantibus.*

12 *Sublata consuetudine per legem an censeatur sublata immemorialis, quando additur dictio vniuersalis.*

13 *Consuetudinis immemorialis tanta est vis, vt quæ alicui non nisi per priuilegium possunt competere, possint tamen præscribi tempore immemoriali.*

14 *Consuetudo immemorialis habet vim pacti, & publici instrumenti, & vim constituti, & veritatis, & seruitutis. contra eā non datur restitutio in integrum & tantum potest, quantum Imperator.*

QVÆSTIO XV.

Quid sit, & quam vim habeat consuetudo immemorialis. & quid ad eam requiratur.

1 DIco primo. Immemorialis consuetudo tunc dicitur esse, quādo sunt testes, qui asserūt se semper vidisse, & audiuisse, ita esse, nec vnquam vidisse, vel audiuisse contrariū, esseque cōmunē opinionē, quod sic semper fuerit, & quod non extet cōtrarij vel initij memoria. quādo vero testes dicerēt, se vidisse, vel audiuisse à suis antiquioribus contrariū eius fuisse, nō esset tunc cōsuetudo immemorialis. ita Glosa in c. 1. de præscription. in 6. circa fin. verb. memoria. Innoc. in c. quid per nouale. de verb. signif. verbo. de nouo. Cassaneus in consuetud. Burdūd. rubr. 13. §. 2. ibi. quelque. n. 1. Couar. in reg. possessor. 2. par. § 3. nu. 7. Aretin. in c. licet ex quadam. de testibus. col. 1. Ferrar. in praxi de seruit. §. seruitus. n. 20. Molina li. 2. de primogen. c. 6. n. 31. Balbus de præscriptio. 2. par. 3. par. q. 6. n. 24. Alex. vol. 4. consi. 75. n. 9. Gabriel cōmun. opin. lib. 5. tit. de præscriptio. concl. 1. nu. 74. Oldrad.

drad. conf. 172. col. 4. Garzia de expensis. c. 9. num. 9.

2 Dico secūdo. In consuetudine immemoriali nō requiritur titulus. c. 1. de præscript. in 6. quia ipsa consuetudo immemorialis habetur loco tituli. l. hoc iure. §. ductus aquæ. de aqua quotid. & asserit ibi Glossa. Balbus de præscriptio. 2. par. 3. partis q. 6. n. 12. Aym. de antiquit. 4. part. §. absolutis. n. 28.

3 & n. 46. Consuetudo immemorialis non eliditur ab interruptione. ita Corneus vol. 1. cōs. 22. n. 5. Molin. lib. 2. de primog.

4 c. 6. n. 47. qui n. 52. ait præscriptionem quadraginta annorū cum titulo æquiualere præscriptioni immemoriali, & eandē vim habere, quā habet immemorialis. c. cū personæ. §. quod

5 si tales. de priuileg. in 6. Notāt Mascard. de probat. tom. 2. conclus. 2372. n. 24. Sotomaior. lib. 1. quotidia. controuer. c. 68. nu. 14. Pedrocha cōs. 36. n. 348. cētenariam præscriptionē non esse tantæ virtutis, quantæ est

6 consuetudo immemorialis. Ad hanc consuetudinē non requiri scientiam & patientiā illius, contra quem præscribitur, asserunt Balb. de præscript. 2. par. 3. par. q. 6. n. 22. Didacus Perez lib. 3. tit. 13. l. 6. col. 4. vers. dubitatur. Couar. in regul. possessor. 2. par. init. nu. 8. vers. tertio. Cassan. in consuetud. Burgund. rubric. 11. §. 2. nu. 6.

7 Dico tertio. Qui de consuetudine immemoriali deponunt, debent esse ætatis quinquaginta & quatuor annorū, vel saltem eius ætatis, vt tempore quo deponunt, sint iam elapsi quadraginta anni, vt possint memores esse, & exponere, quid actum fuerit quadraginta annis. ita Couarr. in dicta reg. possessor. 2. part. §. 3. num. 7. vers. testes. Cassane. in consuetud. Burgund. rubric. 1. §. 2. vers. aduerte. num. 8. Didacus Perez lib. 3. tit. 13. l. 6. additio in littera B. Molin. lib. 2. de primog. cap. 6. n. 40. Garzia de expensis c. 9. n. 9. Castillo in l. 41. tauri. glossa in verbo quarenta. Armendar. in recopil. l gum Nauarræ ad lib. 4. tit. 30. l. 1. de immemoriali. nu. 79.

8 qui num. 80. ait, quod quando præscriptio immemorialis probatur, non admittitur probatio in contrarium, vt etiam sentiunt Garzia de expensis. cap. 9 num. 21. Felinus in cap. cum nobis. de præscriptionib. num. 7. Aymon. de antiquit. 4.

L 4 part.

part.§. absolutis. num.60.Cassane.in cõsuetud.Burgund. rubric.11.§.2.n.7.cũ habeat præsumptionem iuris, & de iure ex Aymone loc.cit.

9 Dico quarto. Quãdo fuit probata immemorialis præscriptio,censetur esse probatũ dominium. ita Cassaneus in consuetud.Burgũd.rubrica 11.§.2.
10 n.7.Item quando aliqui testes deponunt pro immemoriali, & alterius partis testes contra eam,tunc habẽda est fides deponentibus ea,quæ sunt magis verisimilia. ita Glos.in c. final. de præscrip.in 6. verbo.memoria.Balb.de præscript. 2.par. 3.
11 par.q.6. n.27. & magis creditur duobus affirmantibus, quã mille negantibus. l. diem proferre. §. si plures. de receptis arbitr.& ibi Glosa verb.cõsenserũt. Garzia de expensis. c.9. n.30. quos refert, & sequitur Armendar.loc.cit. nu.81.

12 Dico quinto. Licet multi sentiant sublata consuetudine per legem, seu statutum nõ censeri sublatã immemorabilem, aliqui tamen cõtrariæ sententiæ sunt,quando additur dictio vniuersalis.ita Glos.in Clement.vlt.de reb.Eccles.in fine. & ibi Cardinalis,& Imola n.6. Azebedo in l.3. num.21. tit. 1. lib.2.recopil. n. 2. Pelaez de Mierez tract. de maioratibus. 4.par.q.20.n.51.Roch.de Curte in cap. fin.de consuetud. n. 525. & seq. Felin. in c.cũ causam.de sentẽt.& re iudic.n.12. & in c.dilecti. n. 3. de maiorit. & obed. Ruin.vol.4.cons. 156. n.8.sed contraria opinio,nempe quod non censeatur sublata, est valde probabilis, vt dictum est q.4.n.34.& seqq.quãdo scilicet talis cõsuetudo non tollitur tanquam iniqua; nam si tolleretur tanquam iniqua, in tali casu censeretur esse sublata etiam consuetudo immemorialis, vt ibidem dictum est num.37.

13 Dico sexto. Consuetudinis immemorialis tãta est vis, vt quæ alicui non nisi per priuilegium possunt competere, possint tamen præscribi tẽpore immemoriali, dummodo præscribens non sit incapax, vel inhabilis ad illa, vt late asserit Gabriel commun.opin.li.5. tit. de præsumpt.conclus.1.nu.1.& seq.Balb. de præscrip. 2.par.3.
14 q.6. nu.23. Item consuetudo immemorialis habet vim pacti ex Gabriele concl.1.nu.69. Iasone in l. quominus. de flumi-

minib. n.96.& vim publici instrumenti ex Gabriele nu. 70. Affict. decis. 239.n.vlt.& vim constituti ex Gabriele n.62. & veritatis ex Gabr.n.66. & vim seruitutis ex eodem nu.68. & contra eam non datur restitutio in integrum ex cap. ignorantiæ.ex eodem n.64. Barbat. vol.1.cons.41.vers. item negatur. Salicet. in authent. quas actiones.C.de sacrosanctis.versic.quærit glossa.Boer.decis.39 n.6. Ias.vol.2.cons.109.vers.nõ obstat etiam. & tãtum potest, quantum Imperator, quando procedit cum causa ex Gabr. n.66.& seqq.Isernia in c.1.ver bo. flumina. Quæ sint regalia. Garzia de expensis.c.9.nu.19. Put.decis.205.n.2.& 3.li.1. Ro ta decis.717.n.2.par.1. diuers.

SVMMARIVM.

1 *Eugenius Quartus concessit Vniuersitati Salamantinæ, vt docentes,& studentes in ea possint percipere fructus suorum beneficiorum.*

2 *Huic priuilegio, an sit derogatum per concilium Tridentinum.*

3 *Lex generaliter lata non derogat priuilegio, quod alicui est specialiter concessum.*

4 *Quando derogatur priuilegio habenti clausulam derogatoriam quamuis possit derogari per legem generalem, si ponatur clausula nõ obstantibus, at si hæc non ponatur, non censetur derogare.*

5 *Est odiosum auferre priuilegia & beneficia à principibus concessa, immo decet ea conseruare,& manutenere in suo robore.*

6 *Priuilegia ante concessionem dicũtur odiosa, suntque contra ius, at post concessionem dicuntur esse de iure communi.*

7 *Priuilegium concessum ob bonum publicum & vtilitatem Ecclesiæ per legem generalem non censetur sublatum.*

8 *Ecclesia indiget litteratis, per quos mundus totus illuminatur. Viri litterati Ecclesiæ multo magis inseruiunt quam alij.*

9 *Canones viris dantibus operam litteris valde fauent, illisque multa concedunt priuilegia.*

10 *Legatum factum alicui, vt in studia possit incumbere, est pium, fruiturque priuilegijs concessis piæ causæ.*

11 *Quando dubitatur, an priuilegia sint reuocata; præsumendum est non esse reuocata.*

12 *Ad hoc, vt dicantur priuilegia esse reuocata, requiritur, vt expresse de huiusmodi reuocatione constet.*

13 *Principibus valde conuenit, vt quod concesserunt, non reuocent.*

14 *Regibus, & Principibus propter eorum dignitatem maxime defertur.*

15 *Canonica præcepta propter Regum & Principum dignitatem relaxantur.*

Lex

16 *Lex & constitutio generalis non extenditur ad ea, quibus verisimiliter Pōtifex non fuisset derogaturus, si in specie de illis fuisset interrogatus.*

17 *Priuilegia concessa personis valde bene meritis non solent facile tolli.*

18 *Priuilegia concessa in fauorem publicæ vtilitatis non solent facile tolli.*

19 *Priuilegia concessa in remunerationem laborum dicuntur irreuocabilia.*

20 *Gratia concessa propter remunerationem laborum non est mera gratia, sed actus onerosus transiens in vim contractus.*

21 *Per priuilegium concessum est iam ius acquisitum alteri. In Principe potius obliuio est præsumenda, quam quod alteri velit tollere ius quæsitum.*

QVAESTIO XVI.

An priuilegia concessa Vniuersitatibus Studiorum, vt beneficiarij docētes, vel studentes in illis non possint cogi ad residendum in suis Ecclesiis, sint reuocata.

1 RESpondeo: Eugenius Quartus anno Domini 1431. 6. Calendas Martij in constit. Incip. Qui creditum, quæ refertur à Garzia tract. de benefic. par. 3. cap. 2. num. 58. concessit Vniuersitati Salamātinæ, vt Doctores & Scholares in quacūque facultate per octo menses continuos, vel interpolatim legendo, aut alias huiusmodi literarum studio insistendo fructus suorum beneficiorum cum cura & sine cura, quæ obtinent, ac in posterum obtinebunt, quotidianis distributionibus duntaxat exceptis, libere percipere valeant cum ea integritate, cum qua illos perciperent, si in proprijs Ecclesijs personaliter residerent, & ad residendum in eisdem minime teneantur, nec ad id à quoquam compelli possint inuiti. quod priuilegium, vt dicitur, habent nonnullæ aliæ
2 Vniuersitates. & quamuis aliqui putent huic priuilegio esse iam derogatum per concil. Tridentin. sessione 23. capit. 1. de reformation. in fine illis verbis. Vel vigore Eugenianæ constitutionis, verum Concilium non loquitur de constitutione Eugeniana concessa Vniuersitatibus studiorum, sed de constitutione Eugeniana

con-

concessa curialibus Romanis, nam cum familiares & ministri Pontificis Romani de iure communi à residentia excusentur, vt constat ex cap. cum dilectus. de clericis non residentibus illis verbis. Cum familiares nostri, qui circa nos se obsequiales exhibent vniuersis, minori non debeant prærogatiua gaudere, quam vestrum singuli, quorum negocia per ipsos sæpius promouētur. fuit dubitatum, an priuilegium, quod in illo textu habetur, competeret tantum familiaribus Pontificis, an vero etiam extenderetur ad omnes in Romana Curia commorantes, & Eugenius Quartus de hoc interrogatus concessit omnibus Romæ permanentibus, vt in absentia possent percipere fructus, & huic priuilegio Concilium Tridentinū loco citato derogat, vt bene aduertunt Io. Ocon in repetit. c. vnic. de clericis non resident. in 6. num. 59. Roderic. in additio. ad §. vnic. Bullæ compositio. num. 4. vers. quanto à la segunda. quos refert, & sequitur Petrus Cenedo lib. quæst. practic. q. 1. num. 31. vers. pro vera, qui etiam addit, licet priuilegia Academijs litterarijs concessa non tollantur expresse per Concilium dicta sessione 23. cap. 1. de reformat. tamen illis derogari per idem Concilium in sessione 6. cap. 2. de reformatione, vbi dicitur. Episcopis inferiores quæuis beneficia ecclesiastica personalem residentiam de iure, siue consuetudine exigentia in titulum siue commendam obtinentes, ab eorum Ordinarijs opportunis iuris remedijs residere cogantur, nullique priuilegia, seu indulta perpetua de non residendo, aut de fructibus in absentia percipiendis, suffragentur; quibus verbis Cōcilium derogat omnibus priuilegijs, constitutionibus, & dispensationibus concessis clericis de non residendo, & de fructibus percipiēdis in absentia, quamuis Concilium velit, vt indulgentiæ & dispensationes temporales ex veris & rationabilibus causis concessæ, & corā Ordinario legitime probandæ in suo robore permaneant. & ita Concilium videtur derogare constitutioni Eugenianæ, & alijs priuilegijs concessis vniuersitatibus, vt studentes in illis possint in ab-

absentia percipere fructus suorum beneficiorum. quare vt studétes in vniuersitatibus possint in absentia percipere fructus, requiritur hodie licentia in scriptis à Summo Pontifice, vel ab Episcopo, vt cõstituitur in Concilio sess. 23. cap. 1. de reformatione non longe à fine ibi. Discedendi autem licentiã in scriptis, gratisque concedendam vltra bimestre tempus, nisi ex graui causa non obtineant. & hodie ita fieri scribit Cenedo loco citato addens in supremo Senatu semel atque iterum hoc modo fuisse pronunciatum. & allegat pro hac sententia Gomesium in clausula quarta num. 31. Bullæ Cruciatæ, & Ioannem Ocon dicto n. 59. in fine.

3 Addit Cenedo num. 32. posse dici per Concilium Tridentinum non tolli in dicta sess. 6. cap. 2. de reformat. huiusmodi priuilegia concessa Vniuersitatibus studiorum, cum lex generaliter lata non deroget priuilegio, quod est alicui specialiter concessum, vt docent Gabr. lib. 6. commun. opin. tit. de legibus. conclus. 1. num. 1. & sequentib. Iacobus de Simoneta de reseruatio. benefic. quæst. 99. num. 27. Cassan. consil. 32. num. 10. Io. Redin. de Maiest. Princip. in §. non armis solum decoratam 2. par. num. 187. Deinde dici potest. quando derogatur priuilegio, vel gratiæ habenti clausulam derogatoriam, qualem habet constitutio Eugeniana concessa vniuersitatibus studiorum, quamuis possit illi derogari per legem generalẽ, si ponatur clausula non obstantibus quibuscunque priuilegijs sub quacunque forma verborum, vel cum alia simili, at si huiusmodi clausula non ponatur, non censetur derogari, vt bene asserunt Paulus Castrens. lib. 1. cons. 278. n. 4. Mohedan. decis. 11. de iure patronat. Tiraquell. de legib. connubial. 2. par. glos. 7. num. 104. Romanus consil. 327. nu. 1. & sequentib. Anton. Gabr. lib. 6. commun. opinion. tit. de clausulis. conclus. 5. num. 11. & 22. Calderin. consil. 11. de priuilegijs. Paulus de Castro libro 1. consil. 3. num. 5. Staphilæus de litteris gratiæ titul. de vi & effectu clausularum. §. in litteris. num. 4. & sequentibus. Gozadinus consil. 9. num. 25. Menoch. lib. 1.

cons.

conf. 36. num. 48. Bartol. in l. si quis. in princip. ff. de legatis 3. num 4. Io. Selua de beneficio 3. par. q. 14. num. 7. 20. & seqq. Decius in l. certum. num. 4. ff. si certum petatur. Felinus in cap. nonnulli. de rescriptis. num. 6. Ripa in caput 1. nu. 55. eodem tit. immo nonnulli ex dictis auctoribus dicunt non tolli priuilegium etiam quando in derogatoria apponitur clausula nō obstantibus. at prædicta clausula non habetur in Concilio, & propterea non censetur derogari constitutioni Eugenianæ, & alijs priuilegijs concessis Academijs. Præterea potest dici à Concilio dicta sess. 6. cap. 2. de reformat. tolli priuilegia, & indulta perpetua de non residendo, & de fructibus in absentia percipiēdis, vt aperte indicatur illis verbis. Indulgentijs vero & dispensationibus temporalibus &c. at priuilegium, quod conceditur vniuersitatibus, non est perpetuū, sed temporale, quandiu scilicet scholasticus, vel magister studet, vel docet in illis. Et propterea dicendum est per Concilium non tolli priuilegium

5 concessum vniuersitatibus. Cui sententiæ fauent ij doctores, qui scribunt esse odiosum auferre priuilegia & beneficia à Principibus cōcessa, immo decet ea conseruare, & manutenere in suo robore c. si cui nulla. de præbend. in 6. regula decet 16. de regul. iuris in 6. & docent Achilles decis. 11. de priuilegijs. nu. 2. Geminian. cons. 35. nu. 2. Cæsar de Grassis decis. 1. nu. 6. de verborum

6 significatione. vbi ait priuilegia ante concessionē dici odiosa, esseque cōtra ius, at vbi fuerunt concessa, non dici amplius contra ius, imo dici esse de iure communi l. 1. ff. de constitut. Principum, & asserit etiam Rota decis. 33. num. 17. de præbend. in antiquis. assertq. Cæsar de Grassis exemplum de præscriptione, quæ quamuis dicatur odiosa & contra ius, at postquam fuit acquisita, dicitur de iure communi ex Parisio in cap. veniens. de præscri-

7 ptionibus. nu. 16. Deinde priuilegium concessum ob bonum publicum, & vtilitatem Ecclesiæ per legem generalem non censetur sublatum ex Ferreto consil. 32. nu. 50. & sequentib. at priuilegium concessum Academijs litterarijs ab Eugenio Quarto, & ab alijs Romanis Pō-

tificibus est concessum ob publicum bonum, vt patet ex dicta constitutione Eugenij in principio. vbi dicitur per studium litterarum acquiri summam Margaritã, quæ suos vtique prouehit, & illustrat possessores, ac domum Dei multipli-
8 citer insignit, & decorat. Ecclesia enim Dei maxime litteratis indiget, per quos mundus totus illuminatur Authent. habita. C. ne filius pro patre. c. cum ex eo. de electio. in 6. c. final. de magistris. & affirmant Glosa in Extrauag. execrabilis. Io. 22. verbo viris litteratis. de præbend. & dignitat. Paris. lib. 4. de resignat. cap. 11. num. 17. Marchesan. tract. de commissìon. par. 2. cap. 8. num. 33. & viri litterati Ecclesiæ multo magis inseruiunt quam alij c. cum ex eo. de electìon. in 6. c. constitutis. il 2. de appellation. & docent Decian. lib. 1. consil. 14. num. 26. 30. & 37. qui citat Fulgosum in l. qui sub prætextu. C. de sacrosanct. Eccles. & Ioannem de Lignano in tract.
9 de pluralit. benefic. & propterea canones viris dantibus operam litteris valde fauent, illisque multa concedunt priuilegia, vt constat ex c. de multis.
10 in fine. de præbend. voluntque vt legatum factum alicui, vt in studia possit incumbere, sit piũ, fruaturq. priuilegijs concessis causæ piæ, vt communiter docent doctores in l. 1. in fine. ff. solut. matrimon. Horatius Lucius tract. de priuileg. schol. priuileg. 1. in 18. Tiraquell. tractatu de pia causa in præfatio. vers. item relictum causa studij. Adden. ad Bartol. in l. fidei commissæ. §. stichus. in litt. A. ff. de legat. 3. Caualc. in tract. de vsufruct. mulier. relicto. num. 226. Surd. tract. de aliment. tit. 5. quæst. 20. nu. 9. Iason. in l. 1. ff. solut. matrim. & in l. apud. §. constat. ff. de legat. 1. num. 15. & 16. Honded. lib. 2. consi. 57. num. 9. Decian. lib. 1. consi. 14. num. 12. Riminal. iun. lib. 2. consi. 117. num. 13. & 14. Bartius decis. 25. num. 19. ergo per legem & dispositionem generalem latam à Concilio Tridentino dicta sess. 6. c. 1. de reformat. contra non residentes non censentur esse sublata priuilegia concessa vni-
11 uersitatibus litterarijs. Deinde quando dubitatur, an priuilegia sint reuocata, præsumendum est non esse reuocata, vt aduertũt Alciatus respõso 19. num.

num. 4. Cardinalis consil. 52. num. 6. Federicus de Senis cõsil. 133. non longe à fine. Paris. lib. 2. cons. 61. num. vlt. Romanus cons. 237. num. 1. Decius lib. 3. cons. 371. num. 12. & 18. & cons. 380. num. 24. Anchar. consil. 161. num. 3. Paulus de Castro lib. 1. cons. 258. col. vlt. vers. vnde in dubio. Calderin. cons. 11. non longe à fine in titulo de priuilegijs. Gambara de officio Legati. tit. de potestate Legati in legibus vel sta-

12 tutis condendis. num. 45. & ad hoc, vt dicatur esse priuilegia reuocata, requiritur, vt expresse de huiusmodi reuocatione constet, & vt exacte talis reuocatio probetur, vt bene asserũt Rota decisio. 468. num. 1. par. 1. diuersor. & decis. 139. num. 5. & 6. part. 2. diuersor. Menoch. de præsumption. lib. 1. præsumpt. 37. num. 7. ergo cum per dictam dispositionem Concilij non expresse cõstet de reuocatione facta circa priuilegia cõcessa vniuersitatibus studiorum, præsumendum est, talia priuilegia nõ esse reuocata.

13 Item Principibus præcipue supremis valde conuenit, vt quod concesserunt, non reuocent, vt notat Rota decisio. 33. num. 17. & 18. de præbendis in antiquis. Io. Monach. in cap. 1. de concessione præbendæ in 6. num. 21. & in regula. In generali. 81. de regul. iur. in 6. Rolandus à Valle vol. 3. cons. 13. num. 54. & seqq. Philippus Probus in reg. frustra 75. de regul. iuris in 6. num. 5. Paris. de resignatio. benefic. lib. 3. quæst. 18. num. 92. Martinus Lauden. tract. de principibus q. 258. Bursat. lib. 1. cons. 76. Decius consil. 292. in fine. Gomez in procem. regularum Cãcellariæ q. 2. nu. 14. ergo cum Academijs litterarijs à Summis Pontificibus sit cõcessum, vt studentes & docentes in illis possint abesse ab Ecclesijs, & interim percipere fructus & redditus suarum præbendarum, non est facile præsumendum, quod sequentes Pontifices dicta priuilegia velint tollere, & reuocare, nisi de tali reuocatione expresse constiterit, at non expresse hoc constat, vt probatum est, ergo.

14 Adde talia priuilegia esse cõcessa ad preces Regum, Principum, Ducum, & aliarum personarum potentia, auctoritate, nobilitate summe præcellentium, quibus propter eo-

rum

rum dignitatem maxime defertur iuxta cap. finale in princip. de officio delegat. in 6. c. ne aliqui. de priuileg. in 6. cap. solitæ. de maiorit. & obedien. Extrauag. Execrabilis. §. nos itaque. de præbendis. & bene probant Mandos. in regula 11. quæst. vlt. Paris. lib. 4. conf. 42. num. 4. 6. & 20. & cons. 112. in fine. Staphileus de litteris iustit. §. petenti committi. num.

15 8. & canonica præcepta propter Regum & Principum dignitatem, & prærogatiuam relaxantur. cap. Principes. cap. Regum. 24. quæst. 5. cap. per venerabilem. §. rationibus qui filij sint legitimi. & docet Io. Selua de beneficio. 2. par. q. 23. num. 52. & potius attendenda est persona, cuius contemplatione Pontifex aliquid concedit, quam illa, cui conceditur cap. Et dixit Dominus. de consecr. dist. 2. & docet Io. de Lignano in tractatu de censura Ecclesiastica. §. 16. num. 5. ergo cum priuilegia sint cōcessa vniuersitatibus studiorū contemplatione, & ad instantiam Regum & aliorum Principum, non est præsumendum, quod illis voluerint derogare Pontifices Romani per legem generalem latam in eo. cap. 2. sess. 6. non facta expressa mentione de talibus priuilegijs.

16 Præterea lex & constitutio generalis non extenditur ad ea, quibus verisimiliter Pontifex nō fuisset derogaturus, si in specie de illis fuisset interrogatus, vt deducitur ex cap. 2. de decimis in 6. & ex l. obligatione generali. ff. de pignoribus, & asserunt Parisius cons. 114. num. 16. Gratus lib. 1. responso 22. numero 18. & lib. 2. responso. 29. num. 31. Romanus cons. 436. num. 9. & 22. & consil. 498. num. 18. Loffredus cons. 34. num 9. at si Pontifices Romani fuissent interrogati, an per legem latam in dicto decreto Cōcilij Tridentini voluerint derogare priuilegijs concessis vniuersitatibus studiorum, verisimiliter respōdissent, non habuisse talem mentem, cum enim Ecclesia maxime indigeat viris litteris præstantibus, & bonarum artium studiosis innumera concedat priuilegia, non est præsumendum hoc priuilegiū de percipiendis fructibus in absentia propter studium esse sublatum, sic enim quamplures à studijs retraherentur in

ma-

magnum incommodũ Ecclesiæ, quæ hominibus litteratis insigniter decoratur,& illustra-
17 tur. Item priuilegia concessa personis valde benemeritis, & à Principe dilectis non solent facile tolli, vt tradũt Germon. tract. de indultis. §. alioqui. nu. 34. Selua de beneficio 3. par. q. 15. n. 25. & 27. Rom. conf. 498. n. 1. 2. 18. & 19. Mantica de cõiect. vlt. volũt. lib. 12. tit. 8. n. 26.
18 Sicut nec priuilegia concessa in fauorẽ publicæ vtilitatis ex Decio conf. 10. n. 8. & cõf. 165. n. 5. Celso Hugo tract. de clausulis nu. 44. Selua dicta q. 14. nu. 36. & 37. Paulo de Castro lib. 1. conf. 278. in fine. sed priuilegia concessa in fauorem studentium & docentium in vniuersitatibus sunt cõcessa in fauorem litteratorum, qui de Republica Christiana optime meriti sunt,& qui à Principe diliguntur, cum viri litterati ab omnibus,& præcipue à Principibus diligantur,& honorẽtur, & in summo pretio habeantur, sunt etiam cõcessa in fauorem publicæ vtilitatis, cum sine hominibus litteratis Ecclesia regi vix possit. sunt item concessa hæc priuilegia in remunerationem laborum Doctorum & scholasticorum, qui pro communi & publica vtilitate
19 strenue laborant. at priuilegia concessa in remuneratione laborum dicuntur irreuocabilia, (quia scilicet nõ sine grauissima causa debent reuocari) à Romano consil. 436. nu. 14. Felino in cap. nouit. de iudic. n. 7. Baldo consil. vlt. volum. 3. Alexandro lib. 1. consil. 101. num. 1. & lib. 4. consil. 5. num. 19. & 20. & consil. 78. & lib. 6. cons. 11. num. 7. & lib. 5. conf. 3. n. 9. Natta lib. 2. conf. 268. n. 5. & 7. Ruin. lib. 1. conf. 207. n. 7. & libro 4. conf. 162. num. 10. Iason volum. 1. consil. 4. vers. quarto princip. Decio conf. 271. & conf. 580. & conf. 566. Afflicto in constitut. ea quæ. notab. 1. Capicio decis. 21. nu. 15. & decis. 24. num. 13. & decis. 77 n. 3. & decis. 166. n. 4. & 10. Crauetta conf. 172. num. 3. Tiraquell. in l. si vnquam. verb. donatione largitus. n. 15. C. de reuocand. donation. Perna in tract. de Principe. vers. adde quod non est. Gozadin. consil. 5. num. 20. Grammat. decis. 65. num. 30. Fulgoso consil. 61. colum. 2. Parisio volum. 1. conf. 101. num. 70. Soccino iun. cõsil. 120. num. 13. volum. 2. Vi-

uio tract. commun. opin. verbo. Princeps. Rebuffo in concordata in præfatio. ad rubric. de collationibus, non longe à fine. vers. item quando priuilegium concessum est ob re-
20 munerationem. Quare gratia concessa propter remunerationem laborum non est mera gratia, sed actus onerosus transiens in vim contractus, quem etiam Princeps tenetur obseruare iuxta legem. Sed & si lege. §. consuluit. ff. de petitio. hæredit. & docet Duenn. regul. 224. limit. 4. Alexand. libro 4. consil. 43. num. 78. Et
21 cum per priuilegium concessum sit iam acquisitum ius illi, cui conceditur cap. 1. de præbendis in 6. non solet facile reuocari. & potius in Principe obliuio est præsumenda, quam quod velit alteri tollere ius quæsitum Rota decisio. 33. num. 5. & vlt. de præbendis in antiquis, & decisio. 3. num. 8. de præbendis in antiquioribus.

SVMMARIVM.

1 *Principes etiam sine causa possunt sua priuilegia reuocare.*

2 *Princeps quando alicui bene merito priuilegium concessit, sine iusta causa illud reuocare non potest.*

3 *Priuilegium pecunia obtentum à Principe auferri non debet.*

4 *Pactum de iure naturæ est seruandum.*

5 *Quando Papa derogat priuilegijs, non præsumitur derogare priuilegijs pecunia obtentis.*

6 *Quando alicui conceditur priuilegium de aliqua re, si in eo apponatur clausula, quod per sequentes constitutiones, leges, &c. non censeatur reuocatum, si postea à Principe feratur lex, quæ tali priuilegio aduersatur, priuilegium concessum non amittit suam vim.*

7 *Quando priuilegium est concessum personis alias priuilegiatis, non aufertur per clausulas derogatorias, nisi de tali priuilegio fiat specialis mentio.*

8 *Priuilegium concessum ob bonum publicum, & vtilitatem Ecclesiarum non aufertur per clausulas derogatorias, nisi de tali priuilegio fiat specialis mentio.*

9 *Si priuilegium habet clausulam derogatoriam, non censetur iuxta aliquos reuocatum per sequentem constitutionem cum clausula generalis derogationis.*

10 *Clausula derogatoria posita in constitutionibus derogat prioribus priuilegijs, concessionibus, &c.*

11 *Ad reuocanda priora priuilegia sufficit derogatio generalis, quãuis de priuilegijs concessis non fiat expressa mentio.*

12 *Clausula pro expressis habentes habet illam vim, quam habent tenores gratiarum, priuilegiorum, &c. si specifice inserti essent, & si de omnibus contrarijs fuisset facta expressa mentio.*

13 *Clausula pro expressis habentes illam vim habet, quam habet clausula non obstantibus quibuscunque derogatorijs.*

QVÆSTIO XVII.

An Principes possint reuocare priuilegia, quæ cõcesserunt, & per quas clausulas soleant ea reuocare.

1 DIco primo. Licet Principes etiam sine causa possint sua priuilegia reuocare, quia priuilegia conceduntur cum tacita conditione, vt valeant, quandiu Princeps voluerit, & in eadem voluntate permanserit, vt docent Felinus in cap. quæ in Ecclesiarum. de constitut. num. 51. Anton. Gabriel in titulo de non tollendo iure quæsito concl. 9. num. 1. & sequentib. Anton. Gomez in l. 43. tauri. num. 2. Abbas in cap. nouit. de iudic. nu. 25. et 26. Palatius Rubeus in rubric. de donation. inter vir. et vxorem. §. 69. num. 16. Grammaticus decisio. 46. n. 5. et seqq. Paulus de Castro vol. 2. cons. 46. num. 4. Ancharan.
2 cons. 2. nu. 4. At quando Princeps alicui bene merito priuilegium concessit, sine iusta causa, qualis esset, si publicam respiceret vtilitatem, illud reuocare non posse asserunt Baldus in l. quæ ex relationibus. notab. 3. C. de legibus, et in cap. 1. de natura feudorum in vsib. feud. et in l. item si verberatum. ff. de rei vend. et in l. qui se patris. C. vnde liber. Curtius iunior cons. 174. nu. 4. Decius cons. 186. n. 4. et cons. 292. num. 7. Hippolytus cons. 57. num. 27. Felinus in cap. nouit. de Iudicijs n. 7. Pernus cõs. Feudali 16. Iason in l. 1. ff. de pactis. n. 2. Lucas de Penna in l. vlt. C. de condit. in publ. horr. lib. 10. Natta vol. 2. cõs. 258. n. 5. et seqq. Alexand. vol. 2. cons. 216. et vol. 4. cons. 135. nu. 21. Grammat. voto 28. et allegant textus in l. Titius puerum. ff. de obsequi. liber. et in l. Lutius. ff.

M 2 de

de cuictio. et in dicta l. item si verberatum. §. præterea. ff. de rei vendication.

3 Dico secundo. Priuilegium pecunia obtētum à Principe auferri non debet, cum transeat in contractum, & in vim pacti. ita Anton. Gabriel. in tit. de iure quæsito non tollendo. concl. 5. nu. 16. Ant. Gomez in l. 43. tauri. n. 3. Rebuff. in reg. de nō tollēdo iure quæsito glosa. 6. n. 16. Azebedo in l. 3. tit. 10. n. 11. lib. 5. recopilat. Rodericus Suarez allegatio. 9. Aymon cons. 241. n. 10. Mohedanus decis. 6. de priuileg. n. 2. Puteus lib. 1. decis. 322. n. 3. vbi ait, neminem debere fraudari priuilegio obtento cum cōpositione. & Staphileus de litteris iustit. §. quando. num. 7. ait Principem in concessione gratiæ quasi cōtrahere, quādo accipit magnā pecuniā pro compositione, & ideo tenetur seruare, quod concessit.
4 Princeps enim de iure naturali tenetur pactum seruare. l. 1. ff. de pactis. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurat. cap. 1. de pactis. sicut tenetur seruare contractus, qui sunt de iure gentium, cum tale ius Principes obliget. l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iur. §. finali. instit. de legitima agnatorum tutela. c. 1. de probation. cap. posteaquam. 25.
5 quæst. 6. & quando Summus Pontifex derogat priuilegijs, gratijs, &c. non esse præsumendū, quod prædictis priuilegijs velit derogare, putant Roland. à Valle vol. 3. cons. 23. nu. 69. Ferrettus lib. 2. cons. 319. nu. 2. Crescent. decis. 2. & 5. de priuileg. Cassador. decis. 1. de pactis in fine, & decis. 4. in fine de priuileg. Put. lib. 1. decis. 47. num. 3. Mohedanus decis. 23. in fin. de præbend.

6 Dico tertio. Quando alicui conceditur priuilegium de aliqua re, si in eo apponatur clausula, quod per sequentes constitutiones, leges, dispositiones statuta non censeatur reuocatum tale priuilegium. Si postea à Principe feratur lex, quæ tali priuilegio aduersatur. priuilegium concessum, non propterea suam vim amittit, sed in suo perseuerat robore. ita Rota decis. 137. n. 4. & seqq. & decis. 468. num. 3. part. 1. diuersorū. & decis. 304. n. 4. part. 2. diuersor. Mohedan. decis. 11. de iure patron. Ripa in cap. 1. de rescript. num. 55. Paulus Castren. lib. 1. cons. 278. num. 4.

Bar-

Bartol.in l.si quis. in principio. ff.de legatis 3. nu.4. Cassador. decis.38.num.8. super regulis. Puteus lib.1. decis.109.num.4. & lib.3. decis.308. num.4. Romanus cons.327. nu.3. & consil. 436. nu.9. Gozadinus lib.1. cons.9.num.24.& seq. & num. 63. Parisius lib.4. consil.42.n. 15.16. & 26. Couar.in rubric. de testament.part. 2. num.20. vers.hinc scribit. Io. Selua de beneficio par.3. quæst.14. nu. 35. Paulus de Castro lib.1.cōsil.3. num.5. Decius cons. 165. num.5. Ferrettus lib. 2. consil. 223. num.9. Tiraquel.de legibus connubialib. 2. part. glos. 7. num. 104.

7 Item quando priuilegium est concessum personis alias priuilegiatis, putant nonnulli illud non censeri sublatum per clausulas derogatorias, nisi de tali priuilegio fiat specialis, & expressa mentio.ita Romanus cō sil.436. num.11. & cons. 327. num.8. & ibi Additio Romani litt.F.Decius cons.165.num.2. Grammatic.decis.20.num.4.&

8 seqq.Sicut nec censetur sublatum indultū concessum ob bonum publicum, & vtilitatem Ecclesiarum, nisi de illo fiat specialis mentio ex Ferretto consil.32. num.50. & seqq.

9 Dico quarto. Si priuilegium habeat clausulam derogatoriam ad omnes futuras dispositiones, ita vt non censeatur reuocatum in futurum, nisi specialiter & nominatim de tali priuilegio fiat mentio in constitutione futura, si Princeps postea ferat legem, vel constitutionem cum clausula generalis derogationis, etiamsi de verbo ad verbum deberet fieri mentio. Quorum tenores pro expressis habeantur, vel non obstantibus, &c. sentiunt plerique doctores non propterea per hanc posteriorem legem censeri reuocatum primum priuilegium. ita Calderin. cons.11. de priuileg.Federicus de Senis cons.233. Romanus cons.327. num.1.& sequentib. & cons.436. num. 1. & seqq. Gozadin. consil 9.nu. 25. & seqq. Iason volum.4.cōsil.121. Decius cons.165. n.1. & 2. Paul.Castrensis lib.1.cōsil.3. alias cons.312. Menoch. lib.1. consil.36.num.48. & de præsumptio. lib.6. num.6.& 8. Cardinalis consil.52.& consil. 136. num 7. & 8. Abbas in c. cum instantia. de censibus.n.5. Felinus in cap. nonnulli. de re-

ſcrip. num.4. & in cap. accedentes.de præſcription.num.5. Io. Selua de beneficio. 3.part. quæſt.14.num. 7. 20. & ſeqq. Ripa in cap. 1. de reſcriptis. n. 55. Gomez in repetitio.cap.1. de conſtitutio. in 6. num. 154. Socin.lib.3. conſil.2. num. 2.& 10. Ruin.lib. 2.conſ.10. num.6. Ferrettus conſ.32. num. 50. & conſ.223. num.1. & ſeqq. Caputaq. part. 1. deciſ.121. Caſſadorus deciſ.38. num.8.ſuper regulis.Thomas Grammaticus deciſ.20. per totam. Tiraquel. de legib. connubialibus 2. par. gloſ.7. num.203. Couar. in rubric. de teſtament. 2. part. nu. 20. Staphileus de litteris gratiæ.tit.de vi & effectu clauſularum. §. in litteris. num. 4. & ſeqq. Anton. Gabriel. lib.6.cōmun. opinion. tit.de clauſulis. concluſ.5. num.11. & 22.nam clauſula. quorum tenores. ac pro expreſſis. paſſim, inquiunt aliqui,per copiſtas & notarios ſolet apponi, & propterea non debet nocere.vt inter alios aduertunt Couar. in rubric. de teſtament. 2.part. num.20. Pariſ.lib 4.conſ.42.n.22. Gozadinus conſil. 9. num. 27. Decius conſil. 165.num.2. verſ.& hoc idem.

10 Dico tertio. Probabilius eſt clauſulam poſitam in reſcriptis, & in ſtatutis derogatoriā omnium legum & ſtatutorum. ſeu non obſtantibus omnibus ſtatutis, legibus, conſuetudinibus, priuilegijs, conceſſionibus, quæ ſunt in contrarium, etiamſi eſſent talia, de quibus debeat fieri ſpecialis mentio, ſeu de verbo ad verbum, ſeu pro expreſſis habentes, derogare prioribus priuilegijs, ſtatutis, conceſſionibus, facultatibus, &c. ac ſi expreſſe, ſpecialiter, & numeratim illa eſſent nominata. & colligitur ex l. omnes. C. de præſcript. triginta vel quadraginta annorum. verſ. ſpecialiter ac nominatim. & docent ibi Bald. n.2. Salycet.num.1. Angel. num.2. idem colligitur ex cap.2. de præbend. in 6. ibi. Non obſtātibus litteris generalibus, vel etiam ſpecialibus,ſub quacunque forma verborum in cōtrarium facientibus. & docent ibi Geminian. num.9. Franc.nu 3. idem colligitur ex cap. vlt. de ſentent. excommunic.in 6.non longe à fine ibi. Non obſtantibus quibuſuis priuilegijs Eccleſijs,Monaſterijs,Ordinibus, Religionibus, ſeu perſonis Eccle-

clesiasticis, secularibus, vel regularibus exẽptis & non exemptis, sub quauis forma, vel expressione verborum ab Apostolica Sede concessis, quæ contra tenorem præsentis constitutionis nulli volumus suffragari. idem colligitur ex cap. cum non deceat. in fine. & ex cap. quia sæpe. vers. non obstantibus. de electiõn. in 6. & ex Clement. vlt. ad finem. §. nos enim. de sepulturis. ibi. Nos enim vniuersa priuilegia, gratias, indulgentias, verbo, seu rescripto sub quacunque forma, vel expressione, seu cõceptione verborum, &c. penitus reuocamus, & annullamus. & ex Clement. 1. de se-
11 pultur. circa finem. in quibus iuribus habetur ad reuocanda priora priuilegia sufficere reuocationem & derogationem generalem, quamuis de priuilegijs concessis non fiat expressa, & specifica mentio. & asserunt Baldus in l. humanum. C. de legibus. num. 4. Felinus in cap. nonnulli. de rescriptis. num. 4. & 5. et in cap. accedentes. de præscription. nu. 5. Io. Selua de benefic. part. 3. q. 14. num. 4. Decius conf. 165. num. 2. Paris. lib. 4. consil. 42. num. 13. Romanus conf. 326. num. 8. et seqq. Socin. libro 3. consil. 2. nu. 11. Thomas Grãmaticus decis. 65. num. 23. & decis. 66. num. 27. Rebuff. super concordata in forma mandati Apostolici. verbo. pro expressis. vers. secundo fallit. Anton. Gabriel tit. de clausulis. conclus. 2. effectu 2. num. 58. & seqq. Cassadorus decis. 10. num. 2. super regul. & decisio. 38. num. 3. Menoch. de præsumptio. lib. 6. præsumpt. 40. n. 13. & præsump. 46. nu. 22. Gomez in procemio regul. q. 6. num. 8. & in regula de triennali quæst. 17. num. 5. Germon. tractatu de indult. Cardinal. §. ac irritum. num. 1. & seqq. Paulus Castrens. libro 1. consil. 3. num. 5. Gambara de offic. & potestate Legati lib. 8. in tit. de potestate Legati in legibus & statutis condendis. num. 34. 35. 39. & seqq. Alberic. in l. 1. C. quando imperatur inter pupillum & viduam. num. 2. Ripa in capit. 1. de rescript. num. 55. Celsus Hugo tract. de clausulis. num. 41. & seqq. Tiraquel. de legibus cõnubial. 2. par. glos. 7. nu. 202. Menoch. de præsumptio. lib. 6. præsump. 39. nu. 6. & præsump.

40. nu. vlt. Federicus conſ.47. Alexand. volum.2. conſil. 216. num.26. Io. de Anania conſil. 56. Aymon. conſ.126. num. 6. & conſ.241. num.20. Anton. de Butrio num. 2. Anton. Gabriel tit. de clauſulis concluſ. 5. nu. 12. Put. lib.1. deciſ.89. & deciſ. 109. nu.3. Rota deciſ.213. num.1. par. 1. diuerſor. & deciſ.161. num.1. part.2. & deciſ. 682. num. 3. lib. 3. part. 3. diuerſor. Couarr. in rubric. de teſtament. 2. par. nu. 20. verſ. ſecundum etiam. & probatur.

12 Nam clauſula pro expreſſis habentes habet illam vim, quam habent tenores gratiarum, priuilegiorum, conceſſionum, &c. ſi ſpecifice inſerti eſſent, & ſi de omnibus contrarijs fuiſſet facta expreſſa & ſpecialis mentio. vt obſeruant Geminian. cóſil. 65. num. 21. & conſil. 120. num. 7. Ioſeph Seſſe Aragoniæ deciſ.93. num. 15. Pariſ. de reſignat. tom.2. lib.12. quæſt.14. num. 16. Riccius in collectan. part.4. collectan.949. effect.1. Menoch. conſ.120. num.24. & de præſumpt. lib. 6. quæſt. 39. num. 6. Rota deciſ. 20. de reſcript. Caſſador. deciſ. 10. ſuper regulis Cancellariæ. Federicus de Senis conſil.47. nu.2. Anton. de Butrio conſ. 2. nu. 4. & conſ.49. num.5. Decius cóſil.165. Io. Franciſc. Leo in theſauro fori eccleſiaſt. par. 1. cap.13. num. 21. & part. 4. c. 2. num.189. Tuſch. practicar. concluſ. tom.1. littera C. con-
13 cluſ.329. n.6. & illam vim habet, quam habet clauſula non obſtantibus quibuſcunque derogatorijs, vt notant Puteus lib.1. deciſ. 89. num. 1. Rota deciſ. 101. num. 3. lib. 3. par. 3. Sarnenſ. in procem. regul. q. 6. n. 6. & ſeqq. Rebuff. de diſpenſatio. ratione ætatis. verb. ac conſtitutionibus. Decius conſ. 341. num.1. Ripa in l.1. ff. de vulgar. num.72. Felin. in c. nullis. de reſcriptis. nu.6.

Secundo. Probatur quia impoſſibile eſt, quod quando Summus Pótifex vult reuocare aliqua priuilegia ab eo, & à ſuis prædeceſſoribus conceſſa, poſſit in conſtitutione derogatoria priuilegiorum inſerere de verbo ad verbum tenores omnium priuilegiorum antea conceſſorum, & de illis facere ſpecialem mentionem, & quod poſſit recordari omnium gratiarum antea conceſſarum. Et hinc ſequeretur conſequenter Papam non habere ſummam

po-

potestatem in reuocãdis prioribus concessionibus, quod nullo modo est admittendum. nã quando princeps concedit aliquod priuilegium, in tali concessione includitur tacita conditio, vt illud priuilegium habeat vim, quandiu Princeps illud non reuocauerit, & in eadem perseuerauerit volũtate, vt dixi num. 1.

Tertio. Ad hoc, vt derogatio facta à Papa valeat, satis est, quod in genere voluerit derogare omnibus priuilegijs, & gratijs antea cõcessis, & omnibus statutis, ac legibus & dispositionibus in contrarium, & non est necesse, quod in specie & in indiuiduo de omnibus cogitauerit, hoc enim est impossibile, vt notant Cassadorus decis. 1. de priuileg. num. 1. & 2. Corneus l. 2. consf. 201. Aymon cons. 79. num. 8. & propterea fuit inuenta clausula. Quorum tenores, &c. vt nempe hoc modo Summus Pontifex derogaret gratijs, & concessionibus præcedentibus, quarum notitiam non habet; alioqui esset impossibile moraliter, quod posset reuocare priuilegia, quorum omnium cognitionem & memoriam habere non potest.

SVMMARIVM.

1 *Concordata per leges posteriores, non solent regulariter abrogari, sed censentur excepta.*

2 *Concordata contra concedentem sunt interpretanda.*

3 *Concordata inter principes fiunt ad tollẽdam omnem discordiam, & ad conseruandam pacem.*

4 *Concordata continent maiorem fauorem, quam habeant indulta Cardinalium.*

5 *Pro pace conseruanda multa de iure conceduntur, quæ alias non concederentur.*

6 *Concordata habent naturam contractus, cum sint lata de communi partium consensu.*

7 *Seruare contractus, & pacta est de iure gentium.*

8 *Quãdo princeps aliquam legem, vel constitutionem promulgat, quæ aduersari videtur concordatis, non est præsumendum, quod contra illa velit procedere, nisi expresse hoc dicatur in lege.*

9 *Contrahentes tenentur seruare illa, in quibus conuenerunt.*

10 *Post contractum celebratum nemo ab eo retrocedere potest.*

11 *Quando Princeps edit aliquam legem, vel cum aliquid concedit, censetur id facere sine præiudicio tertij.*

12 *Quando est dubium, an per legem latam alteri damnum, & præiudicium inferatur, interpretatio est facienda, vt non censeatur esse lata lex in tertij præiudicium.*

Po-

23 *Potius præsumenda est in principe obliuio, quam quod alteri velit auferre ius quæsitum.*
14 *Quãdo in lege & dispositione principis est expressum tertij præiudicium, interpretatio est facienda de præiudicio paruo, & non de graue.*
15 *Ad euitandum præiudicium tertij verba sunt improprianda.*
16 *Potius est præsumendum, quod subreptitie rescriptum fuerit obtentum, quam quod velit Princeps ius alteri quæsitum auferre.*
17 *An & quando princeps potest recedere à concordatis.*

QVÆSTIO XVIII.

An concordata possint reuocari.

1 DICO primo. Concordata, quæ nihil aliud sunt, quã leges quædam latæ communi cõcordia Papæ, Imperatoris, Regum, & aliorum Principum super aliquibus rebus, per leges posteriores non solent regulariter abrogari, sed censentur excepta, ita Glos. in Clemẽt. dudum. §. nos etenim. verb. pacta. de sepultur. Achilles de Grassis decis. 3. n. 2. de pactis, Cæsar de Grassis decis. 2. num. 7. de Iureiuran. Rebuffus in concordata in rubrica de collationibus in præfatio. Horat. Mandosius in additionibus ad Romanum cons. 352. in vlt. additio. Rota decis. 303. in fine par. 2. diuersor. Mohedanus decis. 23. in fine de præbendis. Crescentius decis. 2. & 5. de priuileg. Puteus lib. 1. decis. 47. nu. 3. & decis. 172. num. 2. part. 3. Io. Paulus decis.
2 85. & decis. 109. & in fauorem Ordinariorum & contra concedentem esse interpretanda asserũt Puteus lib. 2. decis. 108. num. 1. Cassadorus decis. 1. de pactis. nu. 2. Simoneta de reseruatio. quæst. 99. num. 24. & colligitur ex l. item si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis, & l. non statim. ff. de peculio. & l. final. ff. de constitutio. princip. nã concordata inter principes fiunt ad tollendam omnem discordiam, & ad conseruandam pacem, & quietem, & tranquillitatem, vt notat Puteus lib. 2. decis. 478. num. 7. &
4 lib. 3. decis. 226. num. 1. & continent maiorem fauorem, quã habeant indulta Cardinalium ex Puteo lib. 2. decis. 478. num. 3. & 8. Rota part. 3. Diuersorũ de-

5 decis. 10. num. 4. Nam pro pace conseruanda multa de iure conceduntur, quæ alias non concederentur, vt docent Alphonsus Hoieda de incompatibil. benefic. cap. 23. num. 6. & seqq. Horatius Mandos. in additionibus ad Rom. cons. 306. lit. D. Felin. in cap. 2. de præscriptio. num. 2. & 3. Gomez in regul. de annali. quæst. 2. n. 3. & seqq. Barbatia cons. 1. colum. antepenult. & penult. Romanus cons. 332. num. 13. Paris. de resignat. lib. 5. cap. 3. n. 165.
6 & seqq. Quod non soleant reuocari, probatur, quia Concordata habent naturam contractus, cum sint lata & inita de communi partium concordia & consensu, vt asserunt Rebuff. in concordata rubrica de collationibus. in princ. vers. contrarium credo. Crescent. decis. 2. de priuileg. Mohedan. decis. 23. in fine de præbendis. Puteus decis. 47. at contractus celebrati ex vtriusque partis consensu non tolluntur, nisi vtraque pars consentiat in il-
7 lis rescindendis; cum seruare contractus, & pacta sit de iure gentium. cap. 1. de probatio. cap. posteaquam 25. quæst. 6. l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. §. final. instit. de legitima agnatorum tutela.

8 DICO secundo. Quando Princeps aliquam legem vel cōstitutionem promulgat, quæ aduersari videtur concordatis, non est præsumendum, quod contra illa velit procedere, nisi expresse hoc dicatur in lege & constitutione promulgata; sed potius est iudicandum, quod velit illa conseruare, vt colligitur ex c. 1. de probationibus. & docent ibi Decius num. 1. Felin. nu. 1. Anton. Gomez tom. 2. variar. cap. 1. num. 1. Anton. Gabriel. lib. 3. commun. opinio. tit. de iure quæsito non tollendo. conclus. 5. Gomez in cap. 1. de constitutio. in 6. num. 141. & seqq. Roder. Suarez allegatio 8. & 9. Azebedo in l. 3. tit. 10. lib. 5. recopilat. num. 6. & seqq. Tiraquel. de primogen. quæst. 35. per totam. Mohedan. decis. 6. de priuileg. Afflictus decis. 2. num. 2. & eius Additio. ibidem. Roland. lib. 4. consil. 69. nu. 17. & seqq. Roman. cōsil. 52. num. 3. & cons. 109. & cōsil. 257. num. 3. Paris. volum. 4. cons. 2. n. 230. nam concordata sunt cōtractus & pacta, quæ quilibet obseruare tenetur. Secundo. Quia nullus vellet con-

contrahere cum Principe, si quod promisit non teneretur obseruare. Tertio. Contractus est vltro, citroq; obligatorius. l. labeo. ff. de verborum obligatione. ergo Princeps tenetur obseruare concordata, vt promisit. Quarto. Si Princeps non tenetur ea obseruare, nec item tenebitur is, qui celebrauit cōcordata cum Principe: nam quando contractus inter duos celebratur, si vnus potest illum rescindere, poterit etiam & alter iuxta l. 2. C. de indicta viduitate tollenda. & docet ibi Iason. Anton. Gabriel. tit. de legibus concl. 3. num. 1. &
9 seqq. Quinto. Cōtrahentes tenentur seruare ea, in quibus conuenerunt l. 1. ff. de pactis. l. non minorem. C. de transactio. cap. 3. de pactis. & notant Guido Papa decis. 254. Aegid. decis. 3. Caputaquen. decis. 109. num. 1. part. 1. & qui fidem datam, & promissam in contractibus non seruant, dicuntur mentiri. l. dolus. ff. mandati, & fidem fallere est graue delictum. l. 1. ff. de constitutio. pe-
10 cunia. Sexto. Cuilibet liberum est contrahere, at post cōtractum celebratum nemo ab eo absque culpa retrocedere potest. l. sicut. C. de action. & obligation. l. 2. §. 1. ff. ne quid in loco publico, & asserunt Palatius Rubeus in rubric. de donation. inter virum. §. 69. nu. 17. Decius cons. 286. num. 7.
11 Septimo. Quando Princeps edit aliquam legem, statutum, dispositionem, vel cum aliquid concedit, censetur id facere sine praeiudicio tertij. cap. dudum. de priuilegijs. cap. quamuis. in fine. de rescriptis in 6. cap. cum dilectus. de consuetudine. c. super eo. de offic. delegati. l. 2. §. si quis à Principe. ff. ne quis in loco publico. & tradunt Rebuff. in regul. de non tollendo. glos. 6. num. 11. & seqq. Lambertin. de iurepatron. lib. 2. part. 3. q. 9. Azebedo in l. 2. tit. 14. num. 3. & sequentib. lib. 4. recopil. Rota decis. 21. num. 5. de praebendis in nouis. Anton. Gabriel. lib. 3. commun. opin. titulo de iure quaesito cōclus. 1. et sequentib. Curtius iunior cons. 174. num. 21. Decius cons. 271. n. 1. Menoch. lib. 1. de arbitrar. q. 9. num. 11. et de praesumpt. lib. 2. praesumpt. 9. num. 5. et seqq. Alciatus de praesumpt. reg. 3. praesumpt. 11. Marsilius singu-
12 lari 440. Et quando est dubiū, an

an per legem latam alteri dānum & præiudicium inferatur, interpretatio est facienda, vt non censeatur esse lata lex in tertij præiudicium, vt notant Rota decis. 27. num.4. par. 2. diuersorum. Tiraquell. in l. si vnquam. verbo, donatione largitus. num.288. C. de reuo-
13 cand.donatio.& potius præsumenda est in Principe obliuio, quam quod alteri velit auferre ius quæsitum, vt notat Rota decis. 33. num. 5. & vlt. de præbend. in antiquis. & decis. 3. num.8. de præbendis in an-
14 tiquioribus. Immo quando in lege, & dispositione Principis esset expressum tertij præiudicium, interpretatio esset facienda de præiudicio paruo, & non de graui ex Molina de primogen.lib.2.cap.7.num.24. Iasone in l. finali. ff. de constitut. Princip. num. 19. & seqq. Cephalo lib.1.cons. 1330. nu.
15 102. & 116. & ad vitandum præiudicium tertij verba sunt improprianda cap.super eo. de
16 offic.delegat.& potius est præsumendum, quod subreptitie rescriptum fuerit obtentum, quam quod velit Princeps ius alteri quæsitū auferre ex Abbate in cap.ex parte. il 2. num. 7. & vlt.de offic. delegat. Menoch. de præsump. lib. 2. præsump. 9. num.9.

17 Obijcies. Quintilian.Mandos. in regul. 2. Cancellar. q. 2.num.12. & Ptolomeus decis. 85. dicunt Principem posse recedere à concordatis, in quam sententiam inclinat Gregori. Branden. in concordatis Germaniæ quæst. 8. Additionator Simonet.tract. de reseruation. quæst. 1.num. 5. & quæst.99.n. 23.& 26. ergo. Respondeo. nō posse regulariter ab illis recedere, potest tamen esse talis causa grauis & rationabilis, vt sine vlla culpa licitum sit ab illis retrocedere, vt notant Anton. Gabriel. tit. de iure quæsito non tollendo.concl. 5. nu. 38. & 43. Cephal.vol.2. cons. 168. num. 29.Molina lib. 4. de primogen. cap. 3. num.17. Afflictus decis.361. num. 6.

SVMMARIVM.

1 *In omnibus actibus humanis à duorum voluntate dependentibus vtriusque consensus, & acceptatio requiritur.*

2 *Leges si non fuerint acceptatæ, nec moribus vtensium comprobatæ non obligant.*

3 *Contractus absque acceptatione vim non habet.*

Col-

4 *Collatio beneficij absenti facta non est perfecta, & valida, donec acceptetur ab absente.*

5 *Legatum alteri relictum non acquiritur perfecte absenti ante acceptationem.*

QVAESTIO XIX.

Quid requiratur ad hoc, vt concordata vim habeant.

1 RESPONDEO. Requiri, vt sint acceptata, nam in omnibus actibus humanis à duorum voluntate dependentibus vtriusque consensus, & acceptatio requiritur. l. consensu. ff. de actio. & obligatio. l. Labeo. ff. de verbor. signif. l. Aediles. ff. de Aedilit. edict. Secundo.
2 quia cōcordata sunt veluti leges, at leges si non fuerint acceptatæ, nec moribus vtētium comprobatæ, nō obligant, nec vim habent cap. in istis. §. leges. d. 4. l. de quibus. §. inueterata. ff. de legibus. Rolandus de lucro dotis. quæst. 99. Ruin. lib. 2. consl. 13. num. 27. Menoch. de præsumptio. lib. 2. præsump. 2. num. 1. Nauar. in sum. cap. 23. num. 41. Silu. verbo lex. quæst. 6. Paris. de resignatio. lib. 11. quæst. 9. num. 26. Rochus in cap. final. de consuetud. sect. 7. nu. 15. Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 18. nu.
3 1. Tertio. Concordata sunt contractus quidam, at contractus absque acceptatione vim non habet, cum acceptatio sit de substantia contractus. l. si ego. ff. de negoc. gestis. l. qui absenti. l. quod meo. §. si furioso. l. si seruus communis. §. 1. l. quemadmodum. ff. de acquirend. possessio. l. absenti. ff. de donationibus. ergo concordata ad hoc, vt sint valida, requiritur, vt sint acceptata. Quar-
4 to. collatio beneficij absenti facta non est perfecta & valida, donec acceptetur ab absente, vt docent Couar. lib. 3. variar. cap. 16. num. 1. & seqq. Lambert. lib. 2. par. 1. quæst. 11. ar. 5. num. 1. & seqq. Simoneta de reseruatio. quæst. 31. num. 1. & seqq. & quæst. 54. & q. 100. Gomez in reg. de Annali quæst. 30. & in reg. de impetrātibus beneficia per obitum famil. Cardin. quæst. 24. Oldrad. consl. 57. Francus in cap. si tibi absenti, notab. 2. de præbend.

bend. in 6. Caputaquen. decis. 291. num. 1. parte 1. & decisio 137. part. 2. Mandos. in regul. 5. Cancellariæ quæst. 5. Paris. vol. 4. cons. 142. & patet ex dicto cap. si tibi absenti. ergo etiam cõcordata non erunt perfecta, & valida, donec fuerint acceptata. Quinto. legatum alteri relictum non acquiritur perfecte absenti ante acceptationem, vt dicit Glos. in dicto cap. si tibi absenti. de præbendis in 6. verbo. non acquiras. & constat ex l. cum pater. §. surdo. ff. de legatis 2. & glosa ibi verb. quæritur. & ex l. neminem. & l. sequenti. ff. eodem tit. ergo concordata non sunt perfecta & valida ante acceptationem.

5

SVMMARIVM.

1 *Filij legitimi dicuntur, qui ex legitimo orti sunt matrimonio.*

2 *Legitimi sunt filij, qui ex matrimonio in facie Ecclesiæ celebrato sunt progeniti cum bona fide, quamuis contrahentes essent inhabiles ad matrimonium ob aliquod impedimentum.*

3 *Si qua mulier post habitam notitiam de morte sui coniugis bona fide contrahat matrimonium cum secundo viro, proles inde suscepta erit legitima, quamuis prior maritus viuat.*

4 *Legitimi sunt filij nati ex huiusmodi matrimonio, licet alter tantum illorum sciat hoc impedimentum, alter vero coniux bona fide illud ignorans celebret matrimonium.*

5 *Quamuis filij sic geniti sint legitimi, at parens, qui mala fide contraxit, non gaudent priuilegijs legitimorum parentum.*

6 *Filius natus ex parentibus, qui in facie Ecclesiæ contraxerunt matrimonium, postea vero declaratur matrimonium esse nullum, cum ignoretur, an bona vel mala fide parentes contraxerint, est reputandus legitimus.*

7 *Si quis contrahat cum impedimento non dirimente cognito, & cum impedimento dirimente omnino ignorato, proles nata ex tali matrimonio est legitima.*

8 *Legitimi filij sunt ij, qui procreantur ex matrimonio clandestino valido.*

9 *Si matrimonium clandestinum sit inualidum ob aliquod impedimẽtum, filij ex eo concepti an efficiantur legitimi.*

10 *Filij procreati ex matrimonio clãdestino bona fide inito, quod tamen propter aliquod impedimentum occultum sit inualidum, sunt illegitimi.*

11 *Omittentes diligentiam ad inquirendam veritatem non sunt in probabili ignorantia.*

12 *Quod proles in matrimonio clandestino non legitimetur, quando est aliquod impedimentum dirimens, est hoc intelligendum de quolibet impedimento.*

Quando

13 *Quando in lege affertur ratio, lex pœnalis extenditur ad similē casum, in quo eadem ratio militat.*

14 *Nomine matrimonij clandestini intelligitur illud, quod quamuis celebratum sit coram Parocho & testibus, fuerunt tamen absque causa omissæ denunciationes, & hoc matrimonium est clandestinum quoad pœnas incurrendas, nec per illud legitimatur proles.*

15 *Filius natus ex matrimonio, de quo est lis, an sit validum, censetur legitimus, quousque à Iudice feratur sententia de nullitate matrimonij.*

De Illegitimis. Spurijs, Expositis, &c.

QVÆSTIO XX.

Qui dicantur filii legitimi, et qui illegitimi.

1 DIco primo. Filij legitimi dicuntur, qui ex legitimo orti sūt matrimonio, siue fuerint nati ex parentibus baptizatis, siue non, legitimo tamen matrimonio coniunctis. ita Innocent. Primus Epistola 2.22.& 24. Couar. 2. part. spōsal. cap. 8. §. 1. num. 2. Suarez tomo 5. de censuris. disp. 50. sect. 1. n. 1. Sairus de censuris. lib. 6. cap. 10. num. 35. Item

2 legitimi sunt filij, qui ex matrimonio in facie Ecclesiæ celebrato sunt progeniti cum bona fide, quamuis contrahentes essent inhabiles ad cōtrahendum matrimoniū propter affinitatem, vel consanguinitatem, vel propter aliud impedimentum, cum tamen vterque coniux illud impedimentum ignoraret. ita Anton. 3. part. tit. 28. cap. 4. Maiol. lib. 1. de irregularit. cap. 5. numero 1. Couar. 2. part. sponsal. cap. 8. §. 1. num. 1. Suarez tom. 5. de censur. disp. 50. sect. 1. num. 6. Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 42. num. 1. Comitolus lib. 7. respon. quæst. 12. num. 3. & patet ex cap. cum inter. cap. ex tenore. capit. referente. qui filij sint legitimi. ius enim canonicum voluit, vt esset legitima proles contracta ex huiusmodi

3 matrimonio. Quare si qua mulier post habitam notitiam de morte sui coniugis bona fide contrahat matrimonium cum secundo viro, viuente tamen reuera priori marito, proles suscepta erit legitima, vt docent Zabarella in cap. per ve-

venerabilem. §. videbatur oppositio. 4. & quæst. vlt. qui filij. Maiol. loc. cit. numero 8. Sayr. lib. 6. de censur. cap. 10. num. 32.

4 Item legitimi sunt filij nati ex huiusmodi matrimonio, licet alter tãtum illorum sciat hoc impedimentum, alter vero coniux bona fide illud ignorans celebret matrimonium, vt patet ex cap. ex tenore, & cap. cum inter. & cap. Peruenit. qui filij sint legitimi. iuncto cap. cum inhibitio. de clandestin. desponsation. & affirmant Maiolus lib. 1. de irregularit. cap. 5. num. 1. Comitol. libro 7. quæst. 12. num. 3. Suarez tomo 5. de censuris. disput. 50. sect. 1. num. 6. Auila de censuris. par. 7. disp. 3. dub. 6. in princip. Sayr. lib. 6. de censuris. cap. 10. num. 31. Tabiena verbo. Filius. num. 5. §. 4. Sanchez lib. 3. de matrimon. disp. 42. num. 1. & lib. 8. disp. 34. num. 46. & 50. Matienzo lib. 5. recopilat. tit. 1. rubric. glos. 1. num. 116. Cassadorus decis. vnic. de sponsal. Duennas reg. 350. ampliatio. 9. Emanuel à Costa in cap. si pater. part. 1. verbo. vxor. num. 2. de testamentis in 6. Molina de primogen. libro 3. cap. 1. num. 12. alter Molina Societatis Iesu tom. 1. disp. 165. in princip. Couarr. in epitome ad 4. decretal. part. 2. cap. 8. §. 1. nu. 2. & §. 3. num. 1. Menoch. de præsumption. lib. 4. præsumpt. 81. num. 3. Lessius libro 2. de iustit. cap. 19. dub. 6. num. 57. Garzia de benefic. part. 7. cap. 2. num. 30. Mantica de coniectur. lib. 11. tit. 12.

4 Dico secundo. Quod filij sic geniti sint legitimi, gaudeantque priuilegijs filiorum legitimorum, est statutum in fauorem filiorum, & etiam parentum, qui bona fide celebrarunt matrimonium, non autem in fauorem eorum parentum, qui mala fide contraxerunt; nam quamuis filius sit legitimus; at alter parens ob malam fidem non gaudebit iure, & priuilegijs legitimorum parentum, vt bene notãt Emanuel Costa loco citato nu. 21. Barbosa in l. si cum dotem. §. finali num. 11. ff. soluto matrimonio. Comitolus libro 7. respons. quæstio. 12. num. 3. Nec enim huiusmodi parẽs ex delicto debet commodum reportare contra id, quod habetur in l. siue hæreditaria,

ff. de negocijs gestis. Nec id, quod statutum est in fauorem filij, debet extendi ad parentem delinquentem. Quare talis parens respectu filij est veluti spurius, ac si illum procreasset absque vllo matrimonio.

Obijcies cum Gutierr. lib. 3. practic. q. 74. Rojas in epitome successio. cap. 30. num. 38. asserentibus talem parentem esse legitimum. Nam ille dicitur verus & legitimus parens, qui potest succedere in omnibus illis casibus, in quibus potest succedere filius, & non potest succedere in ijs, in quibus filius non potest succedere ex Couarr. in 4. Decretal. 2. part. cap. 8. §. 5. num. 17. Antonio Gomez in l. 9. tauri num. 45. at dicti parentes ita se habent, ergo sunt legitimi parentes. Respondeo falsam esse minorem. nam filius potest succedere parenti, qui mala fide celebrauit matrimoniũ, cum alter coniux bona fide illud celebrauerit. at pater nõ potest succedere tali filio nisi eo modo, quo pater spurius potest succedere filijs spurijs.

6 DICO tertio. Filius natus ex parentibus, qui in facie Ecclesiæ matrimonium cõtraxerunt, postea vero declaratur matrimonium fuisse nullum, cum tamen ignoretur, an bona vel mala fide parentes contraxerint matrimoniũ, est reputandus legitimus, & habilis ad recipiendos ordines, & ad officia ecclesiastica, & secularia. vt colligitur ex cap. peruenit. qui filij sint legitimi. & affirmat Suarez tomo 5. de censuris. disput. 50. sectione 4. num. 10. nam in dubio nõ debet præsumi, quod parentes contraxerint cum peccato.

7 DICO quarto. Si quis contrahat cum impedimento non dirimente cognito, & cũ impedimento dirimente, & irritante omnino ignorato, proles nata ex tali matrimonio erit legitima. Quare si quis habens votum simplex castitatis matrimonium contrahat cum fœmina sibi coniuncta aliquo gradu consanguinitatis, vel affinitatis intra quartum gradum, quod tamen impedimentum omnino ignoret; licet ipse contrahendo cum ea peccet mortaliter contra votum castitatis. Filius tamen inde genitus est legiti-

timus; quia copula, quæ ex tali matrimonio habetur, est matrimonialis & legitima; & peccatum, quod admittitur, cum contrahitur matrimonium, ob violationem voti castitatis, extrinsece se habet ad effectum legitimationis.

8 Dico quinto. Legitimi filij sunt ij, qui procreantur ex matrimonio clādestino valido, vt patet ex cap. 2. de clandestin. desponsat. & affirmant Glosa in cap. quod nobis. in fine. qui filij sint legitimi. & ibi Abbas num. 5. Anton. num. 5. Angelus verbo. filius. num. 12. Silu. verbo. filij. quæst. 8. §. 10. Palæot. de nothis, & spurijs cap. 10. n. 2. Mantica de coniectur. vltimarum volunt. lib. 11. tit. 12. num. 13. Sotus in 4. dist. 28. quæst. 1. artic. 2. versic. aliæ sunt censuræ. Petrus de Ledesma de matrimonio quæst. 45. artic. 5. dub. 5. conclus. 2. Bartol. à Ledesma dub. 21. de matrimon. Cephalus volum. 4. consil. 503. num. 23. Lopez in instructor. part. 2. vbi agit de matrimon. cap. 39. versic. sed si quis. Cucus lib. 5. institut. maio. tit. 11. num. 80. Menoch. volum. 2. consil. 199. num. 57. Fuluius Pacianus libro 2. de probation. cap. 16. num. 68. & probatur. Quia in cap. finali. §. si quis vero, de clandestin. desponsat. imponitur tanquam pœna, quod sint illegitimi filij nati ex matrimonio clandestino, quando tale matrimonium fuit inualidum ob aliquod impedimentum dirimens, ergo quando matrimonium clandestinum est validum, filij ex illo nati erunt legitimi.

9 Dico sexto. Si matrimonium clandestinum sit inualidum ob aliquod impedimentum. filij ex eo concepti, antequam detegatur impedimentum, efficiuntur legitimi, licet nati sint, antequam tale matrimonium esset approbatum ab Ecclesia, si postea tale matrimonium fuit publicatum, & auctoritate Ecclesiæ tanquam validum approbatum, quamuis postea detegatur impedimentum. ita Siluest. verbo. filij. quæst. 8. §. 10. Armilla verbo filius. num. 14. Couarr. in 4. decretal. 2. parte cap. 8. §. 2. num. 16. versic. 12. Ioan. Andre. in capit.

quod nobis. qui filij sint legitimi. num. 4. & ibidem Anton. num. 7. Ancharan. num. 6. Præposit. num. 4. nam in pœnis benignior interpretatio est facienda. regula in pœnis 49. de regulis iuris in sexto. Deinde filij ob matrimonium bona fide celebratum, & habitum, vt legitimum compararunt ius legitimationis, & præterea Ecclesia eos, vt legitimos approbauit, ergo hoc ius illis non debet tolli, quamuis matrimonium postea dissolueretur, cum id, quod legitime est factum, non debeat retractari. regula factum 73. de regul. iur. in 6.

Obijcies cum Glosa in cap. quod nobis. verbo. fuerint. qui filij sint legitimi. & ibi Abbate num. 5. Rosella verbo. illegitimus. num. 4. Angelo verbo. filius. num. 12. Tabiena eodem verbo quæst. 5. numero 6. asserentibus, filios genitos, antequam matrimonium approbetur ab Ecclesia, non esse legitimos, esse vero legitimos eos, qui concepti sunt ex matrimonio iam ab Ecclesia approbato. In dicto c. finali. §. si quis vero. de clandestin. desponsation. dicitur filios susceptos ex matrimonio clandestino inualido esse illegitimos ob impedimentum dirimens ignoratum; at isti sunt concepti ex matrimonio clandestino inualido, cum tempore conceptionis tale matrimonium esset clandestinum, & nondum esset ab Ecclesia approbatum. ergo.

Respondeo illum textum esse intelligendum, nisi postea illud matrimonium ab Ecclesia approbetur. nam per huiusmodi approbationem purgatur vitium affectatæ ignorantiæ. Quæ expositio colligitur ex cap. quod nobis. qui filij sint legitimi. illis verbis. Si qui de matrimonio clandestino postmodum ab Ecclesia approbato generati fuerint. Quorum verborum sensus est, tales esse legitimos, si post ipsorum generationem matrimonium clandestinum fuerit ab Ecclesia approbatum.

10 Dico septimo. Filij procreati ex matrimonio clandestino bona fide inito, quod tamen propter aliquod impedimentum occultum sit inualidum, sunt illegitimi, nisi postea

ta-

tale matrimonium approbaretur ab Ecclesia;patet ex dictis. & habetur in dicto cap. finali. ¶. si quis vero. de clandestin. desponsat. vbi dicitur. si quis vero clandestina coniugia inire præsumpserit in gradu prohibito etiam ignoranter. soboles de tali coniunctione suscepta prorsus illegitima censeatur, de parentum ignorantia nullum habitura subsidium, cum illi taliter contrahendo non expertes scientiæ, vel saltem affectatores ignorātiæ videantur. hoc autem fuit statutum vel in pœnam omissarum denūciationum, vel, quod est verius, quia deest in tali matrimonio conditio, quæ necessario requiritur, vt filij nati ex matrimonio putatiuo sint legitimi. Nam sicut filij nati ex matrimonio celebrato in facie Ecclesiæ sunt legitimi, quamuis propter aliquod occultum impedimentum matrimonium sit inualidum, cum tamen vel ambo coniuges cōtraxerint bona fide, vel saltem alter illorum laborans ignorātia probabili. idque ita statutū est in fauorem prolis, & alterius coniugis innocentis, ita è contrario in iure statutum est, vt filij sint illegitimi, quando coniuges clandestine contrahunt matrimonium,& omittūt denūciationes. Non enim debet dici, quod tales coniuges laborent ignorantia probabili, cum omiserint ea facere, quæ necessaria sunt ad veritatem

11 assequendam. Et quidem omittentes diligentiam ad inquirendam veritatem non esse in probabili ignorantia habetur in cap.penult. in fine, & in c.finali dist.37.& in l.si auiam. C.de ingen.manu. & in l.quod te. ff. si certum petatur, & asserunt Glos. in cap. innotuit. verbo ignorantia.de electione. & ibi Abbas num. 9. & consil. 73. num.7. libro 2. Bartol. in l. finali initio. ff. de ritu nuptia. & in l. post contractum. numero 7. ff. de donation. vbi ait. qui palam actum prohibitum celebrat, potest quidem excusari, non vero si eum clam celebrauerit. Romanus consil. 481.num.4.& 8.& cons. 342. num.4. Io. Baptista Costa in tract. de facti scientia & ignorantia.regula 2. Andr.Gayl.libro 2. obseruatio 48. num.21. Viui. opinio. 835. num.17.Bellamera consil.10.num.23. Socinus regula 176. in prima fal-

lentia. Aymon consf.225.Seraphin. de priuileg.iuram. priuil. 4.num.115. & 167. Cresc. de dolo & contumac. decis.10. n. 11. Gabr. tit. de regulis iuris. conclus.5.num.11.& 31. Iason in l.si res obligata. ff. de legatis 1. num. 41. Sebastian. Medic. de casu fortuito part.1. q. 3 num 29. Albanus consil.18. num.4.Grammat.decis.103.n. 36. Lapus allegatio 51. num. 17. Decius consil.160.num.5. Cardin. Tusch.practic.conclus. verbo ignorantia. conclus. 18. num 15. & conclus.22.num. 2. & verbo scientia. conclus. 64. num 98. Menoch. de præsumption. lib.6. præsump. 23. nu. 66. Alexand. consil.103.num. 15. & 16. lib.2. Mascardus de probatio. conclus. 637. nu.13. & concl.879. num.7. & concl. 881. num.17. Sfort. Oddo de restit. in integr. par. 1. q.8. n. 48. & 69.

12 Dico octauo. Quod proles in matrimonio clandestino non legitimetur, quando est aliquod impedimentum dirimens, est hoc intelligendum, non solum si fuit impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis, vel cognationis, sed etiam quoduis aliud impedimentum dirimens, ita Couar. in 4. decretal. 2. par. c. 6. initio. num. 12. Anton. Gabriel. tom. 3. commun. lib. 6. tit. de legitimatio. conclus. 4. nu. 15. Mascard. de probatio. conclus. 798. num. 6. Innoc. in cap. final. de clandest. desponsat. n. 2. & ibi Anton. nu. 24. Anchar. num. 16. Io. Andr. in cap. ex tenore. qui filij sint legitimi. n. 5. & ibi Præpos. nu. 3. & patet ex ratione allata in dicto cap. fin. §. si quis vero. illa enim ratio militat in quocunque impedimento. cum parentes affectatores ignorantiæ videantur nō adhibendo diligentiam, an inter ipsos esset aliquod impedimentum dirimēs matrimoniū.

13 Et quando in lege affertur ratio, lex pœnalis extenditur ad similem casum, in quo eadem ratio militat, vt asserunt Abbas in cap. final. de rescript. num. 10. & 11. & in cap. nihil. de electione. num. 9. Silu. verbo lex. q. 18. & verbo pœna. q. 4. & verbo. argumentatio. q. 1. Couar. in cap. alma mater. 2. par. §. 4. num. 7. vers. secundo. Lambertin. de iure patron. libro 2. part. 1. q. 10. art. 4. in fine. Roland. volum. 1. consf. 27. num. 48 Gutier. lib. 1. quæstio. canonic.

cap.

cap. 10. num. 3. & conf. 50. n. 8. Anton. Gomez tom. 1. variar. cap. 5. num. 12. Molina lib. 1. de primogen. cap. 5. num. 10. Bald. in Authent. quas actiones. C. de sacrosanct. Eccles. & ibi Iason, qui citat textum in l. cum mulier. ff. solut. matrimon. Surdus decis. 62. num. 26. & decis. 174. num. 13. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 63. nu. 9. & casu 89. nu. 8. Cassadorus decis. 1. num. 2. Paris. volum. 4. cons. 96. num. 20. 32. & 33. & volum. 1. consil. 32. nu. 72. Crauetta cons. 183. num. 3. & consil. 186. num. 11. Tiraquel. in l. si vnquam. num. 4. & 46. de reuocand. donat. Gutier. de iuramento. 3. par. cap. 2. num. 8. & 9. Bolognett. in l. omnes populi. num. 130. de iustit. & iure. Nauar. in cap. pœnæ. nu. 10. de pœnit. dist. 1. Mencha. de creation. successiõn. §. 28. in princip. Matienzo lib. 5. recopilat. tit. 11. l. 19. glosa 2. num. 5. & 7.

14 Dico nono. Nomine matrimonij clandestini intelligitur illud, quod quamuis celebratum sit coram Parocho & testibus, fuerunt tamen absque causa omissæ denunciationes. Et quidem hoc matrimonium esse clãdestinum quo ad pœnas incurrendas, nec per illud legitimari prolem affirmãt Nauar. in sum. cap. 22. num. 70. vers. tertio. Suarez tom. 5. de censuris. disp. 50. sect. 1. nu. 9. & 10. Anton. 3. part. tit. 28. c. 4. Angelus. verb. filius. §. 12. Auila de censuris. par. 7. disput. 3. dub. 6. in princ. Maiol. lib. 3. de irregularit. cap. 5. num. 5. & c. 25. num. 12. Menoch. volum. 1. cons. 69. num. 70. Henriq. libro 11. de matrimon. cap. 6. nu. 2. littera M. & cap. 20. num. 1. Petrus de Ledesma in sum. par. 1. de matrimon. cap. 6. concl. 6. dub. 3. non longe à fine. Gutier. lib. 2. practic. q. 4. & de matrimon. cap. 55. num. 5. Frãcisc. Molina de ritu nuptiar. libro 2. differ. 11. num. 4. Barbosa de offic. Episcopi par. 2. allegatio. 33. num. 8. Sanchez libro 3. de matrimon. disput. 1. num. 7. Coninch. de sacramẽt. tom. 2. disp. 18. num. 103. & disput. 27. num. 83. & patet ex cap. cum inhibitio. §. 1. de clandestin. desponsatio. vbi dicitur, denunciationes esse faciendas ante matrimonium, nam Ecclesia detestatur matrimonia clandestina. quibus verbis aperte significatur, ma-

trimonia, quæ celebrantur nō præmissis denunciationibus, esse clandestina, quod etiam notat Glos. ibi. verb. clandestina. Non dicuntur vero matrimonia clandestina, quando iusta de causa omittuntur ex Ordinarij licentia denunciationes, vt possint omitti ex Concilio Trident. sess. 24. cap. 1. de reformat. quare non placet sententia Suarij tom. 5. de censuris. disp. 50. sect. 1. num. 10. Palacij in 4. dist. 28. disp. 3. Barbosæ in l. 1. §. 4. num 39 Alphonsi à Castro lib. 2. de iusta hæretic. punit. cap. 28. Sylu. verbo filij. q. 8. Dominici consil. 66. negantium talia matrimonia esse clandestina quoad pœnas incurrendas.

15 Dico decimo. Filius natus ex matrimonio, de quo est lis, an sit validum, censetur legitimus, quousque à Iudice feratur sententia de nullitate matrimonij. ita Abbas in cap. cum inter. qui filij sint legitimi. num. 4. Maiolus de irregulari. lib. 1. cap. 5. num. 7. Sayr. lib. 6. de censur. cap. 10. nu. 33. Imo filius reputatur legitimus, si feratur sententia, quod matrimonium sit nullum, quando interponitur appellatio. ita Couar. par. 2. sponsal. c. 8. §. 1. num. 7. Maiol. loco cit. num. 7. & 11. Sayr. dicto cap. 10. num. 33. qui nu. 34. ait, quod quando coniuges separãtur quo ad thorum, Episcopo præcipiente talem separationem, filius ex eis progenitus sit legitimus, si non fuerit declaratum inualidum matrimonium, licet sub pœna excommunicationis esset illis prohibita copula matrimonialis, & est sententia Abbatis in c. 1. de matrim. cōtract. cōtra interdictū Ecclesiæ n. 1. 4. & 6. & in cap. 2. num. 5. eodem tit. Maioli lib. 1. de irregulār. cap. 5. nu. 5. & 6. Zabarellæ in cap. cum inter. qui filij sint legitimi, q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Filij geniti ex parentibus, qui votum simplicis castitatis ex mutuo consensu emiserunt, sunt legitimi.*

2 *Filij progeniti ex parentibus legitimo matrimonio inter se coniuncti, sunt legitimi, quamuis vir ex consensu vxoris ordines sacros susceperit, & post susceptos ordines habuerint istos filios carnaliter se cognoscendo.*

3 *Filij geniti ex parentibus habentibus ordines sacros sunt irregulares.*

Fi-

4 *Filij geniti ex parentibus solemne castitatis votum habentibus sunt irregulares.*

5 *Filij nati ex parentibus, qui mutuo consensu simplex votum castitatis emiserunt, non sunt irregulares.*

6 *Si quis contrahat matrimonium cum aliqua, & postea sine consensu illius ordines sacros suscipiat, si vxorem suam cognoscat, filius ex illa copula habitus erit legitimus.*

7 *Qui sine consensu vxoris sumpsit ordines sacros, tenetur reddere debitum vxori petenti, quāuis ipse non possit petere.*

8 *Sunt legitimi quo ad omnia filij geniti ex parentibus legitimo matrimonio coniunctis, quamuis alter coniux ingrediatur religionem altero coniuge id ignorante, vel contradicente, & in ea etiam professionem emiserit, si post professionem religiosus copulam cum sua coniuge habuerit, ex qua habeat filios.*

9 *Si coniuges ex mutuo consensu emiserunt solemnem professionem in religione, filij ex illis nati an sint spurij, cum post professionem se inuicem cognouerint.*

10 *Sine Episcopi licentia non potest vir ingredi religionem viuente vxore.*

11 *Episcopus nō debet dare licentiam viro ingrediendi religionem, nisi etiam vxor ingrediatur religionem, si sit iuuenis, vel suspecta de incontinentia, quod si hæc desint, poterit vxor remanere in seculo emittendo votum castitatis, & idem dicendum est de viro, si vxor ingrediatur religionem.*

12 *Episcopi licentia non requiritur necessario ad hoc, vt professio facta à coniuge sit valida.*

13 *Coniux non peccat, si ingrediatur religionem absque Episcopi licentia.*

14 *Si vir ingrediatur religionem ex consensu vxoris, professio ab eo facta est valida etiam quando vxor remanens in seculo non emisit votum castitatis.*

15 *Quando coniux non est ingressa religionem, nec votum castitatis emisit, siue sit senex, siue iuuenis, poterit eius vir reuocari ad seculum etiam post professionem factam, teneturque reddere debitum vxori, quamuis ex eius consensu professionem emiserit.*

16 *Vir, qui fecit professionem in religione reuersus ad seculum, tenetur defuncta vxore ad religionem redire.*

17 *Coniux remanens in seculo, si non emisit votum castitatis, an possit coniugem professum reuocare ad seculum.*

QVÆ-

QVÆSTIO XXI.

An filii nati ex parentibus habentibus votum castitatis, vel ordines sacros sint legitimi.

1 Dico primo. Filij geniti ex parentibus, qui votũ simplicis castitatis ex mutuo consensu emiserunt, sunt legitimi. ita Alexander in cap. tua. il 2. num. 9. de iureiur. Mayr. in 4. dist. 35. q. vnic. in fine. Maior in 4. dist. 32. quæst. 2. Lessius lib. 2. de iustit. cap. 19. dub. 6. num. 57. probatur. In l. filium. ff. de ijs, qui sunt sui, vel alieni iuris deciditur filios esse legitimos, qui oriuntur à parentibus valido matrimonio inter se coniunctis; sed isti oriuntur ex huiusmodi parentibus, ergo sunt legitimi. Secundo. quod filij sint illegitimi, est valde odiosum, & pœnale, ergo sine expresso iure hæc pœna nõ est infligenda filijs ex valido matrimonio procreatis; præsertim cum nulla interuenerit culpa ex parte filiorum. & tamen odia sunt restringenda, & non extendenda. c. odia. de regul. iur. in 6.

Obijcies cum ijs, qui sentiunt, filios procreatos ex dictis parẽtibus esse illegitimos. vt sentiunt Ancharan. in cap. vnic. num. 3. de voto in 6. & in cap. dudum. de conuersio. coniugat. num. 12. Abbas in c. charissimus, nu. 7. de conuers. coniugat. Supplement. Gabr. in 4. dist. 32. quæst. vnic. art. 7. conclus. 7. vers. quid si. imo aliqui asserunt istos filios esse spurios. vt Roderic. in summ. tom. 1. cap. 90. num. 6. Vega in sum. tom. 2. cap. 129. casu 69. nam tale matrimonium ob votum castitatis ab vtroque cõiuge emissum quo ad vsum actus coniugalis, perinde est, ac si inter eos esset iam dissolutum matrimonium, ergo proles inde orta erit illegitima. Respondeo. Argumentum solum probare illicite agere coniuges cõtra votum seipsos cognoscentes; at cum talis copula non sit fornicaria, vt esset inter solutos. hoc satis erit, ne proles inde concepta sit illegitima.

2 Dico secundo. Filij proge-

geniti ex parentibus legitimo matrimonio inter se coniunctis sunt legitimi, quamuis vir ex consensu vxoris sacros ordines susceperit, & post susceptos ordines habuerint istos filios carnaliter se cognoscendo. ita Anton. in cap. litteras. de filijs presbyt. num. 7. & ibi Abbas num. 4. Cardin. quæst. 1. in fine. Suarez tom. 5. de censur. disp. 50. sect. 2. num. 4. Maiol. de irregul. lib. 1. cap. 4. nu. 9. Rainer. in sum. in tit. de filijs presbyt. §. sed pone. Astens. in summ. part. 2. libro 6. titul. 22. artic. 3. q. 5. & probatur, tum quia sunt nati à parentibus vero matrimonio coniunctis. tum quia nullo iure habetur, eos esse illegitimos. tum quia culpa parentum filijs obesse non debet nisi in casibus expressis in iure. ergo quãuis peccauerit parens post ordines sacros susceptos copulã habendo cum sua coniuge; hoc peccatum obesse non debet filio ex tali coitu progenito, ac noceret, si esset illegitimus.

Obijcies cum Glos. in cap. ministri. verbo. propriæ. dist. 81. & ibidem Archidiacono in fine. & in c. 2. de filijs presbyt. in 6. num. 1. Anton. 3. par. tit. 28. cap. 4. §. 2. in fine. Syluest. verbo. illegitimus. q. 4. Armilla eodem verbo. in fine. Rosella eodem pariter. verbo. n. 10. Hostiens. in sum. in tit. de filijs presbyt. §. qui filij. nu. 5. Anchar. in cap. literas. de filijs presbyt. notab. 1. & ibi Henric. in fine. Goffredo in sum. tit. de filijs presbyt. num. 7. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 10. nu. 41. Pisanella verb. illegitimus. §. pone quod aliqui. Henriq. in sum. lib. 11. cap. 20. num. 1. asserẽtibus tales filios esse illegitimos. In dicto cap. litteras dicitur istos non posse promoueri ad ordines, nec ad beneficia Ecclesiastica sine dispensatione, ergo sunt illegitimi. Respondeo negando consequentiam. non enim ibi dicitur istos esse illegitimos, sed non posse sine dispensatione promoueri. Et tamen potest quis esse legitimus, ita vt possit succedere, & consequi hæreditatem, & alias dignitates, & tamen poterit esse irregularis. Et quidem isti ex talibus parentibus procreati erunt illegitimi quo ad susceptionem ordinum, & consecutionem beneficiorum ecclesiasticorum. at erunt legitimi quo ad successionem in hæ-

hæreditatibus. & quo ad cõsecutionem dignitatum politicarum & ciuilium. Quod vero isti sint irregulares, habetur aperte in dicto cap. litteras. de filijs presbyt. & affirmant ibi Glosa verb. legitimi. Io. Andr. num. 6. Abbas nu. 7. Anton. num. 7. Cardinalis q. 1. Suarez tom. 5. de censuris. disp. 50. sect. 2. num. 5. Maiol. lib. 1. cap. 4. num. 7. Glos. in cap. Ministri. dist. 81. Hostien. in sum. tit. de filijs presbyt. §. qui possit. ver. quod si sacerdos. Sayrus lib. 6. de censuris. cap. 10. num. 41. Idem etiam colligitur ex integro textu, quem refert Anton. Augustin. in collectione secunda decretalium cap. 5. eiusdem tituli, & refert etiam Suarez loco citato, vbi clare dicitur necessariam fuisse dispensationem ad hoc, vt filius sic genitus possit ad ordinem clericatus promoueri.

3 Si dicas. In dicto cap. litteras. de filijs presbyt. solum fit mentio de filijs natis ex presbyteris, & non de filijs natis ex parentibus in alijs sacris ordinibus constitutis, nec de filijs natis ex parẽtibus religiosis, ergo saltem filij ex istis geniti non erunt irregulares, nec canonice illegitimi. cum in odiosis argumentum non valeat à simili, nec pœnæ sint extendendæ. & quidem Raymũdus in summa, quem refert Suarius tom. 5. de censuris. disput. 50. sectio. 2. num. 4. in fine, opinatur, filios genitos ex tali matrimonio non esse irregulares, nec canonice illegitimos. in quam sententiam inclinat etiam Paludanus in 4. dist. 41. q. 3. num. 9.

4 Respondeo. Quod dicitur de filijs presbyterorum, idem esse intelligendum de filijs genitis ex ijs, qui solemne votum castitatis emiserunt. vt notant communiter doctores in dicto cap. litteras. & ibi additio ad Abbatem. & Romanus singulari 522. & 523. Nam ideo filij presbyterorum dicũtur esse irregulares, seu non esse legitimi canonice, quia oriuntur ex presbyteris habentibus votum solemne castitatis, quæ ratio æque militat in religioso coniugato.

5 Dico tertio. Filij nati ex parentibus, qui mutuo consensu votum simplex castitatis emiserunt, non sunt irregulares. Quia nullo iure habetur,

eos

eos esse irregulares. Et in dicto cap. litteras. de filijs presbyt. solum fit mentio de filijs procreatis ex parentibus constitutis in ordine sacro, in quo casu propter solemnitatem voti in eo textu statutum est, vt filij nati ex huiusmodi parentibus sint irregulares.

6 Dico quarto. Si quis cōtrahat matrimonium cum aliqua;& postea sine consensu illius ordines sacros suscipiat, si vxorem suam cognoscat, filius ex ea copula habitus erit legitimus. ita Maiolus libro 1. de irregularit. cap.4. num.9. Suarez tom. 5. de censuris. disput. 50. sect. 2. num. 3. Sayrus lib. 6. de censuris. cap. 10. nu.41. versic. respondeo secundo. Anton. 3. part. tit. 28. cap. 4. in fine. nam cum copula non sit sacrilega ex parte vxoris, sed licita filius ex ea habitus erit

7 legitimus. hic nota talem virũ teneri reddere debitum vxori petenti, quamuis ipse non possit petere. vt affirmant D. Thom. in 4. distinct.37. quæst. 1. art. 2. ad 1. & ibi Paludan. quæst. 1. artic.1. num. 9. Supplement. Gabriel. quæst. vnic. art.1. conclus.1. Angelus Matrimonium 4. num.11. Couar. in 4. decretal. part. 2. cap. 6. §. 3. nu. 2. Azor tom.1. lib.13. cap.14. quæst.1. Astens.2.par. lib.8. tit. 22. art. 2. quæst. 1. Maiol. lib. 1. de irregularit. c. 4. num. 9. Valent. tom. 4. disput.10. quæst.5. puncto 3. Sotus in 4. dist.38. quæst.1.ar.1. conclus.4. Suarez tom.5. de censur. disp. 50. sect.2. num.3. nam cum vxor habeat ius exigendi debitum à marito, hic ratione ordinis sacri, quem suscepit, non potest tali iuri præiudicare, & propterea tenetur reddere. non potest vero petere; quia cum vouerit castitatem, tenetur illud votum seruare, in quantum potest; at potest illud seruare non petendo debitum.

8 Dico quinto. Sunt legitimi quo ad omnia filij geniti ex parentibus legitimo matrimonio vnitis, quamuis alter coniux ingrediatur religionē, altero coniuge id ignorante, vel sciente quidem, sed cōtradicente, & in ea etiam professionem emiserit. si post professionem religiosus copulam cũ sua cōiuge habuerit, ex qua habeat filios. ratio est, quia talis professio nō potest præiudicare iuri vxoris. c. quidam. c. placet.

de

de conuerſ. coniug. nec parentis culpa debet obeſſe proli.

9 Quod ſi ambo coniuges ex mutuo cõſenſu emiſerunt ſolemnem profeſſionem in religione, tunc aliqui putant filios ex illis natos eſſe ſpurios, cum poſt ſolemnem profeſſionem ſe inuicem cognouerint. ita Rebuff. in praxi benefic. tit. de diſpenſat. ſuper defectu natalium. num. 40. Innocent. in cap. dudum. num. 4. de conuerſio. coniug. & Hoſtienſis ibidem n. 4. Barboſ. in Rubric. ff. ſoluto matrimon. 2. part. nu. 7. Ludouic. Roman. ſingul. 521. quorum ſententia cum nullo iure probetur, mihi nec etiam probatur. & cum ſint nati ex parẽtibus valido matrimonio inter ſe coniunctis iſti filij, iudicandum eſt in fauorem legitimationis.

10 Dico ſexto. Si vno coniuge profitente religionem, alter in ſeculo remaneat, qui ſuſpectus ſit de incontinentia: hic poteſt coniugem iam profeſſum propter tale periculum repetere, quamuis profeſſionẽ emiſerit conſentiẽte altero coniuge, qui in ſeculo remanſit, & filius ex illis genitus erit legitimus, ita Sayr. lib. 6. de cenſur. cap. 10. num 41. ratio eſt, inquit, quia abſque Epiſcopi conſenſu non poteſt fieri hæc ſeparatio. c. ſi vir. & vxor. 22. quæſt. 2. ibi. Si vir. & vxor diuertere pro ſola religioſa inter ſe cõſenſerint vita, nullatenus ſine Epiſcopi conſcientia fiat. Item ſupponitur in caput 1. de conuerſ. coniug. & docent Io. Andreas in cap. vxoratus. de conuer. coniug. n. 1. & ibi Anchar. n. 4. Cardinal. in fine. Hoſtienſ. in cap. cum

11 ſis. eodem tit. Nec Epiſcopus debet admittere hanc ſeparationem, niſi etiam coniux ingrediatur religionem, ſi ſit iuuenis, vel ſuſpecta de incontinentia. At ſi non ſit ſuſpecta, nec iuuenis, poterit remanere in ſeculo, emittendo tamen votum caſtitatis, vt habetur in dicto cap. cum ſis. vbi dicitur. Prohibentes ne virum vel vxorem (niſi vterque ad religionem migrauerit) tranſire permittas. Verum ſi ita vxor ſenex eſt, & ſterilis, quod ſine ſuſpicione poſſit eſſe in ſeculo, diſſimulare poteris, vt ea in ſeculo remanente, & caſtitatem promittente, ad religionem tranſeat vir eiuſdem. idem habetur in dicto cap. vxoratus. & in c.

ad

ad apostolicam. de conuers. cõiug. vbi dicitur. Non est alter coniugum recipiendus ad obseruantiam regularem, nisi reliquus perpetuam continentiam repromittat, sed & vitam debet mutare, nisi forte sit eius ætatis, vt sine suspitione incontinentiæ valeat in seculo remanere.

Addit Sayrus dicto nu. 41. Quod quando alter coniugum emisit professionem in religione cum alterius consensu, nec vxor repetat virum per decennium, filius ex illis procreatus sit illegitimus, nec possit vxor transacto decennio virum repetere, cum præsumatur elapso tempore tam longo interuenisse Episcopi consensum & decretum ad separationẽ matrimonij. & citat pro hac sententia Maiolum lib. 1. cap. 4. num. 6. & 7. & Tiraquell. de præscript. in glossa decem annos. vers. 22.

Verum nonnulla dicit Sayrus loco citato, quæ mihi non

12 probantur. Et quidem Episcopi licentia non requiritur necessario ad hoc, vt professio sit valida, vt bene docent Scotus in 4. d. 32. quæst. vnica & ibi Maior. quæst. 2. concl. 6. Sotus in 4. d. 27. quæst. 1. art. 1. Glos. in cap. si vir. 27. quæst. 2. verbo cõscientia. & ibi Archidiac. num. 1. Io. Andreas in c. 1. de conuersio. coniug. num. 1. & ibi Abbas num. 3. Cardinal.

13 quæst. 2. Nec peccarent coniuges, si id facerent absque Episcopi licentia, cum hæc nõ requiratur de necessitate præcepti, sed ex quadam honestate, vt bene opinantur Io. Andr. in cap. 1. de conuersio. coniug. num. 1. & ibi Cardinal. quæst. 2. Archidiaco. in dicto cap. si vir. 27. quæst. 2. num. 1. verbo. fiat. & ibi Bellamera numero vnico.

14 Præterea ait Sayrus coniugem remanentẽ in seculo posse repetere suum maritum religiosum, quamuis ei dederit licentiam ingrediendi religionem, si votum castitatis ipsa non emisit in seculo, & supponit talem professionem esse in- 15
ualidam. Quod mihi non probatur. Quia nullo iure habetur, quod professio sic facta sit inualida, nam licet prædicti textus cap. cum sis. & cap. ad apostolicam. de conuersio. cõiug. velint, vt qui remanet in seculo, emittat votum castitatis, non tamen propterea ir-

irritant professionem aliter factam, multa enim fieri prohibetur, quæ tamen facta valent. cap. ad apostolicam. de regularib. & talem professionem esse validam colligitur ex cap. ex parte. il 1. de conuers. coniug. & ex cap. Agathosa. 27. q. 2. & affirmant Abbas in cap. 1. de conuersio. coniugat. num. 8. & in cap. vxoratus. eodem tit. num. 5. & ibidem Anton. num. 5. Sylu. matrimonium 8. quæst. 12. dicto 4. Astẽsis in sum. par. 2. lib. 8. tit. 11. art. 2. quæst. 11. Durand. in 4. dist. 32. q. 2. num. 6. Riccard. in 4. dist. 27. art. 2. quæst. 4. in corp. Azor tom. 1. lib. 11. cap. 1. quæst. 6. §. si quæras. Henriq. in sum. lib. 11. cap. 15. num. 9. Hostiens. in sum. tit. de conuersio. coniug. num. 2. Rosella verbo. impedimentum. impedimento 11. in princ.

15 Probo tamen id, quod dicit Sayrus, quod, quando coniux non est pariter ingressa religionem, vel votum castitatis remanens in seculo nõ emisit, siue sit senex siue iuuenis, possit eius vir reuocari ad seculũ, teneaturque debitũ vxori reddere. quod constat ex cap. ex parte. il 1. de conuers. coniugat. & afferunt etiam Abbas in dicto cap. vxoratus de conuersio. coniugat. n. 8. Turrecrem. in cap. seriatim. d. 32. art. 3. n. 4. casu 8. Scotus in 4. dist. 32. q. vnic. & ibi Paludan. quæst. 2. art. 2. nu. 17. Supplem. Gabrielis quæst. 1. art. 2. conclus. 9. in corollar. Hoc autem fit ad vitandum periculum incontinentiæ vxoris remanentis in seculo: & cùm non sint seruata ea, quæ secundum leges canonicas necessaria sunt ad talem ingressum, propterea Ecclesia statuit, vt talis professus possit ad seculum reuocari, quamuis facta sit professio cõsentiente vxore.

16 Tenetur tamen vir defuncta vxore ad religionem redire, nec aliud matrimoniũ potest contrahere, vt habetur in cap. ex parte. de conuers. coniugat. & notant Glosa in c. Agathosa. 27. quæst. 2. verbo. debeas. Abbas in cap. 1. de conuersio. coniugat. num. 8. Silu. verbo diuortium. quæst. 17. dicto 3. & ibi Armilla num. 12. Bonauen. in 4 dist. 27. in exposit. literæ. num. 4. & ibi Paludan. quæst. 3. art. 2. Archidiac. in cap. 2. 33. quæst. 5. num. 2. & ibidem Bellamera num. 3. Ioan. de Friburg. in sum. confesso.

lib.

lib. 1. tit. 8. q. 50. Non tamen coniux relictus in seculo potest talem virum iam professũ reuocare absque auctoritate Iudicis, qui debet videre, an in coniuge relicto in seculo sit periculum incontinentiæ. Si enim fuerit tale periculum, debet cogere professum ad redeundum, secus si non fuerit, vt bene tradunt Astensis in sum. part. 2. lib. 8. tit. 11. art. 10. quæst. 11. Rosella verbo impedimentum. impedimento 11. in princ. Sylu. Matrimonium 8. q. 12. dicto 4. Io. Andr. in cap. Ex parte il 1. de conuersio. coniugat. n. 4. & ibidem Antoni. n. 8. Abbas in cap. significauit. eodem tit. num. 3. Angelus Matrimonium 4. num. 9. Tabiena matrimonium 1. quæst. 3. nu. 4. quod vero ait idem Sayrus, vxore non repetente virum, filium ex illis genitum esse illegitimum, non puto esse verum, cum nullo iure id habeatur.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimus fit legitimus per subsequens matrimonium.*

2 *Illegitimus fit legitimus per subsequens matrimonium ratum tantum, & non consumatum.*

3 *Illegitimus non fit legitimus per sponsalia.*

4 *Illegitimus fit legitimus per subsequens matrimonium, etiam si parens, dum genuit filium, esset in minoribus ordinibus constitutus, & postea contraxit cum ea, ex qua filium suscepit.*

5 *Filius genitus ex religioso vel religiosa intra annum probationis fit legitimus per sequens matrimonium.*

6 *Quod illegitimus fiat legitimus per subsequens matrimonium, est ex priuilegio iuris canonici.*

7 *Illegitimus fit legitimus per subsequens matrimonium etiam quãdo contrahitur cum persona vili & indigna tali viro.*

8 *In legitimatione matrimonij standum est dispositioni iuris canonici, & non ciuilis.*

9 *Illegitimus legitimatur per subsequens matrimonium etiam quãdo parentes, dum cõtrahunt matrimonium, inter se conuenirent ne filius illegitimus ante matrimonium habitus redderetur legitimus per subsequens matrimonium.*

10 *Illegitimus fit legitimus per subsequens matrimonium, etiam quando post filium conceptum pater contrahit matrimonium cum alia fœmina, qua mortua, contrahit secundum matrimonium cum ea fœmina, ex qua illum filium habuit.*

11 *Illegitimus habitus ex coitu incestuoso fit legitimus per subsequẽs matrimonium, quod illius pa-*

O ren-

rentes, cum dispensatione Papæ contraxerunt cum clausula solita apponi in dispensationibus.

12 Illegitimus efficitur legitimus per subsequens matrimonium, quamuis fuerit clandestinum, si tamen fuit validum.

13 Illegitimus efficitur legitimus per subsequens matrimonium, quamuis illud non celebretur cũ dotalibus instrumentis coram Episcopo & tribus vel quatuor clericis, & in legitimatione standum est dispositioni iuris canonici & non ciuilis.

14 Filij spurij per subsequens matrimonium non efficiuntur legitimi.

15 Quando Papa dispensat, vt iterum celebretur, matrimonium antea contractum, quod ob impedimentum fuit inualidum, filij nati ante dispensationem non fiunt legitimi per matrimonium subsequens post dispensationem pontificiam, nisi fiat mentio in breui Pontificio de dispensatione.

16 Dispensatio est strictè interpretanda.

17 Si filius nascatur post dispensationem obtentam à Papa de contrahendo matrimonio inter eos, qui ob impedimentum dirimens non possunt illud contrahere non erit spurius, sed naturalis, quamuis talis dispensatio nondum fuisset expedita ab ordinario.

18 Illegitimus non fit legitimus per probitatem vitæ, doctrinam, & alia merita.

QVÆSTIO XXII.

An filius illegitimus fiat legitimus per subsequẽs matrimonium.

1 DICO primo: Illegitimus fit legitimus per subsequens matrimonium. c. conquestus. & c. tanta. qui fil. sint legitimi. & affirmant ibi Anton. n. 2. & 4. Cardinalis nu. 2. Anchar. n. 10. Abbas n. 4. & 7. Idem patet ex l. cum quis. de naturalibus liberis. & ex §. vlt. instit. de nuptijs. & Authent. quibus modis naturales efficiantur legitimi. §. si quis igitur. collat. 7. & probant etiam Couarr. in 4. decretal. 2. part. cap. 8. §. 2. num. 26. Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 12. num. 18. Sayrus de censuris. lib. 6. cap. 10. num. 13. & cap. 11. num. 1. Villadiego de irregularit. c. 16. vers. iam aduertendum. Duennas regula 350. Peregrin. de fideicomm. artic. 4 num. 1. Henriq. lib. 11. c. 20. n. 1. & 2. Cuch. lib.

lib.5. instit. maio. tit.11. num. 129. & 140. Io. Garzia de nobilitate glos.21. Ceuall. quæst. pract.q.2.n.60.& q.606. nu.1. Morquecho de bonor.diuis.lib. 4.c.6.n.17. Vgolin. de irregul. c.44.§.3. Garzia de benef. par. 7.c.2.n.28. Anchar. conf. 223. Dec.in c.cũ in cunctis. de electio.n.11.Bart.in l.2.ff.de vulg. n.10.Campanil.in diuersor. iuris canon.rubr.11.c.13.n.127. Barbos. de offic.Episc.par.2.alleg.1.n.34. Surdus conf. 309. n.24. Beilettus par. 1. disquis. clerical.§.3. n.20. Suarez tom. 5.de censuris.disp.50.sect.1. n. 2. nam subsequẽs matrimoniũ ex benignitate iuris quasi retrotrahitur vsque ad tempus cõceptionis, vel natiuitatis filij.
2 quod est verum, etiamsi matrimonium fuerit ratum tantũ, & non consumatum. ita Sayr. lib.6.de censuris. cap.10.num. 28. nam canones absolute dicunt prolem fieri legitimã per sequens matrimonium, at matrimonium ratum est verũ ma
3 trimonium. per sponsalia vero illegitimus non fit legitimus, quia sponsalia non sunt matrimoniũ, sed futuri matrimonij promissio. ita Viuald. de irregularit.n.118. Maiol. lib.1. de irregular. cap.4. num. 8. Sayr. num.28.

4 Dico secundo. Filius illegitimus fit legitimus per subsequens matrimonium, etiãsi parẽs, dum genuit filium, esset in minoribus ordinibus constitutus, & postea contraxit cũ ea, ex qua filium suscepit. ita Silu. verb.legitimus.q.8.& verb.illegitimus.q.4.Sayr.lib.6.de censur.c.10.n.17.Couar.par.2.spõsal.c.8.§.2.n.5. Maiolus lib.1. de irregular.c.4.n.15.Io.Andr. in regula.sine culpa. de regul. iur.in 6.Zabarella in c.tãta.qui filij sint legit.q.4. quia clericus habens minores ordines licite potest cõtrahere matrimoniũ. Et idem dicendum est de clerico habẽte simul cum ordinibus minoribus beneficium ecclesiasticum propter similem
5 rationem. Item filius genitus ex religioso vel religiosa intra annum probationis fit legitimus per sequens matrimoniũ, quia tempore conceptionis parentes poterant inter se contrahere matrimonium. ita Couar.loc.cit. num.5. Maiolus libro 1.cap.4.num.15.Franch.in cap.tãta. qui filij.q.3. Sayr.lib.
6 6.cap.10. num.18. Quod vero per subsequens matrimonium

 pro-

proles illegitima fiat legitima est ex priuilegio iuris canonici, quod voluit hunc fauorem matrimonio concedere, vt obseruant Couar. in 4. decretal. 2.part.cap.8.§.2. num.18.Henriq.lib.13.cap.vlt.num.5.Parif. volum.2.consil.13.n.33.& cõsil.15.num 1. Mantica de coniectur. vltimar. volunt. lib. 11. tit.12. num. 1. quamuis aliqui putent matrimoniũ subsequẽs ex intrinseco habere vim, & valorem legitimandi prolem habitam ante matrimonium. hi sunt Io. Andreas in dicto c. tanta. qui filij sint legitimi. in princip.& ibidem Hostien.in princip. Anton. num.2. Abbas num. 2. Ancharan. num. 4. Io. Lupus in cap. per vestras. de donation. notab. 3.§.10. numero 17.

7 Dico tertio. Filius illegitimus fit legitimus per subsequens matrimonium, etiam quando contrahitur cũ persona vili & indigna tali viro. ita Tiraquel.de nobilit.c.15.n.23. Mantica de coniect.lib.11. tit. 12.n.9.Menoch.vol.1.consf.18. n.14. Cephal.vol.3.consf.435. n.101. Matienzo lib.5. recopil. tit.8.l.10.glof.3.n.5. Decisf. Pedemontana 154. nu. 5. Acosta in l. Gallus. §. & quid si tantum. par.2. num.98.ff. de liber. & posth.Duennas reg.350.ampliat. 18. & fallentia 8.Couar. in 4.decretal. 2.par.cap.8. §.2. num. 9. Antonius Gomez in l.9.tauri.num.59.quamuis iure ciuili iuxta aliquos aliter esset

8 dicendum. Verum in legitimatione matrimonij standum est dispositioni iuris canonici, & non iuris ciuilis, vt notat Mattheus de Afflictis li.3. feudorũ tit. si feudo fuerit controuersũ inter dominum & agnat. cap. 1. §. naturales. num. 35. nec enim iure canonico postulatur hæc conditio in matrimonio, vt per illud legitimetur proles, dummodo non contrahatur cum persona vili & indigna. Et cum ius canonicũ vniuersaliter concedat hoc priuilegium matrimonio, sine sufficienti ratione dicitur requiri prædictam conditionem.

9 Dico quarto. Filius illegitimus legitimatur per subsequens matrimonium etiam quando parentes, dum contrahunt matrimonium, inter se conuenirent, ne filius illegitimus ante matrimonium habitus redderetur legitimus per subsequens matrimonium.

ita

ita Couar. 2. par. spõsal. c.8.§.2. nu. 12. Sayr. lib.6. de censuris. c.10.n.23. nam cum ius in fauorem matrimonij hoc priuilegium cõcedat, tales parentes huic iuri renunciare minime possunt; imo nec etiam filij sic geniti, quod pariter colligitur ex c. inter cætera. 22. q.4.

10 Dico quinto. Filius illegitimus fit legitimus per subsequens matrimonium, etiam quando post filium cõceptum pater contrahit matrimonium cum alia fœmina, vel è cõuerso. qua mortua, contrahit secundũ matrimonium cũ ea fœmina, ea qua illum filiũ habuit ita Sũma confessorũ lib. 3. tit. 19. q.10. Maiol. lib.1. de irregular. c.4.n.15. Couarr. 2. par. sponsal. c.8. §.2. nu. 15. Suarez tom.5. de censuris. disp.50. sect. 1. n.4. Sayr. lib.6. de censuris. c.10.n.19. Viuald. de irregular. num.115. Angel. verb. filius. n. 10. Tabiena eodem verbo. n.4. §.3. Siluest. verb. illegitimus. q.3. Hostiens. in sum. lib.1. tit. de filijs presbyt. num.6. Abbas in cap. tanta. qui filij sint legitimi. num.3. Io. Andr. in regula. sine culpa, de regul. iur. in 6. summa Astensis par 2. lib.6. tit. 22. q. 4. summa Pisanella, verb. illegitimus. vers. quid si nato. Anton. 3. par. tit. 29. c. 4. vers. primo modo. Præpos. in dicto cap. tanta. q.7. Gregor. Tholosan. in syntag. iuris par. 2. lib.10. cap.4. num.3. & colligitur ex dicto cap. tanta. vbi dicitur, non fieri filium legitimum per matrimoniũ subsequens, quando tempore cõceptionis parentes sunt inhabiles ad contrahendũ, ergo si tẽpore cõceptionis sint habiles, licet tẽpore natiuitatis sint inhabiles, si postea tamen matrimoniũ cõtrahant; per tale matrimoniũ proles illegitima redditur legitima. hinc fit, vt dicit Suarez loco citato, quod si quis post copulam habitam cum fœmina, ex qua concepit filium, & antequam nascatur, ingrediatur religionem, in eaque professionem emittat. si postea ex dispensatione Pontificis reddatur habilis ad matrimonium, & contrahat cum fœmina, ex qua habuit filium. per tale matrimonium filius illegitimus reddatur legitimus.

11 Dico sexto. Filius illegitimus habitus ex coitu incestuoso efficitur legitimus per subsequens matrimoniũ, quod illius parentes cum dispensa-

tione Papæ contraxerunt cum clausula solita apponi in dispẽsationibus. quæ est huiusmodi. prolem susceptam, si qua est, & suscipiendam exinde legitimam decernendo. ita Guillel. Benedic. in cap. Raynutius. verb. & vxorem. il 1. nu. 202. & seqq. Henriq. lib. 7. cap. 13. §. 5. in fine. Rota in causa Pãpilon. illegitimitatis. 5. Decẽbris 1608. ratio est. quia Summus Pontifex non concedit tã lem dispensationẽ absque matrimonio, sed concedit respectu illius, & ita extendit & ampliat dispositionem & fauorẽ dicti textus in cap. tanta. qui filij sint legitimi, vt ille fauor etiam ad hunc actum extendatur. signum huius veritatis est. quia si isti habita dispensatione matrimonium inter se non contrahant, proles anteà habita non efficeretur legitima, nec virtute illius dispensationis posset vllo modo legitimari, vt docet Sanchez lib. 8. de matrimon. disp. 6. n. 26. & disp. 7. num. 15.

12 Dico septimo. Filij illegitimi efficiuntur legitimi per subsequẽs matrimonium, quãuis fuerit clandestinum, si tamen fuit validũ. ita Matthæus de Afflictis lib. 3. feudorum. tit. si de feudo fuerit controuersum. c. 1. §. naturales. num 34. Mantica de coniectur. vltimar. volunt. lib. 11. tit. 12. num. 13. Anton. Gabriel tom. 3. cõmun. tit. de legitim. conclus. 2. nu. 7. Nicolaus Garzia de benefic. par. 7. cap. 2. num. 32. Cephal. volum. 3. cons. 435. numer. 94. Fuluius Pacianus lib. 2. de probation. cap. 16. num. 68. Matienzo lib. 5. recopilat. tit. 8. l. 10. glos. 3. nu. 5. nam in cap. tanta. qui filij sint legitimi absolute, & vniuersaliter dicitur filios illegitimos effici legitimos per subsequens matrimonium, nec vllo iure habetur, hoc denegari matrimonio clãdestino valido, ergo gratis diceetur filios illegitimos nõ fieri legitimos per subsequens matrimonium clandestinum validum. Secundo, quod filij naturales efficiantur legitimi per subsequens matrimonium, est fauor iure Pontificio concessus matrimonio, vt dixi nu. 6. ergo est ample interpretãdus, & extendendus. vt notant Tiraquel. de iure primog. q. 34. num. 29. & 51. Mantic. tit. 12. num. 1. & consequenter est extendendus ad matrimonium clan-

clandestinum validum, cum enim ius concedens hoc priuilegiũ matrimonio valido nõ distinguat, an matrimonium sit publicum vel clãdestinum, nec nos debemus distinguere l. de pretio. ff. de public. in rem actione.

. Obijcies cum ijs, qui negãt filios illegitimos effici legitimos per subsequens matrimonium clandestinum validum. vt negant Guido papæ decis. 482. num. 3. Beroius in quæstionibus suis q. 107. num. 1. Duennas regula 350. limitat. 12. Menoch. de præsumption. lib. 3. præsump. 1. nu. 100. Anton. Cucus lib. 5. institut. Maior. tit. 11. num. 69. Cephalus volum. 3. consil. 364. num. 42. in cap. finali. §. si quis vero. de clandestin. desponsation. dicitur filios procreatos ex matrimonio clandestino putatiuo non esse legitimos, idque statui in pœnam & odium, quod matrimonium fuerit celebratum clandestine, ergo idem dicendum est in casu nostro. cum eadem ratio militet. Respondeo negando consequentiam. nam ibi est sermo de matrimonio clandestino inualido ob impedimentum à parentibus non cognitum, nos vero loquimur de matrimonio clandestino valido, per quod dicimus filios illegitimos effici legitimos. deinde non valet consequentia. nam pœnæ non sunt extendendæ de vno casu in alium, præsertim quando est diuersa ratio.

13 Obijcies secundo. Ad hoc, vt filij illegitimi efficiantur legitimi per subsequens matrimonium, requiritur, vt matrimonium celebretur cum dotalibus instrumentis coram Episcopo & tribus vel quatuor clericis, vt habetur in Authent. quibus modis naturales efficiantur legitimi. §. illud quoque. sed matrimonium clandestinum non celebratur cum dictis solemnitatibus, ergo per illud non poterunt legitimari filij illegitimi. Respondeo in legitimatione matrimonij standum esse dispositioni non iuris ciuilis, sed canonici, quod non requirit dictas solemnitates ad efficiendam prolem legitimam. vt bene notant Angelus verbo. filius. num. 11. Siluest. verb. filij. q. 7. Couar. in 4. decretal. 2. part. cap. 8. §. 2. num. 8. Garzia de benefic. par. 7. cap. 2. num. 29. Thesaur. de-

cis. Pedemont. 83. Tabiena verbo. filius. num. 4. Armilla eodem verbo. nu. 11. Sarmiẽto lib. 1. selectarum cap. 5. nu. 7. Cephal. vol. 3. consil. 436. num. 33. Mantica lib. 11. de cõiecturis vltim. volunt. tit. 12. n. 7. Molina tom. 1. de iustit. disput. 172. vers. per subsequens matrimonium. Ruinus volum. 3. consil. 78. num. 7. Hieron. Gabriel volum. 1. consil. 21. num. 14.

14 Dico octauo. Filij spurij per subsequens matrimonium non efficiuntur vllo modo legitimi. ita Duennas regula 350. ampliatio. 9. limitat. 3. Molina de primogenit. lib. 3. cap. 1. n. 11. Henric. Boich. in cap. ex tenore. qui filij sint legitimi. colum. 2. Socin. iun. lib. 2. cons. 31. num. 40. Menoch. cons. 15. col. vlt. Cephalus cons. 82. num. 37. & cons. 390. num. 4. Abbas in cap. tãta. qui filij sint legitimi. num. 8. Molina tom. 1. de iustit. disp. 172. Peregrin. de fideicomm. artic. 24. num. 52. & 73. Couar. in 4. decretal. 2. part. cap. 8. §. 2. num. 17. & 18. Sarmiẽto lib. 1. selectar. cap. 6. Spino de testament. glos. 15. nu. 119. Rodericus Suarez in l. 1. tit. 6. lib. 3. fori. vers. ad prædicta. & ibi Vald. in additio. Molina de primogen. lib. 3. cap. 1. nu. 11. Velasq. de Auend. in l. 11. tauri glos. 2. num. 3. & ibi Ceruantes num. 156. Siluester Aldobrandinus in §. finali. instit. de nuptijs num. 21. Fachi. controu. lib. 3. cap. 55. Lopez in instructor. tom. 2. cap. 57. quãuis spurios legitimari per subsequens matrimonium opinẽtur Glosa in c. tanta. qui filij sint legitimi. verb. alium. Cuchus lib. 5. institut. maior. tit. 11. num. 139. Cassadorus decis. vnica. de sponsal. Curtius iunior cons. 27. num. 8. & alij, quos refert Anton. Gabriel c. 1. de legitimatio. concl. 2. sed à priori sententia non est recedendum. Nam in iure canonico solum de filijs naturalibus dicitur, quod fiant legitimi per subsequens matrimonium. de spurijs vero nihil omnino dicitur.

15 Dico nono. Quando summus Pontifex dispensat, vt iterum celebretur matrimonium antea cõtractum, quod ob impedimentum fuit inualidum, filij nati ante dispensationem nõ efficiuntur legitimi per matrimoniũ subsequens celebratum

tum post dispensationem Pontificem, nisi fiat mentio in breui Pontificio de legitimatione prolis habitæ, ita Molina tom. 3. de iustit. disp. 623. nu. 3. in fine. Couar. in 4. decretal. par. 2. cap. 8. §. 8. n. 3. Ludouicus Lopez in instructo. par. 2. vbi agit de matrimonio c. vlt. concl. 8. Silu. verbo legitimus. quæst. 2. & verbo illegitimus. quæst. 5. Molina lib. 1. de primogen. cap. 2. num. 10. Abbas in cap. tanta. qui filij sint legitimi. num. 14. Sayrus lib. 6. de censuris. cap. 10. num. 15. & 27. Suarez tom. 5. de censuris. disp. 50. sect. 1. num. 2. Maiol. lib. 1. de irregularit. cap. 4. num. 14. & 20. Henriq. lib. 1. de Matrimon. cap. 20. nu. 3. Antonin. 3. parte. tit. 28. cap. 4. vers. primo modo. Paludan. in 4. dist. 41. quæst. 3. art. 2. conclus. 3. Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 7. num. 18. & 19. Nam dispensatio fuit, vt iterum iniretur matrimonium, nec de filijs antea natis est facta aliqua mentio.

16 Ergo cum dispensatio sit stricti iuris, stricteque interpretanda. cap. 1. §. illa vero. de filijs presbyt. & notant Felinus in cap. postulasti. num. 8. de rescrip. Iason in l. beneficium. ff. de constitutio. Princip. nu. 38. Natta cons. 163. num. 5. non debet extendi vltra ea, quæ in dispensatione sunt expressa. Quare hic indigebit dispensatione, vt possit ad ordines promoueri. Intelligitur vero hæc doctrina de impedimẽto, quod est sufficiens ad irritandum matrimonium: nam si impedimẽtum solum impediat matrimonium, non tamen illud irritet, non efficiet, quin illegitimus fiat legitimus per subsequens matrimoniũ. ita Couar. 2. part. sponsal. cap. 8. §. 2. Suarez dicta disp. 50. sect. 1. nu. 2.

17 Dico decimo. Si filius nascatur post dispensationem obtentam à Papa de contrahendo matrimonio inter eos, qui ob impedimentum dirimens non possunt illud contrahere, non erit spurius, sed naturalis, quamuis talis dispensatio nondum fuisset expedita ab ordinario, & quamuis non esset celebratum matrimoniũ, & consequenter per subsequẽs matrimonium talis filius quo ad omnia legitimaretur. ita Molina tom. 1. de iustit. disp. 172. vers. filius naturalis. Quia ad hoc, vt filij dicantur naturales, & vt efficiantur legitimi

per

per subsequens matrimonium, satis est, si tempore conceptionis, vel natiuitatis possit inter parentes celebrari matrimonium, vt dicam quæst. sequenti num. 1. at tempore natiuitatis poterat inter illos parentes esse matrimonium, cum impedimentum per præcedentem dispẽsationem sit iam abolitum, ergo tales filij non erunt spurij sed naturales, & ita per subsequens matrimonium efficientur legitimi.

18 DICO vndecimo. Aliqui putant, quod sicut illegitimus fit legitimus per sequens matrimonium, ita etiam fiat legitimus per probitatem vitæ, morum sanctitatem, doctrinam, & alia merita, ita Gratian. in cap. 1. dist. 56. in §. sed hoc, & quidam alij, quos refert Trotius libro 2. de vero & perfecto clerico. cap. 2. sed hæc sententia est cõtra cap. innotuit. de electio. & contra cap. litteras. de filijs presbyt. etenim hæc irregularitas est imposita tum ob alias causas, tum etiam quia illegitimi, cum ducant originem ex turpi copula, infamiam quandam contrahunt, ratione cuius Ecclesia voluit, vt isti arcerentur à ministerio altaris. Et licet probitas morum valde mouere possit Pontificem ad dispensandum in hac irregularitate, attamen ex se non est sufficiens ad illam tollendam. Si dicas in cap. 3. 4. 12. & 13. dist. 66. dicitur hos posse promoueri ad ordines & beneficia accedente probitate vitæ. Ergo. Respondeo hos canones esse intelligendos habita prius dispensatione ab eo, qui illam concedere potest, vt aduertit Glos. 1. in c. Dominus dist. 56.

SVMMARIVM.

1 *Ad hoc, vt iudicentur filij spurij, vel naturales, considerandum est tempus conceptionis, vel natiuitatis, prout proli fuerit magis cõueniens.*

2 *Nonnulli doctores dicunt esse considerandum non tempus natiuitatis, sed conceptionis.*

QVÆSTIO XXIII.

Quale tempus sit considerandum ad hoc, vt filii iudicentur spurii vel naturales.

1 RESPONDEO. Est considerandum tempus, vel cõcep-

ceptionis vel natiuitatis, prout proli fuerit magis conueniens, ita Couar. in 4. decretal. 2. part. cap. 8. §. 2. num. 2. dicens esse communem sententiam. 1 Rojas de successio. ab intestato. cap. 10. num. 38. & seqq. Molina de iustitia. disp. 172. vers. filius naturalis. Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 7. num. 19. Spino de testament. glos. 15. num. 118. Sayrus lib. 6. de censuris. cap. 10. num. 29. Ludouicus Lopez in instructor. tom. 2. cap. 57. Io. Garzia de nobilitate. glosa 20. nu. 29. Aluarado de coniectura. ment. defunc. tit. 2. cap. 3. nu. 66. Vgolinus de irregularit. cap. 44. §. 3. Fachineus lib. 3. controuer. cap. 50. Henriq. in summa lib. 11. cap. 20. num. 3. Petrus de Ledesma in sum. ti. de matrim. cap. 34 difficult. 3. conclus. 1. Marqueche de bonor. diuisio. lib. 4. cap. 6. num. 18. & 21. Angelus verbo. filius. nu. 10. Silu. verbo. filius. quæst. 7. Viuald. de irregul. num. 112. Tabiena verbo. filius. num. 4. §. 3. Abbas in cap. tanta. qui filij sint legitimi. in fine. Greg. Lopez. l. 2. tit. 15. quæst. 9. vers. sed pone. in fine. par. 2. Ceruantes in l. 11. tauri. num. 153. & colligitur ex §. sufficit. instit. de ingen. & ex l. nuper. C. de natural. liber. & ex Authent. quibus modis natur. effici. sui. §. si

2 quis igitur. prope finem. Quãuis Suarez tom. 5. de censuris. disp. 50. sect. 1. num. 3. Zabarella in dicto cap. tanta. quæst. 11. Maiol. lib. 1. de irregularit. cap. 4. num. 14. Sarmiento lib. 1. selecta. cap. 5. num. 10. Garzia de benefic. par. 7. cap. 2. num. 38. Antonius de Rosellis in tract. de legitim. col. 8. & 9. dicant esse considerandum non tempus natiuitatis, sed conceptionis. quam sententiam sequũtur etiam Cinus, & Paulus in l. cum ex libera. C. de suis & legit. hæredi. Baldus & Albericus in l. Paulus. ff. de statu hominum. Salicetus in l. & si contra. C. de nuptijs. & in l. filium. C. de suis, & legitim. hæred. & Couarr. loco citato in vltimis editionibus, qui ait se dubitare, an sua opinio sit vera, & colligunt ex cap. tanta. qui filij sint legitimi. ibi. Si enim vir vxore viuente aliam cognouerit, & ex ea prolem susceperit, licet post mortem vxoris eandem duxerit, nihilominus spurius erit filius. Quibus verbis, inquiunt, significatur,

tur, quod qui durante matrimonio aliam fœminam cognoscit, & ex ea filium concipit, si ei prior vxor moriatur, & contrahat cum ea, ex qua filium concepit, in tali casu filius qui nascitur, non legitimetur per subsequẽs matrimonium, cum parentes tempore conceptionis essent inhabiles ad contrahendum matrimonium, quod dicunt esse statutum in pœnã peccati. nam cum talis copula sit valde turpis, & damnabilis, noluit ius canonicum filium natum ex ea legitimari per sequens matrimonium, licet tempore, quo natus est filius, parẽtes essent habiles ad matrimonium contrahendum. Præterea Suarez dicta disp. 50. sect. 2. num. 5. putat cum Couarruuia part. 2. sponsal. cap. 8. §. 2. num. 5. & 16. Quod si tempore conceptionis sit impedimẽtum irritans matrimonium inter virum & fœminã, & ipsi ignorẽt hoc impedimentum, & ratione huius ignorantiæ excusentur ab incestu, vel ab adulterio, licet non à simplici fornicatione, si postea, ablato impedimento, contrahant, in tali casu subsequens matrimonium non sit sufficiẽs ad legitimandam prolem inde susceptam. Nam in dicto cap. tanta. legitur, quod si vir viuente vxore aliam cognouerit, filius inde natus semper sit spurius. & non dicitur ibi. Siue habeat fœmina cognitionem, quod vir esset copulatus matrimonio, vel quod non esset. & cum hanc conditionem textus non apponat, nec nos debemus apponere.

Sed à priori sententia non est recedendum, & textus in dicto cap. tanta. est interpretandus de filijs conceptis, & natis adhuc durante impedimento, nam si post natiuitatem filiorum parentes contrahant, per tale matrimonium filij concepti, & nati non efficiuntur legitimi, secus vero esset dicendum, si tempore natiuitatis esset iam sublatũ impedimentum. Eodem modo sunt interpretandi aliqui doctores, qui scribunt filios conceptos ante dispensationem esse spurios, nec per matrimonium subsequens legitimari, quamuis in impedimento Papa dispenset, vt scribunt Baldus in l. Paulus. ff. de statu hominum. num. 2. in prima lectura. & nonnulli alij. Loquun-

quuntur enim, quando filij cõcepti & nati sunt ante dispensationẽ, secus si nati sint post dispensationem, quamuis ante eam fuerint concepti.

SVMMARIVM.

1 *De Iure Cæsareo ad hoc, vt quis dicatur filius naturalis, multa requiruntur, & secundum hoc ius fere nulli sunt hodie naturales vere & proprie.*

2 *De Iure canonico filij naturales sunt ij, inter quos tempore conceptionis vel natiuitatis talium filiorum posset esse matrimonium.*

3 *Filij spurij dicuntur ij, qui ex parentibus gignuntur, inter quos tempore conceptionis, vel natiuitatis filiorum non poterat esse matrimonium.*

4 *Omnes illi, qui gignuntur ex adulterio, vel ex moniali, vel ex homine in sacris cõstituto dicuntur spurij.*

5 *Quando post matrimonium rite contractum ante consumationem vterque coniux, vel alter transit ad religionem, in eaque emittit professionem, & tamen isti cognoscant se, filius ex tali copula progenitus est spurius.*

6 *Matrimonium ratum non consumatum dissoluitur per professionem factam in religione.*

7 *Est spurius, qui natus est ex soluta, & coniugato, ex soluta & sacerdote.*

8 *Est spurius, qui incertum habet patrem, vt natus ex ea, qua à multis est carnaliter cognita.*

9 *Spurij dicuntur ij omnes, qui nascuntur ex coitu damnato.*

10 *Coitus damnatus dicitur ille, cui per legẽ pœna aliqua imponitur. & nati ex coitu damnato sunt illi, qui nascuntur ex incestu, stupro, adulterio, &c.*

11 *Filij nati ex clerico habente ordines sacros dicuntur spurij & incestuosi.*

12 *Filij nati ex viro soluto, & ex scorto, aut meretrice, aut alia quacunque fœmina fornicaria dicuntur Manzeres.*

13 *Meretrix qua dicatur.*

14 *Filij notbi dicũtur ij, qui nati sunt ex viro coniugato, & quacunque concubina aut fœmina soluta. notbi dicuntur nati ex adulterio. Notbi dicuntur, qui nascantur ex soluto & soluta domi non retenta, qui etiam dicuntur naturales. Notbi dicuntur filij meretricis.*

15 *Qui natus est ex fœmina foris habitante dicitur naturalis, si nullum sit inter ipsos impedimẽtum, quamuis esset illa meretrix. sic etiã dicitur naturalis, qui natus est ex virgine violenter violata sicut qui natus est ex clerico beneficiato nondum in sacris constituto. & qui est natus ex parentibus habentibus simplex votum castitatis, & qui natus est ex parentibus habentibus impedimentum, si illud esset ignotum.*

16 *In bonis paternis non eodem modo succedũt filij naturales & notbi.*

De iure

17 *De iure ciuili pater non tenetur alere filium nothum.*
18 *De iure canonico tenetur pater alere filium nothum.*
19 *Inter illegitimos quidam dicũtur adulterini, quidam incestuosi.*
20 *Si dubitetur, an aliquis filius sit naturalis vel spurius, debet præsumi, quod sit naturalis.*
21 *Semper debet capi præsumptio, quæ excludat delictum. Inter inhonesta præsumendum est id, quod est minus.*
22 *In dubio filius potius præsumitur legitimus, quam illegitimus.*
23 *Illa præsumptio est accipienda, quæ ipsi filio est magis fauorabilis.*
24 *Illa præsumptio præualet, per quã dispositio sustinetur.*
25 *In re dubia legitimationi fauendum est.*
26 *Quilibet præsumitur esse capax successionis, & quilibet ex testamentis & legatis capere potest, nisi specialiter fuerit probibitus.*

QVAESTIO XXIV.

Qui dicantur filij naturales, spurii &c.

1 DIco primo. De iure Cæsareo naturales filij ij soli dicebãtur, qui ex vnica concubina domi retenta gignebantur, inter quos poterat esse matrimonium tempore conceptionis aut natiuitatis filij, qui ex illis gignebatur, & quod publice & palam talis concubina retineretur, & quod personæ essent impares. ita habetur in Authent. quibus modis naturales effician. sui. §. si quis autem defunctus, & in Authent. de trienn. & semis. §. & hoc dicimus. & affirmant Glos. in cap. nisi cum pridem. verbo Manzeres. de renunciat. & in cap. per venerabilẽ. verbo naturalibus. qui filij sint legitimi. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 5. num. 4. & cons. 268. nu. 3. Ripa in l. ex pacto. §. si quis rogatus. num. 4. ff. ad Trebelli. Cephalus cons. 48. num. 77. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 2. nu. 22. Couar. in Epitom. de sponsalibus par. 2. cap. 8. §. 4. nu. 2. Palæot. in tract. de nothis & spurijs cap. 12. num. 1. Natta cons. 421. num. 3. Ruinus vol. 3. cons. 88. num. 3. præterea requirebatur etiam protestatio; quod vellet eam habere in concubinam. l. in concubinatu. ff. de concub. l. in liberæ. ff. de ritu nupt. §. consideremus. vers. nunc. in Authen. de

trien.

trien. & semiss. Et cum tot requirantur, rari aut nulli sunt hodie naturales, vere, & proprie. vt bene notant Palæot. loco citato num. 3. Alciatus conf. 268. num. 3. Hinc etiam sequitur, natum ex famula in domo retẽtã, & habita ad modum famulæ non esse de iure Cæsareo naturalem, vt aduertunt Alber. in rubr. C. de natural. Iason volum 3. consf. 51. n. 3. Bal. vol. 3. consf. 206. Cephalus conf. 101. nu. 29. Crauetta conf. 166. num. 6. Alciat. conf. 268. num. 4.

2 Dico secundo. De iure canonico omnes illi filij reputantur naturales, inter quos tempore conceptionis, vel natiuitatis talium filiorum nullum esset impedimẽtum, quod irritum reddere posset matrimonium, ita colligitur ex cap. innotuit de electio. & c. tanta. qui filij sint legitimi. & affirmat Baldus vol. 2 consf. 129. n. 3. & consf. 206. in fine, vbi ait. Quicquid exigat rigor ciuilis, tamen ex iure canonico omnes dicũtur naturales, qui nati sunt ex soluto & soluta, & in cap. dudum il. 2. num. 7. in fine, de electio. sic etiam Butrius in cap. per venerabilem. qui filij sint legitimi. num. 26. Crauetta conf. 166. num. 8. in fine. Iason vol. 3. conf. 51. num. 3. Cephalus conf. 186. num. 78. Beroius vol. 2. conf. 165. num. 11. Natta conf. 623. num. 5. & 7. Molina tom. 1. de iustit. disp. 165. vers. illud vero. Lessius lib. 2. de iustit. cap. 19. dub. 6. nu. 55. vbi ait, ita esse consuetudine receptum etiam in foro ciuili, vt docet Panormit. in dicto cap. per venerabilem. potius enim fauendum est ei, qui natus est absque concubinatu, quam ei, qui ex concubina domi retenta, cum hoc sit deterius, vt idem Panormitanus ait, & Præpositus in cap. tanta. num. 6. eodem tit. qui filij sint legitimi. Fortunius Garzia tract. de vlti. fine. illatio. 8. Couar. in Epit. de sponsal. part. 2. cap. 8. §. 4. nu. 4. Vasq. illustri. quæstio. cap. 102. num. 10. dicuntur isti naturales, quia sola natura eos genuit, non honestas coniugii: vt docet Isidorus lib. 6. Etymol. cap. 5. & refertur in cap. finali 32. quæst. 4.

3 Dico tertio. Filij spurij appellandi sunt ij omnes; qui ex parentibus gignuntur, inter quos tempore cõceptionis, aut natiuitatis filiorum erat impedi-

dimentum, quod irritum reddebat matrimonium. ita Alciatus lib. 4. Parerg. c. 5. Vasquez illustr. quæstio. cap. 102. num. 7. Sayrus lib. 6. de censuris. cap. 10. num. 9. Couar. in epito. de sponsal. part. 2. cap. 8. §. 5. num. 1. Lessius de iustit. lib. 2. cap. 19. dub. 6. num. 56. Molin. de iustit. tom. 1. disp. 165. & colligitur ex cap. tanta. qui filij sint legitimi. & ex cap. Ad abolendam. de filijs presbyt. & l. vulga. ff. de statu hominum (quamuis de iure ciuili omnes illi dicantur spurij, qui ex concubinatu non sunt orti vnica extante concubina, vt notant Bartol. in l. finali de
4 his quibus vt indig. Abbas in cap. tanta) & consequenter omnes illi, qui procreantur ex adulterio, vel ex moniali, vel ex homine in sacris constituto dicuntur spurij, ita Couar. Vasquez loc. cit. Natta cons. 623. num. 3.

5 Præterea quando post matrimonium rite contractum ante consumationem vterque coniux, vel alter transeat ad religionem, in eaque emittat professionem, & tamen isti cognoscant se, filius ex tali copula progenitus est spurius, ita Maiol. de irregularit. lib. 1. c.
6 4. num. 4. quia cum matrimonium sit dissolutum per professionem factam in religione. cap. desponsatam. 27. quæst. 2. cap. decreta legalia. 28. quæst. 2. Extrauag. Antiquæ. de voto. cap. ex publico. de conuersio. coniugat. cap. ex parte tua, eodem tit. Concilio Triden. sessio. 24. de matrim. Can. 6. nec possit inter eos amplius iniri matrimonium, necessario sequitur filium ex tali coitu progenitum esse spurium.

7 Item est spurius, qui natus est ex soluta & coniugato; ex soluta, & sacerdote, vt etiam aduertit Lessius lib. 2. de iustit. cap. 19. dub. 6. num. 57. Molin.
8 disp. 165. Spurius etiam dicitur, qui incertum habet patrem, vt natus ex ea, quæ à multis est carnaliter cognita, vt patet ex §. si aduersus. instit. de nupt. & notant Molin. loc. cit. vers. spurius. Budæus in l. vulgo. ff. de statu homin. Theophilus in dicto §. si aduersus. Camillus Cotta in vltim. memorabilibus. verbo. spurius. Couar. 2. par. sponsal. cap. 8. §.
9 5. num. 1. & in vniuersum dicuntur spurij ij omnes, qui nascuntur ex coitu damnato, ita

Sua-

Suarez tom.5.de censuris.disp. 50.sectio.2.num.2.Sayrus de
10 censuris.lib.6.c.10.num.9.Dicitur vero coitus damnatus ille,cui pœna aliqua imponitur per legem,aut constitutionem iuris. vt docent Molina tom.1.de iustit.disp.167. vers.licet in conclusione. Bossius de coitu damnato.nu.38. Sayrus nu. 9. Bermon. de public. concubin.non longe à fine. in verbo, qui etiam filios.nu.73.Clar.in S.fornicatio.num.5. Cald. Pereira de nominatio.emphyt. q. 21.num.16.Stephanus Gratianus tom.1.cap.35. num.20. & licet omnis fornicatio in foro cõscientiæ sit damnabilis,si tamen non habeat grauiorẽ turpitudinem,ius humanum illam permittat. At si copula sit adulterij, vel stupri, &c. talis copula iure humano punitur. Quare Sotus libro 4. de iustitia. quæst. 5. artic. 1. ad 4. ait. Natos ex damnato coitu esse eos, qui progeniti sunt ex incestu, stupro, & adulterio.

11 Dico quarto. Filij nati ex clerico habente ordines sacros dicuntur spurij & incestuosi à Bursato lib. 2.cõs.129. nu.74. Beroio lib.2. cons. 163. num.17.& cons.168.n.1. Marquar.tract.de cœlib.par.3. c.4. Io.Baptista à Costa in tract.de rata portio.q.40.n.5. Paleotò de spurijs cap.16.num.13. Riminald.iun. lib.6. cons.604.n. 12. Io.Aloysio de Leo. in l. 1. num.16.C.de Episcop. & cler. Arnon. in tract. cautela. cautela 621 lib.1.

12 Filij nati ex viro soluto, & ex scorto, aut meretrice, aut alia quacunque fœmina fornicaria dicuntur Manzeres à Soto lib.4. de iustit. q.5. artic.4. ad 4. vbi,inquit, sunt Manzeres, qui ex ignoto scorto puta ex vaga meretrice, quæ omnibus exposita est, nascun-
13 tur. Scortum,seu meretrix dicitur illa, quæ palam quæstus gratia libidinem exercet. cap. meretrices.dist.32. quæst.4 vel illa, quæ multorum libidini paret. l. palam. ff. de ritu nuptia.

14 Dico quinto. Filij nothi dicũtur ij, qui nati sunt ex viro coniugato, & quacunque concubina,aut fœmina soluta. ita Molina tom.1.de iustit. disput.165.vers.nothi.Sayr.lib.6. de censur.c.10.n.8.Nothi etiã dicuntur nati ex adulterio. ita Sayr.loc. cit. qui ait ita etiam

dicere Glossam & Hostiensē, vt etiam dicunt Molina loco cit. Couar. in epitom. cap. 8. §. 4. num. 6. Suarez vero tom. 5. de censuris disp. 50. sect. 2. n. 1. ait, nothos dici etiam eos, qui nascuntur ex soluto & soluta domi non retenta, additque hos filios dici etiam naturales, non tamen simpliciter naturales. Lessius lib. 2. de iustit. cap. 19. dub. 6. n. 57. ait, filium meretricis in iure vocari nothum. Vocabula filiorum illegitimorum sæpe confunduntur, & varie accipiuntur à doctoribus, & in iuribus, vt notat Molina disput. 165. in fine. Lessius

15 dicto num. 57. ait, eum, qui natus est ex fœmina foris habitante, dici naturalem, si nullum esset inter ipsos impedimentum, quamuis esset illa meretrix. Item ait dici naturalem eum, qui natus est ex virgine violenter violata, si inter eos nullum sit impedimentum. Vocatur etiam filius naturalis, qui natus est ex soluta, & ex clerico beneficiato nondum in sacris constituto, cum beneficiū non impediat matrimoniū. Item dicitur filius naturalis, qui natus est ex parentibus habentibus simplex votum castitatis. Sic pariter dicitur filius naturalis, qui natus est ex parentibus, inter quos erat impedimentum, si tamen illud esset omnino ignotū saltem alteri parti, nam talis copula formaliter est simplex fornicatio. ita Lessius loc. cit.

16 Dico sexto. Inter filios naturales & nothos assignatur differentia in iure ciuili. Naturalis enim potest succedere ab intestato in bonis patris in duabus vncijs, si alij filij non extent, nec coniux legitima. vt constat ex Authent. licet pater. C. de nat. lib. & in bonis paternis succedit cum legitimis filijs, vt constat ex Authent. si qua. §. vlt. C. de Senatus consult. Orf. at nothis id minime conceditur, vt aduertit Sayrus lib. 6. de censuris. cap. 10. num. 8. qui pro hac opinione citat Glossam & Abbatem in cap. nisi cum pridem. §. personæ de renunciatione.

17 Secundo. De iure ciuili pater non tenetur alere filium nothum. §. finali. in Authent. quibus modis natur. effician. sui. l. humanitatis. Authent. C. de natural. liber. Authent. Ex com-

complexu. C. de incestis nup. & notant Cephalus consil.48. num. 10. & consil. 226. num. 29. Couar. in epitom. de sponsalib. part. 2. cap. 8. §.6. nu.6.

18 Quamuis de iure canon. teneatur pater alere filium nothum, vt patet ex cap. cum haberet de eo, qui duxit in matrimonium, & asserunt Lupus in repetit. cap. per vestras. notab. 3. §. 23. num. 22. de donatio. inter virum & vxor. Marsil. singul. 358. Nauarr. de spolijs clericorum. §. vlt. num. 9. Molina tom. 1. de iustit. disput. 168. non longe à principio. versic. iure tamen. Mantic. de coniecturis vltimarum voluntatum. lib. 8. tit. 5. num. 12. Præterea Nothi dicuntur ij, qui procreati sunt ex matre non ita custodita, nec domi retenta, sicut naturales. Quamuis in rigore dicantur etiam filij naturales ij, qui nascuntur ex fœmina quamuis non domi retenta, si inter virum & fœminam nullum sit impedimentũ dirimens matrimonium. ita Lessius libro 2. de iustit. cap. 19. dub. 6. numero 57.

19 Dico septimo. Inter filios illegitimos quidam dicuntur adulterini, qui nempe sunt nati ex adulterio. & sunt in triplici differentia. quidam enim nati sunt ex coniugato, & soluta. alij ex soluto & coniugata. alij ex coniugato, & coniugata. ita Suarez tom. 5. de censuris. disput. 50. section. 2. nu. 2. Inter illegitimos sunt etiam filij incestuosi, & dicuntur ij, qui oriuntur ex parentibus aliquo gradu consanguinitatis & affinitatis inter se coniunctis.

20 Dico octauo. Si dubitetur, an aliquis filius sit naturalis an spurius, debet præsumi, quod potius sit naturalis quam spurius. ita Baldus volum. 1. consil. 448. dub. 3. Bossius in tract. de coitu damnato num. 77. Cephalus consil. 48. num. 11. Riminald. consil. 187. num. 79. Crauetta consil. 38. num. 1. & consil. 166. num. 1. Alciatus lib. 9. consil. 158. numero 3. & sequentib. & consil. 58. numero 12. Couarr. 2. par. sponsal. cap. 8. §. 3. Bero-

21 ius volum. 2. consil. 19. tum quia semper debet capi præsumptio, quæ excludat delictum. l. merito. ff. pro socio. tum quia magis præsumendũ est honestum possibile, quam

inhonestum & turpe. l. miles. §. defuncto. ff. de adulter. & l. filium. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur. & docet ibi Bal. numero 2. & cap. estote. de regulis iuris, & inter inhonesta præsumendum est id, quod est minus ex Bartholo in dicta l. filium. Beroio volum. 2. con-
22 sil. 19. num. 10. tum quia sicut in dubio filius potius præsumitur legitimus quam illegitimus ex Decio in l. si emancipata. num. 3. C. de collatio. Socin. volum. 1. consil. 23. nu. 19. Beroio volum. 2. cons. 19. ita etiam in dubio potius præsumendum est, quod filius sit naturalis, quam spurius. semper enim, vt dicitur in citata lege merito, sumenda est præsumptio, vt excludatur illud delictum, quod fuerit magis graue, & magis inhonestum.
23 tum quia illa præsumptio est accipienda, quæ ipsi filio est magis fauorabilis. l. miles. §. defuncto. ff. de adulter. vt etiã asserunt Abb. in cap. per tuas. num. 2. de probation. Baldus volum. 1. dicto consil. 448. nu. 4. & libro 2. consil. 213. in
24 fine. tum quia illa præsumptio præualet, per quam dispositio sustinetur. l. quoties. de
25 rebus dub. tum quia in re dubia legitimationi fauendum est, vt probant Menoch. vol. 1. consil. 18. num. 15. & 16. Sanchez de matrimon. lib. 3. disput. 44. num. 2. ver. quinto probatur. Abbas in cap. lator. qui filij sint legitimi. num. 6. Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum libro 11. tit. 12. num. 1. Fuluius Pacianus libro 2. de probation. cap. 16. num. 66. Tiraquell. de iure primogen. quæst. 34. num. 29. & 51.

Obijcies cum Glossa in cap. lator. qui filij sint legitimi. Alciato in tractatu præsumpt. regula 2. præsumpt. 5. & consil. 268. num. 1. & sequentibus. & consil. 269. Natta consil. 421. asserentibus filiũ in dubio præsumi esse natum ex adulterio. Actor debet probare se esse habilem ad successionem, quare cum filius spurius non possit succedere in hæreditate, possit tamen filius naturalis. qui vult succedere, debet probare, se esse naturalem, & consequenter potius est præsumẽdus spurius, quam naturalis, alioqui non teneretur proba-
26 re, se esse naturalẽ. Respondeo primo, quemlibet præsumi esse

ca-

capacem successionis, nisi ex aduerso probetur, quod sit incapax. l. ab ea parte. ff. de probation. & quemlibet ex testamentis & legatis capere posse, nisi specialiter fuerit prohibitus. l. verbis legis. ff. de verbor. significat. quare qui dicit, aliquem esse incapacē ad succedendum, quia nempe est spurius, ad eum pertinet id probare. l. in exceptionibus. ff. de probatio. respōdent alij, quod, quando filius agit, tunc ad filium pertineat probare se esse naturalem, & non spurium, vt ex testamento capere possit ita Bertrandus vol. 2. cons. 135. & cons. 158. Alciat. lib. 5. cons. 51. & 52. quādo vero filius cōuenitur, tunc potest se tueri, nisi alter probet, quod sit spurius, & incapax, & ita distinguit Crauetta cōs. 166. quamuis postea addat magis esse præsumendum, quod sit filius naturalis.

SVMMARIVM.

1 *In articulo mortis potest tuta conscientia contrahi matrimonium, & tale matrimonium est validum.*

2 *Matrimonium contractum non est validum si non fuerit celebratum coram parocho & testibus.*

3 *Filij naturales efficiuntur legitimi per subsequens matrimoniū, quamuis fuerit celebratum in articulo mortis.*

4 *Senex decrepitus potest contrahere verum matrimoniū, per quod proles ante habita legitimetur.*

5 *Ad matrimonium & ad legitimationem satis est, si habitu proles dari possit.*

6 *In validitate matrimonij standum est dispositioni iuris canonici & non ciuilis.*

7 *Quamuis de iure ciuili non legitimetur proles per subsequens matrimonium contractum cum vili persona, at de iure canonico legitimatur.*

QVÆSTIO XXV.

An per matrimonium celebratū in articulo mortis filii naturales efficiātur legitimi.

1 DICO primo. In articulo mortis potest tuta conscientia contrahi matrimoniū, taleque matrimonium est validum. est communissima sententia, & ita affirmant Imola in l. si quis posthumos. in princ.

de liber. & posthum. & ibi Alexander nu. 4. & seqq. Paris. vol. 1. cons. 13. num. 68. & vol. 2. cons. 13. num. 35. Socinus senior in l. sed est quæsitũ. num 2. de liber. & posth. Riminal. senior cons. 226. Decian. lib. 1. cons. 5. nu. 72. quæ sen-
2 tentia est intelligenda, si celebretur matrimonium coram parocho & testibus, nam alioqui non esset validum, nam in Concil. Tridentino sessio. 24. de matrim. cap. 1. dicitur aliter fieri non posse matrimonium quam præsente parocho & duplici teste, & aliter contractum esse irritum. & notant Henriq. lib. 11. de matrim. cap. 3. num. 5. Petrus de Ledesm. de matrimo. quæst. 45. art. 5. puncto 3. dub. 3. §. ex dictis sequitur. Nauar. cons. 6. de clandestina desponsation. Segura in directorio Iudicum par. 2. cap. 15. num. 44. Ludou. Lopez in instructor. part. 1. cap. 86. Sarmiento lib. 1. selectar. cap. 6. num. 7. Spino in speculo testament. glos. 15. cap. 6. num. 7. Bartholom. de Ledesma de Matrimonio dub. 21. Roderic. in sum. tom. 1. cap. 219. num. 17. quod vero in articulo mortis possit contrahi matrimonium, probatur, nam in articulo mortis potest cõtrahi matrimonium spirituale per professionem emissam in religione. cap. sicut tenor. de regular. ergo etiã in eo potest contrahi matrimonium carnale. Secũdo. Ad matrimonij valorem satis est mutuus consensus cõtrahentium cum facultate, quãtum est ex se, ad copulam, licet per accidens alter ex cõtrahentibus generare non possit, vel etiam vterque, at talis est facultas in eo, qui contrahit matrimonium in articulo mortis, ergo matrimoniũ tunc temporis contractum est validum, licet alter ex contrahentibus per sanguinis corruptionem, & spirituum animalium & vitalium consumptionem, & extinctionẽ generare non possit. Notant doctores debere confessarium persuadere constituto in articulo mortis, vt ducat in vxorem concubinam, quando videt infirmum non posse ab ea recedere, ne cum peccato ex hac vita decedat.

3 Dico secundo. Filij naturales efficiũtur legitimi per subsequẽs matrimonium, quãtumuis fuerit celebratum in articulo mortis. ita Iason in l. sed

est.

est.ff.de lib.& posth.n.4.& 10. Anton.Gabr. tit.de legitimat. conc.1. Sarmiento lib. 1.selec. c.6. Paris.lib.1. cons.13. n.66. Bursat.lib.1. cons.40.n.70 Spino.tract. de testam. glos.15.n. 102.Gutier.lib.2. practic.quæstion. q.105. num.9. Cels. Hugo consil.73. num.12. Rojas in epitome successio. ab intestat. cap.2. num.23. Menoch.lib.3. consil.226.nu.78. & lib.4.præsumpt.præsũp.83.n.78. & præsumption.5. num.16.lib.5. Menchac. de successioп. creatio. 1. part.§.10. num.506.& libro 3. quæstio. vsu frequent. cap.41. num.4. Osasc.decis.154. Thesaur. decis.96. n.3.& seqq. Peregrin.de fideicommiss.art.24. num.59. Bald.in cap.innotuit. de electiоn. num. 11. Angelus in Authent. quibus modis natural.effician.legitimi. num. 2. Salycetus in l.nuper. C.de natural. lib. in fine. Ancharan.in cap. tanta. qui filij sint legitimi. num. 4. & ibidem Cardinal.nu.6. Anton. num.14.Henriq.num.5. Tiraquel. in l.si vnquam. verbo susceperit. C. de reuocand. donat.num.73.Molin.lib.2. de primogen. cap. 5. num.25. Pater Molina tom.1. de iustit.disp. 172. vers. dubiũ præterea. Supplem. Gabriel in 4. dist.34. q.vnica. art.vlt.in fine. Roderic. tom. 1. quæstio. regular. q.13. art.1.Couarr. in 4. decretal. 2. part. cap.8.§.2. num.10. Anton.Gomez in l.9. tauri. num.57. probatur. in c. tanta. qui filij sint legitimi absolute, & vniuersaliter dicitur prolem naturalem effici legitimam per subsequens matrimonium, quando est validum, ergo per matrimonium celebratum in articulo mortis proles naturalis efficitur etiam legitima, cum huiusmodi matrimonium sit validum.

Obijcies. In l. nuper. C.de natural. liber. dicitur tunc per matrimonium subsequens prolem naturalem effici legitimã, quando matrimonium celebratur spe sobolis, at matrimoniũ in articulo mortis nõ celebratur spe sobolis, cum de infirmi vita spes omnis sit sublata, ergo per tale matrimonium proles naturalis non legitimatur. Respondeo. Matrimonium cõtractum in articulo mortis esse etiam celebratũ spe prolis, cum fuerit celebratum ad suscipiendam prolem legitimam ratione matrimonij, quæ ex coitu fornicario erat suscepta,

& ita proles cū ea noua qualitate est effectus consurgens ex hoc matrimonio,& inducit rationem & naturam nouæ prolis, & consequenter initur tale matrimonium ratione sobolis, vt requiritur in dicta lege nuper.

4 Præterea si argumētum vim haberet,probaret etiam senem decrepitum non posse contrahere verum matrimonium, per quod proles antea habita legitimaretur, quod est contra Iason. in l.1.ff. solut.matrim. nu. 43. Couar.in 4 decretal.2.par. cap.8.§.2. num.10. vers.9. Andream Gail lib.2.practic.obseruation.cap.141.n.8.Barbos. in l.1. part.1. ff. solut. matrimon. nu.94. Rodericum tom.1.quæstion.regul.quæst 13.art.1.Mātica in de coniectur.vltimar.voluntat.lib.3. tit.13. Angelum in l.sed est quæsitu n. ff. de liber. & posthum.n.1.Duennam reg. 350. limit.1.Roja.in epit. suc-

5 cessiōn.cap.2.num.21. Deinde ad matrimonium, & ad legitimationem satis est, si habitu proles dari possit. vt tradunt Spino tract. de testamen. glos. 15. Sarmiento lib.1. selectar. c. 7. num.5.Mantica de coniect. lib.11. tit.12.num.2.& 3. Menchac.lib.3. quæst. vsu frequēt. cap.41.num.4.&.5.

Obijcies secundo. In l. Iulianus. ff. de iure dotium, ad legitimādam prolem requiritur, vt dos cōstituatur, at in matrimonio, quod in mortis articulo initur,dos non constituitur, ergo per tale matrimonium proles antea suscepta non legitimatur. Respondeo. licet de iure ciuili id requiratur, at de iure canonico hoc non est necessarium, vt notat Bald. in

6 d.l. Iulianus. & in materia de validitate matrimonij stādum est dispositioni iuris canonici, & non ciuilis iuxta doctrinam Alexandri lib.1. cons.97. nu.2. Veracruc.in specul. coniug. 1. part.artic.7. conclus.1. Crotti in repetit. l.omnes populi. nu. 44. ff.de iustit.& iure. Roderic. Suarez in l.fori. tit. de los casamientos. Matienzo in l. 11. tit.1.lib.5.glosa 1.Clari in §.finali q.82. verbo.statutum.3.& ibi Baiard. Felin. in cap.1. nu.

7 13. de sponsalib. Sicut etiam quāuis de iure ciuili non legitimetur proles per subsequens matrimonium cōtractum cum vili persona,& indigna tali marito, at de iure canonico per tale matrimonium legitimatur pro-

proles, vt affirmant Couar. in 4.decretal.2.part.c.8.§.2.nu.9. Menoch.volum.1. conf.18. nu. 14.Tiraquel.de nobilit.c.15.n. 23. Cephalus vol.1. conf.435. num.101.& seqq.Hieron.Gab. vol.1. conf.21.n.5.

SVMMARIVM.

1 *Per matrimonium subsequens celebratum in articulo mortis ita proles antea suscepta legitimatur, vt per talem legitimationem excludatur substitutus, quando matrimonium bona fide celebratur.*

2 *Matrimonium, per quod proles antea suscepta legitimatur, debet præsumi, quod non fuerit contractum in fraudem substituti.*

3 *In dubio fraus non præsumitur.*

4 *Actus, qui potest esse bonus & malus, in dubio debet iudicari, quod sit bonus.*

5 *In dubio neminem peccare est præsumendum.*

6 *In dubio ante Concilium Tridentinum potius præsumebatur matrimonium clandestinum quam fornicatio.*

7 *In ijs, quæ habent speciem mali, in dubio facienda est interpretatio in meliorem partem.*

8 *In causis, & actionibus illud spectandum est, quod principaliter agitur.*

9 *Moribundus non debet præsumi, quod sit immemor salutis æternæ.*

10 *Moriens non creditur aliquid dolosum cogitare: at quando agitur de præiudicio tertij, aliqui putant non præsumi pro moriente.*

11 *In dubio testator, & quicunque alius disponens censendus est velle suam voluntatem conformare cum dispositione legis.*

12 *In dubio non censetur quis ingredi religionem animo fraudãdi substitutum.*

13 *Aliqui sentiunt per legitimationẽ factam in articulo mortis non excludi substitutum.*

14 *Quamuis constaret matrimonium fuisse cõtractum in articulo mortis ad excludendum substitutũ, non solum tale matrimonium esset validum, & per illud proles suscepta legitimaretur, sed etiam excluderetur substitutus.*

15 *Qui vtitur iure suo, non censetur fraudem committere, nec vlli iniuriam inferre.*

16 *Debitor potest repudiare legatum sibi relictum, ne soluat debitum creditoribus, & talis repudiatio est valida.*

17 *Quando actus à parte rei non est contra iustitiam, nec etiam erit, quamuis malo animo fiat.*

18 *Spurij sunt incapaces hæreditatis paternæ.*

19 *Aliqui putant legitimatos per subsequens matrimonium non posse excludere substitutum, si in eius fraudem matrimonium fuit contractum, quamuis concedant ta-*

tale matrimonium esse validum, & per illud prolem legitimari.

20 Qui institutus est hæres cum conditione, vt ipso decedente sine filijs legitimis, Paulus substitutus in hæreditatem succedit, si institutus ingrediatur religionem, in eaque professionem emittat, nõ censetur succedere sine filijs, sed succedat matrimonium excluso Paulo substituto.

21 Si hæres institutus emittat professionem in articulo mortis in fraudem substituti, tunc substitutus succedet, & præferetur monasterio.

22 Non ex eo, quod quis ingreditur religionem, præsumendum est id ab eo fieri animo fraudandi substituti.

23 In dubio potius est præsumendum aliquem ingredi religionem, vt animæ suæ consulat, quam voluntate excludendi substituti.

24 Cum quis ingreditur religionem animo fraudandi substitutio, in tali casu nonnulli putant succedere monasterium, & non substitutum.

25 Monasterium habetur loco filij.

26 Alij negant monasterium haberi loco filij.

27 Ratio, cur in iure statutum sit, vt per professionem in religione monasterium præferatur substituto est, quia præsumitur testator non minus fuisse affectus erga monasterium, quam erga filios hæredis.

28 Si de voluntate testatoris cõstaret, vt eius bona non applicarentur monasterio, tunc non pertinebunt ad monasterium, sed ad substitutum.

29 Quilibet in rebus suis est moderator, & arbiter. Testator potest rebus suis eam conditionem imponere, quam voluerit. Testatoris voluntas debet impleri.

30 Aliqui putant monasterium succedere in bona testatoris etiam, quando constaret, quod mens testatoris esset, vt excluso monasterio succederet substitutus.

31 Quando apparet testatoris voluntatem fuisse, vt bona in familia sua conseruarentur, substitutus; qui est ex illa familia, non debet excludi per monasterium.

32 Quod est dispositum in iuribus, in vtroque foro est seruandum.

33 In iure canonico non est aliquid constitutum in damnum salutis æternæ.

34 Credendum est voluntatem testatoris fuisse, vt iura disponunt.

35 Lex quãdo innititur præsumptioni, debet seruari in vtroque foro, si non constet de contraria veritate.

QVÆSTIO XXVI.

An per matrimonium subsequens contractum in articulo mortis ita proles antea suscepta legitimetur, vt

vt per talem legitimationem excludatur substitutus.

1 DIco primo. Excludi substitutũ, quãdo matrimonium celebratur bona fide sine voluntate defraudandi substitutum, nec in odium illius, sed in vtilitatem filiorum suorum naturalium, vel vt vtatur iure suo, vel ob aliquem alium finem. si igitur Petrus fuerit institutus hæres cum cõditione, vt si absque filijs legitimis decesserit, succedat in hæreditate Paulus, si Petrus ineat matrimonium sine animo excludendi Paulum, sed vt per illud matrimonium filij suscepti antea ex copula fornicaria legitimentur, per tale matrimonium ita filij Petri legitimantur, vt in bona hæreditaria ipsi succedant & non Paulus substitutus, ita Felinus in cap. in præsentia. de probatio. num. 36. Ripa in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad senatusconsul. Trebell. n. 48. & in rubric. ff. si cert. petatur nu. 3. & in l. si vnquam C. de reuocand. donatio. num. 86. Molina lib. 2. de primogen. cap. 5. num. 26. Rojas in Epitom. successio. ab intestato. cap. 2. num. 23. Spino. trac. de testamento. glossa 15. num. 105. Grego. Lopez in l. 1. glos. magna. tit. 13. par. 4. Couar. in 4. decretal. 2. part. cap. 8. §. 2. n. 10. & lib. 3. variar. resol. c. 11. num. 231. Anton. Gabriel. tom. 3. commun. lib. 6. tit. de legitimatione concl. 1. num. 30. & 54. Alexand. in l. si quis posthumos in princ. num. 4. ff. de liber. & posth. Paris. vol. 1. cons. 13. num. 68. & cons. 14. nu. 35. Henriq. in sum. lib. 12. c. 7. n. 3. Ruin. vol. 3. cons. 78. Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 81. nu. 29. & lib. 5. præsump. 5. n. 16. Bursatus vol. 1. cons. 40. nu. 70. Molin. tom. 1. de iustit. disp. 172. vers. posita validitate. Iason in l. sed est quæsitum. ff. de lib. & posth. num. 11. Boerius decis. 159. num. 20. Osasc. decision. Pedemont. 96. num. 3. & 5. Viuius in comm. opin. 492. verbo. matrimonium. Peregrin. trac. de fidei comm. art. 24. n. 59. Alexand. Raudens. tract. de Analog. cap. 36. num. 1. Menchac. lib. 3. quæstio. vsu frequent. cap. 41. nu. 4. & 5. Cel. Hugo cons. 73. Aluar. Valasc. de-

decis. 94. num. 3. Cassan. libro 1. cons. 22. num. 4. & seqq. Rodericus Suarez in l. 9. tit. 11. lib. 1. for. Acosta in cap. si pater. verbo si absque liberis. nu. 55. de testament. Aluar. de coniectu. ment. defuncto. lib. 2. cap. 3. num. 9.

2 Dico secundo. Matrimonium, per quod proles antea suscepta legitimatur, debet præsumi, quod non fuerit contractum in fraudem substituti;
3 nam in dubio fraus non præsumitur cap. vlt. de renunciat. l. merito. ff. pro socio. l. quoties. §. 1. ff. de probatio. l. sed si maritus. §. vlt. qui & à quibus. & ita asserunt Alexand. in l. si quis posthumos. in princ. num. 24. de liber. & posthum. Felin. in cap. in præsentia. num. 59. de probatio. Socinus senior vol. 4. cons. 12. num. 3. Paris. vol. 1. cons. 13. num. 57. Ruinus vol. 3. cons. 78. vbi ait, non debere censeri matrimonium fuisse contractum in fraudem substituti, & ad euersionem fideicōmissi, nisi ex alijs coniecturis dignoscatur in fraudem fuisse celebratū, nec enim ex eo solum, quod quis habet substitutum, debet præsumi fraus, &
4 actus, qui potest esse bonus & malus, in dubio bonus est iudicandus. cap. 2. de regul. iuris. & docent Abbas in cap. 1. de cleric. non resident. nu. 7. Menoch. de præsumpt. lib. 5.
5 præsump. 2. num. 6. Et in dubio neminem peccare præsumendum est, dicta l. merito. & l. item apud Labeonem. §. si cōmunem. ff. de iureiurand. Et
6 ante Concilium Tridentinum in dubio potius præsumebatur matrimonium clandestinum, quam fornicatio ex Baldo in l. quicunque. num. 24. C. de seru. fugit. Felin. in cap. 1. de
7 præscrip. num. 18. deinde si in ijs quæ habent speciem mali in dubio facienda est interpretatio in meliorem partem cap. 1. de regul. iur. multo magis talis interpretatio est facienda in ijs, quæ habent speciem boni, cuiusmodi est contrahere matrimonium ad legitimandum filium.

Secundo. Tunc est præsumēda fraus, quando actus, qui in mortis articulo geritur, nihil morienti prodesset, & alteri noceret, at quando morientis interest, ac filiorum eius, cessat suspicio fraudis, vt accidit in casu nostro, nam legitimatio, quæ fit per matrimonium in ar-

articulo mortis, est in bonum prolis, cum ob talem legitimationem filij multa bona consequantur, ergo non debet præsumi matrimonium fuisse contractum in fraudem substituti.

Tertio. Per talem legitimationem pater principaliter cōsulit filijs suis; & posteritati, quamuis secundario & consequenter substitutus excludatur à successione in hæreditatem.

8 Sed in causis & actionibus illud spectandū est, quod principaliter agitur l. si quis nec causam. ff. si certum petatur. & l. 2. ff. de auctor. tut. ergo non debet censeri matrimonium initum in articulo mortis fuisse celebratum in fraudem & odium substituti, sed ad consulendum posteritati contrahentis tale matrimonium.

9 Quarto. Si est aliquod tempus, in quo minus debeat præsumi fraus, est articulus mortis, in quo agitur de salute æterna, cuius moribundus non debet præsumi, quod sit immemor iuxta l. vlt. C. ad l. Iul. repetund. & cap. sancimus. 1. q. 7. cap. literas. de præsumptio. cap. significauit. de homicid. & notant Alexand. in l. si quis posthumos. ff. de liber. & posth. & in l. si filio. §. si vir. col. 3. ff. solut. matrim. Decius in cap. in præsentia. num. 56. de probatio. & ibi Felin. num. 36. Bursat. lib. 1. cons. 40. num. 70. Surdus decisio. 135. num. 11. Alciatus de præsump. reg. 3. præsump. 4. Menoch. de præsump. lib. 5. præsump. 5. num. 1. & lib. 3. cons. 327. nu. 65. Parisius lib. 1. cons. 51. num. 67. neque enim post mortem locus est pœnitentiæ. Quare Felinus in dic. c. in præsentia. num. 59. ait imminens mortis periculum arguere potius prolis desiderium, quam fraudis consilium. ergo matrimonium in eo articulo celebratum non debet censeri, quod sit celebratum in fraudem, &

10 odium substituti, & Ripa in l. ex facto. §. si quis rogatus. n. 4. ff. ad Trebellia. ait, quod moriens non creditur aliquid dolosum cogitare per l. si quis in graui. §. si quis moriens. ff. ad Senatus consul. Sylla. & quamuis Bartolus in dicta l. si quis in graui. §. 1. & ibi Igneus. Bald. in cap. 1. de pace const. verbo vassalli. Alexād. in l. sciendum. de verbor. obligatio. num. 15. Menoch. de præsump. lib. 5. præsump. 5. num. 18. & seqq. Gabriel in commun. lib. 7. tit.

de

de crimi. cau. concluſ. 32. nu. 2. & 7. Marſil. in rubric. de fideiuſ. num. 75. Alciatus de regul. 3. præſump. 4. nu. 2. ſentiant non præſumi pro moriẽte, quando agitur de præiudicio tertij, attamen non eſt recedendum ab ijs, quæ diximus.

11 Quinto. In dubio teſtator & quicunque alius, qui diſponit, cenſendus eſt velle ſuam voluntatem conformare cum diſpoſitione legis, vt conſtat ex l. ſi duo. ff. de acquirend. hæred. & notant ibi Paulus de Caſtro num. 2. Tiraquel. in l. ſi vnquam. C. de reuocand. donatio. verbo ſuſceperit liberos. num. 101. Cephalus conſ. 105. num. 13. Corneus lib. 3. conſ. 202. num. 11. & lib. 4. conſ. 1. num. 28. Iaſon in l. cum filio familias. de legatis 1. num. 38. Afflictus deciſ. 44. num. 2. Rebuff. in l. vnic. C. de ſentent. quæ pro eo quod in te. verbo proferuntur. num. 21. Alciatus de præſumpt. reg. 3. præſump. 37. n. 1. & ſeqq. Zanc. in l. hæredes mei. §. cum ita ad Senatus conſult. Trebellian. num. 1119. & num. 1139. Mantica lib. 6. de coniectur. tit. 6. nu. 8. Alexand. lib. 4. conſ. 4. nu. 12. Peregrin. de fideicomm. art. 25. nu. 41. at lex concedit, vt per ſubſequens matrimonium filij naturales legitimentur. c. tanta. qui filij ſint legitimi, ergo etiã qui in articulo mortis cõtrahit matrimonium non eſt cenſendus illud contrahere animo defraudandi ſubſtitutum, & in odium illius, ſed quia vult cõſulere vtilitati ſuorum filiorum naturalium, vel quia vult vti iure ſuo, vel ob aliquem alium finem bonum, vel quia vult ſuã voluntatem conformare cum diſpoſitione legis, qua illi conceditur poſſe contrahere matrimonium, per quod poſſit legitimari proles.

12 Sexto. In dubio non cenſetur quis ingredi religionem animo fraudandi ſubſtitutum, yt bene aſſerunt Menoch. de præſumptio. lib. 4. præſump. 82. num. 10. & præſumptio. 81. num. 29. & lib. 6. præſump. 78. num. 3. Matheat. lib. 3. de legat. cap. 21. num. 8. ergo in dubio nec etiam cenſetur quis celebrare matimonium voluntate excludendi ſubſtituti, valet enim argumentum à matrimonio ſpirituali ad carnale, vt probat Euerar. in topicis loco à matrimonio ſpirituali.

13 Obijcies cum ijs, qui aſſerũt

per legitimationem factam in articulo mortis non excludi substitutum, cum insurgat vehemens suspicio fuisse celebratum matrimonium animo doloso excludendi substituti, ita Angelus in l. nuper. C. de natural. liber. num. 3. & in l. sed est quæsitum. ff. de lib. & posth. Curtius iunior consilio 26. nu. 9. Tiraquel. in l. si vnquam. verbo. susceperit num. 74. C. de reuocand. donatio. Alciat. lib. 9. conf. 140. num. 6. Rosell. trac. de legitim. cap. de causa. materia. num. 41. Menoch. lib. 2. conf. 108. num. 21. Cephal. lib. 2. conf. 276. num. 3. & lib. 1. conf. 239. nu. 10. & 17. Barbat. vol. 2. conf. 18. num. 28. & conf. 68. num. vlt. Ruin. vol. 1. conf. 221. num. 7. & vol. 2. conf. 46. num. 8. & vol. 3. conf. 163. num. 7. quam opinionem dicit esse magis receptam idē Menochius vol. 3. conf. 226. n. 87. & de præsumpt. lib. 6 præsump. 8. num. 3. in l. filiæ meæ. ff. soluto matrimonio dicitur actus celebratus in articulo mortis præsumi, quod sit gestus in fraudem illius, qui per illum actum excluditur, ergo cum per matrimonium cōtractum in articulo mortis excludatur substitutus, vt non possit succedere in hæreditate, præsumitur, quod fuerit celebratum animo doloso & fraudulento excludendi substitutum. Respōdeo tunc præsumi actum fuisse gestum in fraudem, quādo talis actus non esset moriēti vtilis, & alteri esset noxius, quod non accidit in casu nostro.

14 DICO tertio. Quamuis constaret matrimonium fuisse contractum in articulo mortis ad defraudandum, & excludendum substitutum, & in odium illius, non solum tale matrimonium esset validum, & per illud proles suscepta legitimaretur, sed etiam excluderetur substitutus, ita Bald. in rubri. C. de priuileg. dotis n. 2. Molina to. 1. de iustit. disp. 172. vers. posita validitate. Sarmiento lib. 1. selecta. c. 6. n. 8. & vlt. Ferdinandus Vasquez Mēchac. lib. 3. cōtrou. cap. 41. n. 5. Io. Garzia de nobilit. glosa 21. num. 59. Spino in speculo testam. glos. 15. in princip. nu-

15 mero 106. probatur. Qui vtitur iure suo, non censetur fraudem committere, nec vlli iniuriam inferre. l. nemo damnum. ff. de regulis iuris, sicut etiam

qui

qui actum permissum facit, at contrahens in articulo mortis iure suo vtitur, actumque iure permissum facit, ergo non facit iniuriam substituto, quamuis peccet propter odium, quo substitutum prosequitur, & ob iniquam voluntatem erga il-
16 lum. Secundo. debitor potest repudiare legatum sibi relictum, ne soluat debitum creditoribus, & talis repudiatio est valida, quia vtitur iure suo, nec consideratur, an id fecerit in fraudem creditorũ. l. qui autem. §. 1. ff. de his, quæ in fraud. credit. & affirmant. Anton. Gomez tom. 2. variar. cap. 14. num. 14. Iason. instit. de action. §. item si quis. num. 121. & in l. quominus. nu. 33. ff. de flum. & ibidem Ripa num. 29. Socinus iunior consf. 124. n. 3. & sequentibus. Ioan. Lupus in rubric. de donation. §. 47. num. 9. Vincent. de Franchis decis. Neapol. 191. quod idẽ dicendum est; quando libertus in fraudem patroni id faceret. l. 1. §. vtrum. ff. si quid in fraudem patro. & vt dicitur in l. fluminum. §. finali. ff. de damn. infect. licitum est molendinum ædificare in parte superiori, quamuis inferiori noceat. ergo etiam potest aliquis in articulo mortis contrahere matrimonium animo excludendi substitutum, & nullo iure habetur, quod ob hanc prauam voluntatem contrahentis non excludatur substitutus. Tertio, Matrimonium contractum in articulo mortis ex natura rei non est contra iustitiam, ergo quamuis contrahatur malo animo, nec etiam erit contra
17 iustitiam. Nam quando actus à parte rei non est contra iustitiam, nec inducit obligationem ad restituendum, nec etiã erit contra iustitiam, etiamsi malo animo fiat, vt bene notãt Nauar. in summ. cap. 17. num, 64. Mercad. tract. de restitut. cap. 17. Couarr. in reg. peccatum. 2. par. §. 7. num. 8. Barthol. Medina in summ. lib. 1. cap. 14. §. 31. ergo licet fuerit initum matrimonium animo defraudandi substituti, non propterea qui sic contraxit, tenetur substituto aliquid restituere. & ita per huiusmodi matrimoniũ vere excludetur sub-
18 stitutus. Quarto. Quamuis spurij sint incapaces hæreditatis paternæ, vt probant Couarr. de matrimon. par. 2. cap. 8. §. 5. nu. 5. Clarus quæst. 31.

de

de testament. Lessius lib. 2. de iustit. cap. 19. dub. 6. num. 58. potest tamen parens sua bona relinquere amico suo ea intẽtione, vt illa det filio suo spurio, dummodo id non deducat in pactum. quamuis id faceret in fraudem legis, ergo etiamsi pater cõtrahat matrimonium in articulo mortis animo defraudandi, & excludendi substituti, illa mala intentio non nocebit proli, vt propterea debeat excludi à successione in bonis paternis. præsertim cum in casu nostro nulla fiat fraus legi, cum filij essent secundũ regulas iuris in illa bona successuri, nisi impediuisset praua intentio parentis, vt opinionis contrariæ doctores dicunt.

Quinto. Si Petrus, dũ bene valet, cõtrahat matrimoniũ cũ concubina animo excludendi substitutum cum spe cõcipiendi filium ex concubina, cum qua contrahit matrimonium. certum est talem prauum animum non efficere, vt non debeat proles nascitura succedere in bonis parentum nec praua voluntas Petri debet obesse proli nascituræ, & tamen matrimonium initũ est animo defraudandi substitutum. ergo nec etiã debet nocere proli iã susceptæ animus Petri excludendi substitutum, quamuis in articulo mortis matrimonium contrahat cũ hac praua voluntate. nam eodem modo detrimentum patitur substitutus, siue noua proles post matrimonium suscipiatur, siue antea suscepta per subsequẽs matrimonium reddatur legitima, & in vtroque casu sit idem animus defraudãdi substitutum. Sexto. Si Petrus simularet se concubinam ducere in vxorem, cũ re vera animum nõ habeat illã ducendi, tũc cum interueniret dolus & fraus. per tale matrimonium nõ legitimarentur filij, nec excluderetur substitutus, immo in foro exteriori & interiori esset præferendus substitutus. At quando re verà cõtractum est matrimonium, nulla ibi reperitur fraus vel dolus, sed solum odium, quod non facit, vt Petrus peccet contra iustitiã, quãdo à parte rei, secluso odio, posset iuste fieri. Septimo. Filij naturales qui fiũt legitimi per subsequens matrimonium, beneficio legis succedũt in bonis paternis tanquam vere legitimi, ergo ob iniquã pa-

tris voluntatem nō sunt excludendi ab hæreditate, quæ illis de iure debetur.

Octauo. Per tale matrimoniū filius vere redditur legitimus, ergo succedet in bonis paternis. nā tunc substitutus debet succedere, quādo ille, qui contraxit matrimoniū, decesserit sine filijs legitimis, at in nostro casu nō decessit sine filijs legitimis. nec vllo iure habetur, talem intentionē efficere, ne ille, qui de iure deberet succedere, propter iniquā patris intētionem priuetur iure successionis.

Nono. Fuit relicta hæreditas filijs, si reperirentur legitimi. & filij nō obtinēt hæreditatē à patre, sed ab eo, qui instituit hæreditatem cum illa cōditione, cuius intentio fuit, vt filij legitimi eius, qui in hæreditate est institutus, succedant in illam. ergo cum reperiantur filij legitimi, vere succedent. nec parentis animus dolosus debet impedire, ne succedant. Decimo. Posset talis volūtas excludendi substituti in aliquo casu esse licita, & honesta, quādo scilicet tam graue esset delictum substituti, vel eius ingratitudo, vt iure optimo iudicetur esse licitum curare, ne illa bona ad eum perueniant, & vt Petrus habeat iustam causam contrahendi matrimonium ad effectū excludendi substitutum.

19 Obijcies cum ijs, qui putant legitimatos per subsequēs matrimonium non posse excludere substitutū, si in eius fraudem matrimonium fuit contractū, quamuis concedant, tale matrimonium esse validum, & per illud prolem legitimari. ita Angelus in l. sed est quæsitum. de liber. & posthum. nu. 2. & in l. nuper. n. 3. de naturalib. Felin. in c. in præsentia. de probatio. n. 39. Ruin. vol. 1. cōs. 211. n. 7. vbi ait talem legitimationem fraudulentam non debere filijs naturalibus prodesse, & alijs nocere. & vol. 3. cons. 78. n. 8. Paris. vol. 1. cons. 13. n. 68. Præpos. in c. tanta. qui filij sint legitimi. n. 7. Mantica lib. 11. de cōiectur. tit. 13. n. 6. Pelay. de Maior. Hispan. par. 2. q. 1. n. 1. & 2. Gregor. Lopez in l. 1. glossa magna tit. 13. par. 4. Menchac. lib. 3. quæst. vsu frequent. c. 41. n. 5. vbi dicit esse receptissimā opinionem, quamuis sequatur nostram sententiam. Peregrin. tract. de fideicommiss. art. 4. nu. 59. Spino de testament. glosa 15. num. 106. Menoch. de præsum-

ſumptio. lib.4.præſump. 81. in fine. & præſump. 83. num.78. Bartholom.Socinus in l.ſed eſt quæſitũ.n.2. ff. de lib. & poſth. Alex.in l.ſi quis poſthumos. in princ.n.4. eodem tit. Burſatus vol.1.conſ.40.n.70. Molina libro 2.de primogen.c.5.nu.27. Anton.Gomez in l.9.Tauri. n. 58. In l.Proculus. ff.de damno infecto. & in l.fluminum. §.fin. eodem tit.dicitur is, qui fodit puteum in loco ſuo, non teneri de damno, licet inciderit venas, quibus ad alterum aqua fluebat, niſi malo animo fecerit, & in l.1.& 2. ff.de aqua pluuia arcenda dicitur non teneri de dolo, qui flumen auertit, quãuis noceat vicino, ſi modo non hoc animo faciat, vt vicino noceat, ſed ne ſibi noceat. ergo etiam in caſu noſtro cum Petrus in articulo mortis contrahat matrimonium ad nocẽdum ſubſtituto, tenebitur de dolo. Reſpondeo. In dictis iuribus id fuiſſe ſtatutum nõ ob malum animũ interiorem, ſed ob illam actionem externã, per quam vicino infertur iniuria, & damnum. nam cum auertat flumen ob nullum bonum finẽ vtilem, vel neceſſariũ, lex præſumit id eſſe factum doloſe, & cum animo iniquo inferendi damnum vicino, & propterea concedit actionem de dolo, cũ alterum ſine cauſa lædat, nec vtatur iure ſuo. At in noſtro caſu cõtrahens matrimonium vtitur iure ſuo. facit enim, vt per huiuſmodi matrimonium proles legitimetur, ſuccedatq. in bona paterna. nec parentis prauus animus debet obeſſe proli. cum mens teſtatoris fuerit, vt proles legitima præferatur ſubſtituto in ſucceſſione hæreditatis.

Obijcies ſecundo. In l.in fundo. ff. de rei vendic. dicitur locus minime fraudibus eſſe dãdus. at daretur in hoc caſu. ergo. Reſpondeo. textũ loqui de fraudibus iniuſtis, quibus infertur iniuria alijs, at fraudes in caſu, de quo loquimur, non ſunt iniuſtæ, cum omni culpa aduerſus iuſtitiam careant, nec proprie & formaliter ſunt fraudes, cum nemo priuetur iure ſuo. & cõtrahens matrimonium vtitur iure ſuo, quamuis contrahendo cum hac praua intentione peccet contra charitatem.

20 Obijcies tertio. Qui inſtitutus eſt hæres cum conditione. vt, ipſo decedente ſine filijs legi-

gitimis, Paulus ſubſtitutus in hæreditatem ſuccedat. ſi inſtitutus ingrediatur religionẽ, in eaque profeſſionẽ emittat, non cẽſetur decedere ſine filijs, ſed ſuccedit monaſterium excluſo Paulo ſubſtituto. c. in præsẽtia. de probat. & §. ſed & hoc præſenti in Authẽt. de ſanctiſ. Epiſcop. & Authent. niſi rogati. ad Trebell. & affirmant Anton. de Gam. deciſ. 316. Viuius in communi. opinio. verbo. ſubſtitutus. Stephan. Gratian. in Rota Marchiæ deciſ. 6. Ripa in l. ſi vnquã. C. de reuocan. donat. n. 92. Simon de Pretis conſ. 39. nu. 10. Angelus Mattheaz. tract. de legat. & fideic. c. 23. Oſaſc. deciſ. 126. Fabius Turrettus lib. 3. cõſil. 4. Caualc. deciſ. 1. lib. 3. Vincent. Ondode. lib. 1. conſ. 62. n. 50. & ſeqq. Maſtrill. deciſ. 152. n. 18. Bimius lib. 1. cõſ. 17. & lib. 2. cõſ. 149. Polidor. Ripa in tractat. de actis in artic. mortis. c. 44. Bald. lib. 6. cõſ. 3. Nicol. Intrigliolus trac. de feudis. cẽtur. 1. q 46. n. 83. & ſeqq. & in trac. de ſubſtit. centur. 3. q. 63. Camillus Borellus conſil. 33.

21 At ſi hæres inſtitutus in articulo mortis emittat profeſſionem in fraudem, vel odium ſubſtituti, idque conſtet, tunc ſubſtitutus ſuccedet, & propter fraudem taliter emittẽtis profeſſionẽ ſubſtitutus præfertur monaſterio, vt docent Celſus Hug. cõſ. 73. n. 32. Menoch. de præſump. lib. 4. præſump. 83. n. 76. & lib. 6. præſump. 8. n. 4. & conſ. 226. Dec. in c. in præsẽtia. de probat. n. 36. alias 204. & ibi Io. Andr. n. 36. Abbas n. 46. Anton n. 61. Bald. n. 31. Felinus n. 36. Henric. n. 21. Beroi. nu. 500. & communiter ibi ſcribentes. Alciat. reſpon. 616. nu. 4. & in l. poſt contractum. n. 61. ff. de donat. & in l. ſi tibi. ff. ſi cert. pet. n. 40. Tiraquel. tract. de retrac. conuentio. §. 3. Gloſſ. vnic. nu. 17. & 18. Craſſus de ſucceſſion. ab inteſt. §. fideicommiſsũ. q. 40. num. 4. Ruin. volum. 1. cõſil. 211. num. 8. & lib. 3. conſ. 78. num. 8. & conſ. 163. n. 6. Boer. deciſ. 354. Molin. tom. 1. de iuſtit. diſp. 190. colum. 14. verſic. item quamuis. Angelus verbo hæres. num. 17. Tabiena eodem verbo. quæſt. 13. num. 14. Armilla verbo. hæreditas. nu. 21. Roſella verbo. legare. nu. 26. Vincentius de Franchis deciſ. 29. part. 1. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 28. num. penult. Anchar. conſil. 231. num. 3. Molin. libro 12. de primog.

cap.

cap. 5. num. 29. Guillelm. Benedictus in c. Raynutius. verbo. in extremis positus. nu. 25. de testam. Spino tract. de testament. glosa 15. num. 105. Roderic. tom. 2. quæst. regul. quæst. 77. artic. 5. Curt. iunior conf. 145. num. 27. Tapia in Authent. ingressi. verbo. sua. cap. 13. num. 35. Osascus decis. Pedemont. 126. Ancharan. consf. 231. num. 3. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 10. tit. 4. num. 19. & lib. 11. tit. 7. num. 15. Caualc. decis. 1. num. 32. & 43. part. 3. qui affirmat in Italia sæpius sic fuisse decisum. Molin. lib. 12. de primogen. cap. 5. num. 29. ergo idem dicendum est in matrimonio inito in articulo mortis ad defraudandum substitutum.

22 Respondeo primo. Non ex eo, quod quis ingreditur religionem, præsumendum est, id ab eo fieri animo fraudãdi substituti, nec enim est sufficiens coniectura talis ingressus, sed etiam requiritur comminatio præcedens de ingrediendo in fraudem & odium, & exclusionem substituti: vt bene notant Molina lib. 2. de primog. cap. 5. num. 28. & 29. Peregrin. de fideicomm. artic. 24. num. 59. Paris. lib. 1. cons. 13. num. 67. Mantic. de coniectur. vltimar. volunt. lib. 10. tit. 4. nu. 19. & 26. Couar. de sponsal. part. 2. cap. 8. §. 2. num. 10. Io. Andr. in cap. in præsentia. de probation. num. 38. & ibidem Henric. num. 21. Abbas nu. 46. Rosella in summ. verbo. legare. num. 26. Crass. de successio. §. fideicommissum. quæst. 40. nu. 5. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 83. num. 83. Tapia in Authent. ingressi. verbo sua. cap. 13. num. 37. Sfort. Oddo de compendios. substit. part. 6. q. 2. art. 6. dub. 2. num. 13. Alexand. in l. si quis posthumos. ff. de liber. & posthum. num. 4. Corneus in authent. nisi rogati. C. ad Trebell. num. 13. & ibi Salicet. nu. 5. Armilla verbo. hæreditas. num. 21. nam
23 in dubio potius est præsumendum id fecisse, vt animæ suæ consulat, quam voluntate excludendi substituti, vt aduertunt Gozadin. cons. 90. num. 5. Mantica lib. 10. tit. 4. num. 18. in fine. Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 82. num. 10. & præsump. 81. num. 29. & lib. 6. præsump. 78. num. 3.

24 Respondeo secundo. Etiam in eo casu, in quo quis ingre-

 di-

ditur religionem animo fraudandi substituti, vel in articulo mortis emittit in ea professionem cum tali animo, nonnulli putant succedere monasteriū, & non substitutum, quamuis de tali animo constet, quia ipse dixit, vel comminatus est. ita Sarmiento lib. 1. select. cap.6. num.8. Molina tom. 1. de iustit. disp.172.vers.contrariam sententiam. Ferdinandus Vasquez lib.3.controu.cap.41. num.5. Sfortius Oddo de compendio. substit. par.6. q.2. art. 6. dub.2. num. 2. Quia hic, inquiunt, vtitur iure suo, actumque lege permissum facit, & propterea in neminem censetur fraudem committere, nec vlli iniuriam facere, & solum in eo reperitur odium contra substitutum, quod non impedit ius iustitiæ, quando secluso odio, vt num.17. dixi, posset à parte rei iuste fieri.

Respondeo tertio. In tali casu odium posse esse causam impulsiuam ad ingrediendum religionem & non finalem. ita Molin. loc.cit.

Respondeo quarto. Non esse parem rationem. Quoniā quod per professionem factam à monacho succedat monasterium, id est non tam ex testatoris voluntate, quam ex iuris potestate, quæ vult, vt monasteriū loco filij habeatur, quando professio fit bona fide, & nō vult, vt mala fides in hoc casu habeat effectum. At vero proles legitimata per subsequens matrimonium excludit substitutum ex ipsa voluntate testatoris, quæ vult præferre prolē legitimam substituto. & propterea mala fides parentis nō debet obesse proli, quæ hæreditatem non tam obtinet à parente quàm à primo institutore, seu testatore, cuius intentio fuit præferre prolem legitimam substituto. Et quidem ratio, cur per professionem factam succedat monasterium &
25 nō substitutus, est, quia monasterium habetur loco filij. iuxta Glos. in Authent. nisi rogati. C. ad Trebellian. in casu positione. in fine. & in §. sed & hoc præsenti. verbo. intrauerit. & verb. sed & hoc. Authent. de sanctis. Episcop. & in §. si qua mulier. verbo. competere. & verbo. liberos. C. de sacrosan. Eccles. quam sequuntur Sfortius Oddo consil.19. num. 24. & 26. Anton. de Gāna decis. 308. Menchac. de succession.

creat.

creat. lib. 3. §. 21. n. 166. Innoc. in c. in præsentia. de probat. num. 8. & ibi Hostiens. num. vlt. Ioan. Andr. num. 27. Barbatius num. 65. & num. 127. Baldus num. 5. Nicolaus Intrigliolus tract. de substit. cent. 3. q. 63. num. 21. & q. 51. nu. 22. & q. 35. num. 23. centur. 2. & q. 72. num. 9. centur. 1. & in tract. de feud. centur. 1. q. 46. num. 82. Guillelmus Benedictus in cap. Raynutius. verb. mortuo itaque testatore. il 1. num. 297. & verb. si absque liberis. il 2. vbi agit. de pupillar. substit. num. 113. de testament. Lessius lib. 2. de iustit. cap. 41. dub. 10. num. 84. Alba Mandell. lib. 1. consl. 171. n. 49. Bald. in Authent. nisi rogati. C. ad Trebellian. num. 7. & ibi Salicetus num. 1. & 6. Fabius Torrettus lib. 2. consl. 72. num. 6. Alciatus in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liberis & posthumis. num. 7. & ibi Socin. iunior num. 23. Fortunius Garzia num. 75. Villalobos in communibus. verbo. monachus. num. 188. Ceuall. com mun. opin. quæst. 192. & 193. Molina de primogenit. lib. 2. c. 5. num. 28. & cap. 9. num. 41. Cosimus Nepita super cõsuet. Cataniæ tit. 13. num. 20. Idem Salicetus in d. Authent. si quà mulier. num. 1. q. 1. C. de sacrosf. Eccles. & ibi Iason. nu. 18. Vincent. de Frãchis decis. 469. Thomas Triuisanus libro primo decis. 47. num. 7. cum vero dicunt monasterium in hoc casu haberi loco filij, intelligunt loco filij ciuilis, & adoptiui non vero naturalis & legitimi. vt notant Baldus in dict. Authent. nisi rogati. in fine. C. ad Trebellian. Menoch. de præsumption. par. 2. lib. 4. præsump. 83. num. 28.

26 Verum alij negant monasterium haberi loco filij, nec vllo iure id posse probari, & consequenter addunt hanc non esse legitimam rationem illius decisionis. ita Anton. in cap. in præsentia. de probation. num. 29. & 34. & ibi Abbas nu. 36. Felin. num. 42. & 74. Bartol. in Authent. nisi rogati. C. ad ad Trebellian. nu. vnic. quæst. 1. Aretin. in l. 1. ff. de testament. num. 5. Tiraquel. in l. si vnquam. verbo. susceperit liberos. num. 47. C. de reuocãd. donation. Mant. de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 7. n. 6. Ceuall. in quæstion. commun. tit. 1. q. 192. in fine. Menoch.

de præsumptio. lib. 4. præsump. 83. num. 29. & 30. Bald. in l. finali. in princip. num. 9. C. de Episcop. & cler. Peregrin. de fideicomm. artic. 28. n. 69. Camill. Borell. volum. 1. conf. 17. num. 31. & consil. 33. nu. 102. Plaza de delictis cap. 42. num. 16. Gutier. lib. 1. quæstion. canonic. cap. 32. num. 54. Spino in speculo testamen. glos. 12. princip. num. 28. Anton. 3. part. tit. 10. cap. 3. §. 10. Nam in dicto cap. in præsentia. de probatio. non dicitur monasterium haberi loco filij, sed hæredis. deinde inquiunt. Etiamsi concederemus monasteriũ haberi loco filij, non propterea esset excludendus substitutus, quia conditio, si decesserit sine filijs, intelligenda est de filijs veris, & ex corpore humano progenitis, & non de fictis. l. si ita quis. §. is cui. de legat. 2. & l. fideicomm. ff. de condit. & demonst. Verba enim naturaliter & non ficte sunt intelligenda, vt dicitur in l. finali. ff. de ijs qui ven. ætat. impet. & l. sancimus. C. de nupt. & non dicuntur vere filij, quibus deficit veritas naturæ. l. filio quẽ pater. ff. de lib. & posthum. & notat Castro vol. 1. cõs. 30. n. 1.

27. Respondeo quinto. Rationem, cur in iure statutum sit, vt per professionem in religione monasteriũ præferatur substituto, esse, quia præsumitur testator non minus fuisse affectus erga monasterium, quam erga filios hæredis, & ita sicut filios prætulit substituto, ita etiam deficientibus filijs, si cogitasset de ingressu hæredis instituti in monasterium, prætulisset in hoc casu monasterium substituto. ita Salicetus in Authent. nisi rogati. C. ad Trebel. n. 6. & ibi Paulus de Castro nu. 3. Alexand. lib. 2. consil. 121. n. 18. & volum. 3. cons. 35. nu. 9. Decius in cap. in præsentia. de probation. num. 58. & 64. & cons. 419. num. 3. & cons. 426. volum. 4. Alciat. lib. 9. consil. 53. num. 9. & 17. Couarr. lib. 1. variar. cap. 19. num. 11. ver. ex quibus. Molin. tom. 1. de instit. disp. 190. col. 13. versic. quãdo quis. Peregrin. de fideicomm. artic. 28. num. 75. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 7. num. 7. & tit. 8. num. 31. Crass. de successio. §. fideicommissum. q. 40. num. 1. Fortun. de vltim. fine. illatio. 16. num. 269. Matheatius libro 3. de legat. & fideicomm. cap. 23. n. 2. & 3.

& 3. Bimius lib. 1. conſ. 17. nu. 6. Beroius in quæſtion. q. 34. n. 4. Roman. in l. finali. C. de pactis. n. 35. Gutier. lib. 1. quæſt. canon. cap. 32. num. 6. Spino in ſpecul. teſtamen. gloſ. 12. princip. num. 29. Cald. de nomina-
28 tio. Emphyt. q. 6. n. 10. Quod ſi de voluntate teſtatoris cõſtaret, vt eius bona non applicentur monaſterio, tunc non pertinebunt ad monaſterium, ſed ad ſubſtitutum. ita Bald. lib. 1. conſ. 196. num. 1. Alexand. lib. 7. conſ. 121. nu. 13. & ſeqq. Mãtic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 7. num. 4. & tit. 18. n. 31. Peregrin. de fideicomm. ar. 28. num. 78. Alciat. lib. 9. conſ. 53. num. 3. Beroius vol. 1. conſ. 27. nu. vlt. Caualcan. part. 3. deciſ. 1. num. 38. & 39. Molina tom. 1. de iuſtit. diſp. 190. col. 14. verſ. hæc vero. & diſp. 207. in fine ad 1. Spino in ſpecul. teſtam. gloſ. 12. princip. num. 29. in fine. Ceuall. in commun. opinion. tom. 1. q. 193. nu. 1. Mandellus volum 3. cõſil. 493. n. 2. Philiarch. tom. 2. par. 2. lib. 6. c. 21. Medic. in tract. mors omnia ſoluit: 3. part. nu. 49. Aſcanius Clemens de patria pote-
29 ſtate cap. vlt. num. 72. nam quilibet in rebus ſuis eſt moderator, & arbiter. l. in re mãdata. C. mand. & l. ſed & ſi. §. cõſuluit. ff. de petitio. hæredit. & teſtator poteſt rebus ſuis eã legem & conditionem imponere, quam voluerit. l. 1. C. de ſacroſan. Eccleſ. & ſi. diſponatur in Authen. de nupt. & cap. verum. de condit. appoſit. & l. quoties. de donation. quæ ſub modo. & Authent. excipitur de bonis quæ liber. Etenim teſtatoris voluntas debet. omnibus modis impleri, & ſeruari c. vltima voluntas 13. q. 2. & ſolus Papa iuſta de cauſa poteſt contra teſtatoris voluntatem diſponere. Clement. quia cõtingit. de religioſ. domibus. & iniquum eſt non poſſe hominẽ libere diſponere de rebus ſuis. l. 2. in fine. Si quis à parẽt. fuer. manu. quare Bald. in Authent. niſi rogati. C. ad Trebellian. nu. 9. aſſerit, quod quando teſtator ſe ipſum gloſſat, non ſit recurrendum ad gloſſam legis. & volum. 1. conſ. 407. nu. 13. ait iuris interpretationem ſuper voluntate alterius non habere locum, vbi ipſemet teſtator interpretatur.
30 Quare non placet ſententia illorum, qui ſcribunt monaſterium ſuccedere in bona teſta-

toris, & non substitutũ, etiam quãdo aperte constaret, quod mẽs testatoris esset, vt excluso monasterio succederet substitutus, & ita sentiunt Anton.3. par.tit.10.cap.3.§.10. Armilla verb.hæreditas. n.22. Abbas in c.in præsentia.de probation.n. 42. & ibi Henric. num.25. Felin.num.36. Bald.num.18 Bartol.in l.si ita quis. §.finali. nu. 3.ff. de legat.2. Simon de Pretis lib.2. de interpretat. vltim. volunt.interpret.2. dub. 2. solut.2. num 192. Medin. C. de restit. q. 23. vers. itaque quatuor. Euerard. loc. à matrimonio carnali ad spirituale. nu.9. Ledes.2.part.4. q.18.ar.1.dub. 12. Roderic.tom.2. quæst. regular. q.127. art. 1. versic.nec dicendum est. Paris. vol.2.consil.66.num.14. Roland. vol.3. consil.35.num.18.& seqq.Decius lib.5. cons.674. num. 2.& seqq. Angelus verbo hæres. n. 21. Tabiena eodem verbo. q. 16. num. 17. Andr. Fachin. in controuer. iuris lib.4. cap. 56. Costa in l. cum tale. §. si arbitratu. ampliatio.11.ff. de condit. & demonstrat. Alberic. in l.finali.C. de Episcop. & cleric. n.8. Rosella verb. legare.n.24. Bartholom.Socin.lib.1.cõs.92. nu. 3. Gama decis.316. nu.2.

31 Pari ratione quando apparet testatoris voluntatem fuisse, vt bona in familia sua conseruarentur, substitutus, qui est ex illa familia, non debet excludi per monasterium, ita Couarr. lib.1. variar.cap.19.num. 11. Peregrin. de fideicommiss. artic.28. num. 76. Decius vol. 2.cons.259.num.2.Ceuallos in commun. q.193. num. 3. Menoch.de præsumptio.lib.4.præsump.83. num.45. Vincent. de Franch.part.1. decisio.Neapol. 29. num. 8. Ripa in l. ex facto. §. si quis rogatus.il 1.ff.ad Trebellian. num.40. Io.Gutier.lib. 1. quæst. canon.cap. 32.nu.29. Sfort.Odd.de compendio.substitutione par.6.q 2.art.6.dub. 2. num.26.Paris de Puteo lib. 1.decis.55.num.40. Bursat.libro 1.cons.97. num.24. Beroius in quæst.q.34. num.1.Mandell.volum.3. consil.493.nu.2. Mantic.lib.11.de coniectur.vltim.volunt. tit.7. num.21.

Ad argumentum igitur iuxta hanc nostram opinionem respondetur non esse parem rationem, nam per professionem in religione monasterium præfertur substituto, quia præsumitur talis esse voluntas testa-

ftatoris, quando bona fide hæres institutus ingreditur religionem, non vero si ingrederetur causa excludendi substituti. at in casu nostro quamuis constaret matrimoniũ fuisse contractum ad excludendũ substitutum, ad huc per illud matrimoniũ excluderetur substitutus, quia mens testatoris fuit, vt hæreditas deueniat ad hæredis filios legitimos, cum vero per tale matrimonium filij efficiantur legitimi, merito dicimus hæreditatem ad illos pertinere, & iniquam voluntatẽ patris non debere nocere filijs, qui vere sunt legitimi.

Respondeo sexto. Iura citata in principio huius tertij argumenti non habere locum in foro conscientiæ, sed in solo foro externo, cum sint lata, voluntatem defuncti testatoris & consequenter mortuo illo monacho teneri monasterium illa bona restituere substituto, ita Rebell. de iustit. part. 2. lib. 18. quæst. 16. num. 3. concl. 2. verum hoc dici nulla ratione po-
32 test, sed quod est dispositum in illis iuribus, in vtroque foro est seruandum, vt bene aduertũt Menoch. lib. 1. de præsump. quæst. 80. num. 5. & lib. 4. præsump. 85. n. 59. & seqq. Mantic. lib. 11. de coniect. vltim. volunt. tit. 7. num. 2. Gutier. lib. 1. quæst. canon. cap. 32. num. 4. & seqq. Mattheat. de legat. & fideicom. lib. 3. cap. 23. num. 3. nam leges prædictæ fuerunt in iure Pōtificio receptæ in dicto cap. in præsentia. de probatio.
33 nec credendum est in iure canonico esse aliquod constitutum in damnum & præiudiciũ salutis æternæ. cap. vlt. de consuet. cap. quamuis. de pactis. in 6. cap. cum contingat. de iureiur. cap. licet. eodem tit. in 6. c. vigilanti. c. vltim. de præscript.
34 sed credendum est, voluntatẽ testatoris fuisse, vt iura disponunt, quamuis ex verbis id non colligatur. l. iam hoc iure. de vulg. & pupill. substit. l. cum actus. de condit. & demonstrat. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad
35 Trebell. deinde lex, quando innititur præsumptioni, debet seruari in vtroque foro, si non constet de contraria veritate, vt docent Ledesma 2. 4 quæst. 18. art. 1. dubio 12. Sotus de iustit. lib 4. quæst. 5. art. 3. vers. quarto arguitur. Couarr. in c. cum esses. nu. 7. de testam. cum vero non constet de mente testatoris, quod velit excludere mo-

monasterium à suis bonis, seruandum est, quod in prædictis iuribus est decisum, ista vero præsumunt voluntatem testatoris esse, vt sua bona deuenirent ad monasterium excluso substituto, si venisset ei in mẽtem, quod hæres institutus ingrederetur religionẽ, & legislator in fauorẽ religionis præsumit. talem fuisse animum testatoris, cui dispositioni standum est non solum in foro externo, sed etiam interno.

Obijcies quarto. in cap. vlt. 20. quæst. 3. ex concilio Mogũtino dicitur bona illorum, qui ingressi sunt in monasterium, quãdo sunt recepti à superioribus non in fructum animarũ, sed in auaritiam, & turpe lucrũ inhiantibus esse tradenda non monasterio, sed hæredibus eorum, qui ingressi sunt in religionem: ergo qui in mortis articulo ingressus est religionem ad hoc, vt bona deueniant ad religionem, & non ad substitutum, talia bona sunt tradenda substituto, & non monasterio. Respondeo illum textum non loqui in casu nostro, & odiosa & pœnalia sunt restringenda, & non extendenda. cap. odia. de regul. iur. in 6. deinde dico argumentum solũ probare, quod si quis in articulo mortis constitutus profiteretur religionem à monasterij superiore circumuẽtus, quãuis ingrediens in id non faceret in odium substituti, tunc bona illius non pertineant ad monasterium, sed ad hæredes illius, qui ita circumuentus est, quare ibi non est sermo de casu nostro nẽpe de eo, qui sponte & nec à superiore monasterij circumuentus, nec ab aliquo alio religioso illius monasterij ingreditur religionem, & propterea quod ibi est statutum, ad casum nostrum minime debet extendi.

SVMMARIVM.

1 *Si ius naturale spectetur, parentes bona sua possunt relinquere filijs suis spurijs, at de iure ciuili & canonico id est illis prohibitũ, & filij ea accipientes tenentur restituere.*

2 *Spurius est incapax hæreditatis paternæ, nec à patre potest aliquid capere.*

3 *Filius spurius non potest à patre substitui hæres, nec vulgari, nec fideicommissaria substitutione.*

4 *Pater potest omnia bona sua relinquere nepotibus, siue nati sint ex filio naturali, siue spurio.*

Si

5 Si parés sua bona alicui relinquat sine conditione, quod illa bona restituat filio suo spurio cum spe tamen, quod ea restituet hæres acquirit absolutum dominium illorum bonorum.

6 Si quis hæres instituatur, & testator eum roget, ut hæreditaté restituat filio spurio testatoris, institutio valebit, nec quicquam tenetur restituere illi.

7 Hæres institutus, qui promisit testatori, se restiturum hæreditatem filio spurio testatoris, non tenetur seruare promissionem, & potest retinere hæreditatem.

8 Hæres institutus, qui promisit testatori se redditurum hæreditatem filio spurio testatoris, non tenetur illa bona tradere fisco, sed potest ea sibi retinere.

9 Pœna non obligat ante Iudicis sententiam.

10 Hæres vel legatarius, qui fidem dedit testatori de hæreditate restituenda spurio, ut indignus per sententiam Iudicis debet priuari hæreditate, & fisco applicari.

11 Hæres, qui fidem dedit testatori de hæreditate restituenda spurio, grauibus pœnis afficitur.

12 Spurius si post bona sibi tradita à parente rem totam fisco denunciat, consequitur partem dimidiam illorum bonorum.

13 Hæres institutus si fidem non præstitit testatori de restituenda hæreditate filio spurio testatoris, & postea illam tradat spurio poterit spurius tuta conscientia illam capere.

14 Spurius potest tuta conscientia bona capere ab hærede instituto, quamuis hæres promiserit testatori se redditurum hæreditatem sibi relictã filio spurio testatoris.

15 Si hæres propter promissionem factam testatori tradat filio spurio testatoris hæreditatem sibi relictã putans ex errore se teneri in conscientiã eam illi tradere, tenetur spurius eandem restituere tali hæredi.

16 Si duo parentes habentes filios spurios conueniant inter se hoc modo. institue filiũ meum spurium hæredem tuorum bonorum, & ego instituam filium tuum spuriũ hæredem meorum bonorum, inualida est huiusmodi institutio.

17 Si spurius fuit institutus hæres, tunc si hæres sit laicus, in pœnam hæreditas applicatur fisco seculari, si clericus, fisco Ecclesiastico.

18 Quando parens aliquid dat, vel relinquit filio suo spurio vel immediate, vel per tertiam personam, tunc illud nõ pertinet ad fiscum, sed ad legitimos hæredes testatoris.

19 Si quis non habet filios legitimos, potest instituere suum hæredem vniuersalem filium naturalem.

20 Filius naturalis an & quomodo succedat in bona parentum.

QVÆ-

QVÆSTIO XXVII.

Quid agendũ, quando quis ab aliquo institutus hæres eidẽ fidem dat de restituenda hæreditate filio spurio testatoris.

1 DICO primo. Si ius naturale spectetur, certum est, parentes bona sua posse relinquere filijs suis spurijs, vt etiam tuta conscientia possunt ea tradere alijs extraneis, & cõsequenter filios spurios posse illa bona à parentibus accipere, vt notat Sotus lib. 4. de iustit. q. 5. art. 1. ad 4. argumentum. at vero aliter est dicendum, si ius ciuile & canonicum spectetur, iuxta quod si parentes ipsi per se & immediate aliquid donent, vel relinquant vltra ea, quæ de iure illis conceditur posse relinquere suis filijs spurijs, peccabunt mortaliter, sicut etiam filij ea accipientes, & illum excessum tenentur filij restituere ante iudicis sententiam, & quidem post mortem parentis hæredibus illius, ante mortem vero ipsis parentibus. ita Bartol. in l. vlt. ff. de his, quibus vt indignis. num. 8. Anton. Gomez in l. 9. tauri. num. 21. & 33. Couar. in epito. de sponsal. par. 2. cap. 8. § 5. n. 3. 8. & 11. Iulius Clarus lib. 3. sentent. §. testamentum. quæst. 31. Molina lib. 1. de iustit. disp. 169. concl. 1. & 4. qui dicit esse communem sententiam. Lessius lib. 2. de iustit. cap. 19. dub.
2 6. num. 58. nam de iure ciuili spurius factus est incapax hæreditatis paternæ, & bonorum patris, nec à patre potest aliquid capere siue ex testamento, siue ab intestato, siue ex alio contractu, vt bene notant Bartol. in dicta l. vlt. num. 3. & in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebell. num. 4. Bald. lib. 2. cons. 241. & lib. 3. cons. 239. & cons. 383. vers. quarto quæritur. & in l. 2. num. 9. de sentent. & inter. omn. iudic. Molina disp. 167. concl. 3. & disp. 169. in fine. Clarus in §. testamentum. q. 31. Io. de Anania cons. 46. dub. 3. Alexand. lib. 2. cons. 74. dub. 3. Ceuallos comm. opinio. quæst. 472. Abbas in cap. in præsentia. n. 19. de probatio. Couar. nu. 3. & 5.

Gama

Gama decis. 3. num. 5. Lessius n. 58. Decius cons. 287. num. 3. & cons. 433. num. 17. Rojas in epitom. successio. cap. 14. nu. 16. & cap. 26. num. 20. Acosta in cap. si pater. 2. part. verbo. omnia bona. nu. 13. de testibus. lib. 6. Gutierrez lib. 2. practic. quæstio. quæst. 102. Auendan. de exequend. 2. par. c. 26. n. 18. Mantica de cōiectur. vltim. volunt. lib. 4. tit. 6. num. 9. & lib. 6. tit. 11. num. 32. & patet ex l. licet. C. de natural. liber. in fine. vbi dicitur, qui ex damnato sunt coitu, omni prorsus beneficio secludantur. & ex Nouello. 74. cap. 6. vbi dicitur. Nulla eis participāda clementia est, sed sit suppliciū etiam hoc patrū, vt agnoscant eos nihil habituros. Cum igitur spurij nihil possint capere à parētibus, sequitur, vt, si aliqua bona ab illis accipiant, eorum dominiū remaneat apud parentes, quādiu ipsi parentes vixerint. quibus defunctis, pertinebunt ad illorum hæredes, & illis in foro conscientiæ ante vllam sententiam sunt restituenda; & si hæredes ea bona petierint in foro iudiciali, per iudicis sententiam illis debeant applicari. Quod si hæredes intra duos menses neglexerint illa bona petere, poterit fiscus illa sibi applicare argum. textus l. 1. C. de naturalibus liberis, & notat Molin. tom. 1. disp. 167. concl. 3. versic. quid si filius. & disp.
3 169. conclus. 1. Nec item filius spurius potest à patre substitui hæres vulgari, vel fideicommissaria substitutione. ita Couar. de matrim. par. 2. c. 8. §. 5. num. 7. Lessius lib. 2. de iustit. cap. 19. dub. 6. nu. 59. nam idem est, siue capiat à patre immediate, siue ab alio ex patris ordinatione: potest tamen substitui pupillari non quidem ita, vt bona paterna per pupillum ad ipsum perueniant, sed vt in alia bona pupilli succedat, hæc enim non habebit à patre, sed à fratre, cui succedere potest. ita Couarr. nu. 6.
4 Lessius num. 59. qui num. 72. notat patrem posse omnia bona sua relinquere nepotibus, siue nati sint ex filio naturali, siue spurio, cum nullo iure id prohibeatur.

5 Dico secundo. Si parens sua bona alicui relinquat sine vlla conditione, quod illa bona, vel eorum partem restituat filio suo spurio cū spe tamen, quod ea restituet, & quamuis

hæres

hæres intelligat, illa sibi fuisse relicta ea spe, & alioqui futurum fuisse, vt non institueretur hæres, nisi testator id sperasset, acquirit absolutum dominium illorũ bonorum, nec tenetur ea tradere filio spurio testatoris, dummodo non se obligauerit ad ea bona restituenda filio spurio. ita Sotus lib. 4. de iustit. q. 5. ar. 1. ad 4. Couarr. de sponsal. par. 2. c. 8. §. 5. num. 8. Anton. Gomez in l. 9. tauri. num. 21. Molina tomo 1. de iustit. disp. 169. conclus. 2. quia absolute & simpliciter fuit institutus hæres, vel legatarius, nec testator aliquam obligationem illi imposuit, & illa spes potuit esse solum causa impulsiua ad relinquenda illa bona hæredi, ergo hæres, vel legatarius acquirit absolutum dominium illorum bonorum sine vlla obligatione aliquid dãdi filio spurio testatoris, vel legantis. Nec etiam in foro exteriori poterit ad aliquam pœnam condemnari per sententiam iudicis, nisi probetur, quod ea acceperit cum conditione, vt ea bona restituat filio spurio testatoris. vt notat Sot. loc. cit.

6 Dico tertio. Si pater instituat aliquem suum hæredẽ, eique mandet, vt hæreditatem vel partem illius restituat filio spurio ipsius patris testatoris. institutio erit valida, & tamen hæres nihil tenetur restituere spurio, dummodo ad id non se obliget. Item si quis hæres instituatur, & testator cum roget, vt hæreditatem restituat filio spurio testatoris, multo magis valebit institutio, dũmodo hæres nullo modo ad id se astringat. & cõparat dominium hæreditatis, nec quicquã tenetur restituere filio spurio testatoris. ita Couarr. in epit. de sponsal. par. 2. cap. 8 §. 5. n. 7. Antonius Gomez in l. 9 tauri. num. 21. Molina dicta disp. 169. conclus. 3 & aperte colligitur ex l. 3. in princip. & ex §. si quis palam. ff. de iure fisci, & ex l. tacitis. & l. Lucius. §. in testamento. ff. de legatis primo. Quia hic est verus hæres, nec in aliquo deliquit, cum ad nihil se astrinxerit, quod fuerit legibus prohibitum, ergo illa bona sibi relicta non poterunt pertinere ad fiscum, cum hic nullum ius habeat ad dicta bona. Fiscus enim solum ius habet ad bona huiusmodi hæredi relicta, quando hic se obligasset

ſet ad ea reſtituenda filio ſpurio teſtatoris.

7 Dico quarto. Hæres inſtitutus, qui expreſſe vel tacite promiſit teſtatori, ſe reſtituturũ hæreditatem filio ſpurio ipſius teſtatoris, non tenetur ſeruare promiſſionem, nec illam hæreditatem dicto ſpurio reſtituere, ſed poteſt eam retinere tãquam verus hæres à teſtatore inſtitutus. ita Couarr. in epit. de ſponſal. 2. par. c. 8. §. 5. n. 9. Fortunius in l. iuris gentium. §. Prætor. ff. de pactis. notab. 3. Molina tom. 1. de iuſtit. diſp. 169. concl. 5. Leſſius lib. 2. de iuſtit. c. 19. dub. 6. n. 60. quia cũ talis promiſſio ſit lege prohibita, ſitque contra legem, & in eius fraudem facta, nullam obligationẽ inducit in eo, qui promiſit. dicta l. iuris gentium. §. Prætor ait. & §. generaliter. ff. de pactis. & l. non dubium. C. de legibus. Et quia eſt verus hæres, acquirit dominium hæreditatis ſibi relictæ, nec vllo iure redditur incapax, vt non poſsit capere hæreditatem ſibi à teſtatore relictam, & grauamen poſitum à teſtatore, quando eſt cõtra leges, cenſetur, ac ſi non eſſet appoſitum in vltimis voluntatibus. l. impoſsibilis. ff. de verbor. obligat.

Huic cõmuni ſententiæ aduerſatur Sotus lib. 4. de iuſtit. q. 5. ar. 1. ad 4. aſſerens, quod ſi pater aliquid fidei amici commiſit, quod det ſuo filio ex adulterio ſuſcepto, amicum illum teneri iùs naturale ſeruare, hoc eſt, dare filio, & filium poſſe recipere perinde ac ſi eſſet extraneus. Itaque, inquit, omnia ſua bona poteſt illi pater dare, ſi filios non habeat legitimos. ſi autem legitimos habeat, non poteſt illos exhæredare niſi vſque ad quintã. Neque arbitratur Sotus vllum interuenire peccatum nec in patre relinquente, nec in amico, nec in filio ſpurio recipiente; & probat ſuam ſententiã, quia nulla reperitur lex, quæ id prohibeat, ſed ſolum lege prohibetur, ne filij ſpurij inſtituantur hæredes, & cum huiuſmodi lex ſit lata in odium filiorum, eſt reſtringenda, & non extendenda pluſquã verba legis ſonent, ergo ſi pater extra teſtamentum det ſua bona filio, non facit cõtra legem, neque in fraudem legis, & lex pœnalis tantum obligat ad id, quod ſonat. verum hæc ſententia non placet, cum aduerſetur textui in l.

licet. C. de natural. liber. & Nouellæ 74. c. 6. & alijs iuribus.

8 DICO quinto. Hæres institutus, qui promisit testatori se redditurum hæreditatem filio spurio ipsius testatoris, non tenetur bona sibi relicta à tali testatore fisco tradere, nec suũ delictum fisco detegere, sed illa bona poterit retinere tanquam verus hæres. ita Couar. in epit. de sponsalib. 2. par. cap. 8. §. 5. num. 9. & 13. Molina to. 1. de iustit. disp. 169. conclus. 5. Lessius lib. 2. de iustit. c. 19. dubio 6. num. 61. nam talis hæreditas ei in pœnam aufertur, & fisco applicatur l. 1. C. de his quib. vt indig. & l. ita fidei. & l. non intelligitur. ff. de iure

9 fisci. Sed pœna hominibus imposita non obligat ante iudicis sententiam, vt bene notant Glos. in cap. fraternitas. verbo. cum augmento. in fine. 12. quæst. 2. Abbas in cap. 1. de constitut. num. 10. Felinus ibidem num. 52. Couarr. de sponsal. 2. part. cap. 6. §. 8. nu. 10. versic. 1. Abbas in proœm. decretal. nu. 6. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 10. tit. 4. num. 16. ergo hæres ante iudicis sententiam poterit hæreditatem retinere, & cum sit verus hæres, non tenetur illam restituere hæredibus testatoris: quod si non esset verus hæres, talis hæreditas ad legitimos hæredes pertineret. ita Couar. 2. part. de sponsal. cap. 8. §. 5. num. 9. qui notat num. 14. quod si hæres sic institutus interrogaretur à Iudice, an promiserit testatori, se restiturũ hæreditatem filio spurio testatoris, non teneatur id fateri, nisi infamia vel semiplena probatio præcesserit, quod etiã asserit Lessius loco citato; nam agitur de crimine occulto, quod si fateretur, grauissimis pœnis afficeretur. Imo nec testis à iudice interrogatus tenetur reuelare, nisi præcesserit infamia, vt contingit in alijs delictis, & notat Lessius num. 61. cit.

Obijcies cum ijs, qui sentiũt hæredem, qui promisit testatori se redditurum hæreditatẽ filio spurio testatoris, non posse tuta conscientia retinere talem hæreditatem, sed obligari in foro conscientiæ eam tradere fisco, nec posse dare spurio. & ita sentiunt Bartol. in l. vlt. num. 9. ff. de his quibus vt indig. Albanus consil. 42. in fine. Anton. Gomez. in l. 9. tau-

tauri. num. 28. Mantica libro 10. de coniectur. vltim. volunt. tit. 4. num. 16. ad finem. & Sotus lib. 4. de iustit. quæst. 5. ar. 1. ad 4. ait, esse, nulla expectata sententia, restituenda pauperibus, posito, quod spurij sint incapaces hæreditatis, & bonorum paternorum. In l. prædonis. ff. de petitio. hæredit. ait iuris consultus hunc esse loco prædonis, at prædo tenetur restituere ante latam sententiam. Respondeo, dici esse loco prædonis ad effectum, vt huiusmodi bona tali hæredi relicta possint ab illo extrahi, & vindicari, vt explicat Glos. ibi. Quod si esset prædo, non esset in ordine ad fiscum, qui non habet ius ad illa bona nisi post sententiam condemnatoriam: sed potius esset in ordine ad eos, ad quos illa bona alioqui deberent pertinere, & ita non essent restituenda fisco, sed hæredibus testatoris.

Obijcies secundo. Hæres sic institutus retinendo bona sibi relicta est possessor malæ fidei, at id, quod non est ex fide, peccatum est ad Roman. 14. & est argumentum Bartoli.

Respondeo, talem hæredem non esse possessorem malæ fidei, quasi peccet retinendo ante Iudicis sententiam illa bona, & quod putet sibi esse illicitum ea retinere: nam si id putaret, tunc esset in mala fide, & peccaret: & in hoc sensus sunt intelligenda verba S. Pauli. Dicitur vero hic esse malæ fidei possessor, quia scit illa bona esse per Iudicis sententiam fisco applicāda: quæ scientia efficit illum possessorē malæ fidei, & nō bonæ in hoc sensu, vt si ante sententiam illa bona, vel illorum fructus talis hæres consumat, etiam ante litis contestationem, teneatur post sententiam illa restituere fisco, sicut etiam illorum fructus.

10 Dico sexto. Hæres vel legatarius, qui talem fidē dedit testatori de hæreditate restituēda spurio, vt indignus per sententiā Iudicis debet priuari hæreditate, & fisco applicari. l. non intelligitur. §. si quis palam. l. ita fidei. ff. de iure fisci. l. prædonis loco. ff. de petitio. hæredit. l. in tacitis. l. Lucius. §. finali. ff. de legatis 1. l. ex facto. §. Iulianus. ff. de vulgar. & pupill. substitut. l. ex bona fide. ff. ad l. Falcidiam.

l. 3. C. eodem tit. l. cum quidam. §. diuus Pius. ff. de vsuris. & notant Couarr. in epit. de sponsalibus. 2. par. cap. 8. §. 5. num. 7. Molina tom. 1. de iustit. disput. 169. conclus. 4.

11 Item huiusmodi hæres, nisi se prodat fisco, non solum amittit bona sibi relicta, sed etiam omnia alia bona sua, & punitur item pœna relegationis, seu deportationis in insulam, vt habetur in l. vnica. C. de ijs, qui se deferunt lib. 10. ad finem. Quod si se fisco manifestet, non incurrit dictam pœnam, immo à fisco illi applicatur tertia pars illorum bonorum, in quibus fraus est cómissa. dicta l. vnica.

12 Item si spurius post bona sibi tradita vel à parente, vel ab huiusmodi hærede rem totam fisco denunciet, consequitur partem dimidiam illorum bonorum, quæ sibi tradita sunt. l. cum tacitum. ff. de iure fisci. Quod si tertia alia persona rem totam fisco deferat, consequitur tertiam partem illorum bonorum; vt notant Glos. in l. edicto. ff. de iure fisci. Anton. Gomez in l. 9. tauri num. 31. & 32.

13 Dico septimo. Hæres institutus, si fidem non præstitit testatori de restituenda hæreditate testatoris filio spurio, & postea illam vel integram, vel ex parte dicto spurio tradat, poterit hic spurius tuta conscientia illa bona capere, & retinere. ita Couarr. in epit. de sponsal. 2. par. cap. 8. §. 2. num. 8. versic. secundo. Sotus lib. 4. de iustit. quæst. 5. ar. 1. ad 4. in fine. Anton. Gomez in l. 9. tauri, num. 21. Molina tom. 1. de iustit. disp. 169. conclus. 2. Lessius libro 2. de iustit. cap. 19. dub. 6. num. 62. Nam spurius illa bona capit à vero domino, qui est hæres institutus, nec vlla lege prohibetur, non posse sic institutum, quando nulla promissio præcessit, bona sibi relicta sine vlla conditione tradere filio spurio testatoris, nec enim censetur ea dare nisi ex sua liberalitate, & gratitudine.

14 Item filius spurius poterit tuta conscientia bona capere, & retinere ab hærede instituto, quamuis hæres promiserit testatori, se redditurum hæreditatem sibi relictam filio spurio testatoris, vt affirmant Couarru. loco citato. vers. tertio infertur. Molina disp.

disp.169. conclus.6. nam licet hæres peccauerit mortaliter præstando talem fidem, & cõmittendo fraudē in leges prohibentes huiusmodi promissiones sub grauissimis pœnis, vt bene asserunt Couarr.& Lessius locis citatis, sicut etiam testator peccauit mortaliter sic testando, vt notat Less. dicto n.62. tamen cum hæres sit dominus hæreditatis sibi relictæ, nec ob fidem præstitam testatori reddatur incapax talis hæreditatis: poterit tanquã dominus illam integram, vel ex parte tradere filio spurio testatoris. nec spurius in hoc casu redditur incapax accipiendi talem hæreditatem, quia illam non capit à patre, sed ab hærede, qui ex liberalitate tradit eam filio spurio, cum sciat se non astringi ad tradendam dictam hæreditatem filio spurio testatoris, & promissionem factam contra leges non obligare.

15 Dico octauo. Si hæres propter promissionem factam testatori tradat filio spurio testatoris hæreditatem sibi relictam putans ex errore & ignorantia, se teneri in conscientia eam illi tradere, tunc tenetur spurius eam reddere tali hæredi, qui est dominus hæreditatis sibi relictæ. ita Molin. tomo 1. de iustit. disp.169. conclus. 7. Lessius lib. 2. de iustit. cap.19. dub.6. num. 63. Nam in tali casu filius spurius nullũ titulum habet, ex quo possit sibi comparare dominium illorum bonorum, ergo non poterit illa retinere, nec enim talis donatio est voluntaria, cum ex ignorantia procedat. Quod si, re cognita, permitteret hæres, vt ea bona à spurio retinerentur, posset tunc spurius illa retinere. ita Lessius dicto nu. 63. Posset item spurius manifestare rem fisco, nam detegendo crimen hæredis, poterit sibi acquirere dimidiam partem illorum bonorum, quæ sunt relicta hæredi, vt dictum est, nec peccaret manifestando, cum vtatur iure sibi concesso per legem Cum tacitum, ff. de iure fisci.

16 Dico nono. Si duo parentes habentes filios spurios inter se conueniant hoc modo. Institue filium meum spurium hæredem tuorum bonorum, & ego instituam filium tuum spurium hæredem meorum bonorum, inualida est hu-

iusmodi institutio. & tenentur filij spurij ea bona restituere mãdãti, vel hæredibus illius. quia id est aperte in fraudem legũ; & perinde esset ac si diceret vnus ex illis alteri. Vendo tibi bona mea mille aureis cum pacto, vt tenearis illos tradere filio meo spurio. vel si diceret. Commuto bona mea cum tuis cum pacto, vt tua bona tradas filio meo spurio, nec enim filius spurius poterit ea capere tanquam incapax. Et si aliter diceretur, lex suum nõ sortiretur effectum.

17 Dico decimo. Cum supra dictum est, in pœnam hæreditatem applicari fisco, intelligendum id est applicari fisco seculari, si hæres sic institutus fuerit laicus, quãuis testator & filius spurius fuerint clerici. quod si hæres fuerit clericus, tunc pertinebit hæreditas ad fiscum Ecclesiasticum; quamuis testator & filius spurius sint laici. ita Cassaneus in consuet. Burgund. rubr. 8. §. 5. num. 4. Couarr. de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 5. num. 10. vers. septimo. Segura in l. 3. §. vlt. n. 145. ff. de liber. & posthum. Molina tom. 1. de iustit. disput. 169. vers. dubium est. Nam iura id statuerunt in pœnam hæredum, & propterea si hæres fuerit laicus, merito in pœnam illa bona applicantur fisco seculari, si clericus, fisco ecclesiastico. Notat Molina loco

18 citato. cõcl. 4. vers. dubium est, quod, quando parens aliquid dat, vel relinquit filio spurio, vel immediate, vel per tertiam personã, quæ tamen nullũ ius acquirat in illa bona, sed sit veluti deferens ea bona, tunc dicta bona non pertineant ad fiscũ, sed ad legitimos hæredes testatoris. & ita habetur in l. 1. §. sicut itaque. C. de natural. liber.

19 Dico vndecimo. Si quis non habeat filios legitimos, potest instituere suum hæredẽ vniuersalem filium naturalẽ. ita Lessius lib. 2. de iustit. cap. 19. dub. 6. num. 71. & constat ex cap. licet. C. de filijs naturalibus. Quod si careat filijs legitimis, habeat tamen ascendentes, tunc etiam potest instituere hæredem filium suum naturalem, dummodo ascendentibus partem legitimam relinquat. ita Lessius nu. 72. Couarr. in 4. Decretal. part. 2. cap. 8. §. 4. num. 12. & patet ex Authent. licet. C. de natur. li-

liber. & notat ibi Glossa communiter recepta. Idem patet ex Authent. de hæredibus ab intestato, & Nouella 118. Hoc tamen in multis locis non est in vsu, & ita in illis poterit pater omnia bona sua dare filio naturali, ita Lessius num. 72.

20 Si filius naturalis nō instituatur hæres, tunc hic non succedet patri ab intestato nisi in duabus vncijs, idest in sexta parte bonorum, vt patet ex l. licet. C. de naturalibus liberis. Item si pater habeat filios legitimos, tunc filius naturalis non succedet cum illis ab intestato. Potest tamen ei relinqui vncia, idest pars duodecima bonorum, ita Lessius num. 74. Si mater careat prole legitima, tunc filius naturalis succedit matri etiam intestatæ. Quod si habeat prolem legitimam, tunc putat Lessius num. 75. succedere ex æquo cum illa, quod probat ex l. si qua illustris. C. ad Senatus consult. Orficinianum.

SVMMARIVM.

1 *Spurius est incapax bonorum paternorum.*

2 *In actu vltima voluntatis nulla fraus debet præsumi, nec quod quis sit salutis æterna immemor.*

QVAESTIO XXVIII.

An, si pater testamento reliquit filio suo spurio mille aureos, referens, se ex contractu quodam oneroso esse debitorem dicto filio spurio illorū mille aureorum, teneantur hæredes testatoris illos tradere dicto filio spurio.

1 Respondeo. Talem cōfessionem factam etiam in testamento nihil probare nec in foro interiori, nec exteriori; nā cum spurius si incapax bonorum paternorum Authent. ex complexu. de incestis nuptijs, censetur talis confessio esse facta in fraudum legis. l. cū quis decedens. §. Titia. de legatis 3. & l. qui testamentum. ff. de probation. & præsumitur testator id fecisse ex affectu naturali, vt notat Bald. in l. 1. nu. 4. de fals. caus. adi. leg. quod

est verum, quamuis pater talem confessionem iureiurando confirmauerit; nam etiam in tali casu non carebit huiusmodi confessio fraudis suspicione, vt obseruant Barto!. in dicta l. cum quis decedens.§. Titia.nu. 1. Romanus cons. 120. num. 11. Alexand. vol. 3. cons. 18.

2 Si dicas. In actu vltimæ voluntatis nulla fraus debet præsumi l. ex hoc edicto. §. alienare. ff. de aliena. iud. muta. cau. fac. & notat Imola in l. si is qui. n. 3. de vulg. & pupillar substit. Nemo enim debet præsumi, quod sit salutis æternæ immemor. l. vlt. C. ad l. Iuliam repetũd. & multo minus est præsumendum, quod testator velit committere fraudem, cum videat se paulo post redditurũ rationem de omnibus coram Deo. Respondeo ordinarie in actu vltimæ voluntatis fraudẽ non esse præsumendam, at cum agitur de hæreditate relinquẽda filio spurio, qui est incapax paternorum bonorum, communiter doctores asserunt, eius verbis non esse habendam fidem. ita Felinus in cap. litteras. num. 11. de præsump. Natta cons. 146. num. 17. & patet ex l. qui testamentũ. ff. de probatio. nisi quãdo adessent aliæ coniecturæ, quæ id probarent.

SVMMARIVM.

1 *Si parens instituat hæredem suorum bonorum aliquem amicum suum, eique commendet filium suum spurium, potest hic postea instituere hæredem filium spurii testatoris.*

2 *Potest parens instituere hæredem suorum bonorum filium suum spurium sub conditione, si à principe legitimabitur.*

3 *An ratione societatis initæ cum alio possit pater facere, vt sua bona deueniant ad spurium.*

QVAESTIO XXIX.

Quomodo fieri potest, vt pater sua bona relinquat fillo suo spurio, et hic tuta conscientia possit illa capere, nec deueniant ad fiscum.

1 RESPONDEO. Posse id fieri præcipue duobus modis. Primo. Si parẽs instituat hæredẽ suorum bonorũ aliquem amicum suum, eique commendet filium

filium suum spurium. nam hic postea poterit filium spurium testatoris instituere hæredem, vel restituere talem hæreditatem spurio. debet tamen cauere parens, ne hæredem obliget ad restituendam hæreditatem filio spurio. & hunc modum tradunt gloss. in Authent. quibus modis natural. effician. sui. §. finali. in verbo participium. Paulus in l. si is qui. ff. de vulg. Speculat. tit. de successi. ab intestato. §. 1. vers. quid si pater. num. 30.

2 Secundo. Potest hoc fieri instituendo hæredem suorum bonorum filium suum spurium sub conditione, si fuerit à Principe legitimatus. tunc enim secuta legitimatione poterit spurius tuta conscientia hæreditatem obtinere. cum incapax possit institui hæres in tempus, quo capere possit l. in tempus. ff. de hæred. instit. & l. sicut. ff. qui mo. vsufruct. amitt. & notat ibi Glosa in princ. & hunc modum afferunt Parisius lib 3. consil. 23. num. 24. in fine. Socin. iunior lib. 2. cons. 121. nu. 25. Io. Crott. consil. 425. num. 48. Carolus de Grass. de effect. cleric. effect. 15. num. 53. Decius consil. 40. Paulus de Castro lib. 2. cons. 301. vers. ad primum. Simon. de Pret. de interpret. vltim. volunt. libro 2. inter 2. sol. 1. num. 38. Bald. in l. Gallus. §. instituens. num. 2. ff. de liber. & posth. & ibi Iason num. 5. Gomez in l. 9. tauri. num. 18. Couar. de sponsal. 2. par. cap. 8. §. 5. num. 5. & 12. Molina lib. 2. de primog. cap. 7. num. 40. & 41. Duennas regula 366. Ceuallos de commun. opin. quæst. 391. num. 1. & quæst. 472. Curtius iunior consil. 84. num. 3. Cagnolus in l. quamdiu potest. nu. 3. C. de regul. iuris. dicens esse veram opinionem. Gualdensis de arte testandi. tit. 1. cautela 14. num. 15. Catellus Cotta in vltimis memoralibus. verbo spurius. Aretinus cons. 155. Molina tom. 1. de iustit. disp. 169. in fine, vbi dicit hanc sententiam esse veram, dummodo, quamprimum licuerit, petatur legitimatio, putatq; reddi institutionem inualidam, si semel denegetur. nec enim legitimi hæredes expectare debēt, quousque talis filius, non obtenta legitimatione, moriatur, vt in eius bonis succedant. Ait etiā Molina in eadem disp. 169. ad finem. vers. hactenus cum Claro.

ro. in §.testamentũ. q.31.quod si pater filium nondum legitimatum hæredem suorum bonorum instituat, isque ante patris mortem legitimationẽ consequatur, eã institutionem esse validam. Notant etiam Io. Lupus in rubric. de donat. inter virum & vxorem. §. 29. num.4. Couar. de sponsal.par. 2. cap.8.§.5.num.12. spurium, qui est institutus hæres sub cõditione, si à Principe fuerit legitimatus, posse, quamdiu conditio non est impleta, petere bona illa hæreditaria, eaque tanquam curatorem administrare.

3 Addunt alij tertium modum ad hoc, vt in paterna bona filius spurius succedat nempe. vt pater faciat filium suum spurium contrahere societatem vniuersalem cum aliquo, & postea socium instituat hæredem suorum bonorum: nam tunc ratione societatis initæ habebit spurius medietatem bonorum paternorum, nec tunc habebit illam ex bonis patris, sed ex bonis socij, cum quo inita fuit societas. & hunc modum afferunt Bartol. in l.si is qui duos. in fin. de liber.legat. & ibi Alberic. in fine. Hippolit. in l.de minore. §. tormenta. num.12. de quæstion. Tiraquel.lib.1.retract.§.26. glos. 1. num.33. Curtius iunior in l.1.num.19.C.de edendo. Opizonius in l. filius familias. §. diui. num.69. de legatis 1. & ibidem Crottus n. 78. Corset. in singular. verbo. spurius. Peralta in l. qui duos. num.33. de legatis 2. Notantque Bartol. loc. cit. Tiraquell. num.35. Duennas regula 366. limitat.11. Bald.lib.2.cons.75. fraudem in hoc casu non præsumi. Verum alijs merito hoc non placet. & in dubio videtur id in fraudem legis esse factum, vt bene notant Ludouicus de Sardis in tract. de legitimat. filior. cap.vlt. num.8. Couar. de sponsal. par. 2. c. 8. §.5. num.11. ad finem.

SVMMARIVM.

1 *Licet spurius ex bonis paternis nihil possit capere, verum ab alijs personis potest capere bona, quæ sibi donantur, & relinquuntur.*

2 *Executor testamentarius potest filium spurium testatoris nominare tamquam pauperem.*

QVAE-

QVÆSTIO XXX.

An si testator relinquat alicui, vt bona sua pauperibus distribuat, possit executor testamentarius illa tradere filio suo spurio.

1 Respondeo. talem executorem posse ex illis bonis aliquid conferre filio suo spurio pauperi. quia licet spurius ex bonis paternis nihil possit capere Authent. ex complexu. de incestis nuptijs, verum ab alijs personis potest capere bona, quæ sibi donantur, & relinquuntur. vt affirmant Gloss. in §. vlt. in authent. quibus modis natur. efficiant. sui. Bartol. in l. vlt. num. 9. ff. de his quibus vt indig. Nec enim tunc spurius censetur accipere illa bona à patre executore, sed à testatore, qui ea bona reliquit distribuenda. vt obseruant in dicta l. vlt. Alexand. n. 8. Iason num. 7. in fine.

Notandum tamen est quod licet talis executor testamentarium possit filium suum spurium tanquam pauperem eligere, non tamen poterit nominare filium spurium testatoris. nam qui nominatur, videtur ea bona capere à testatore, & non ab executore. l. vnū ex familia. in princ. §. 1. de legatis 2. & l. vtrum. §. cum quidam. de reb. dubijs. Et cū legibus prohibeatur, ne quid filio spurio relinquatur, facile erit fraudis suspicio. & videntur huiusmodi bona esse relicta in fraudem legis, vt hoc colore patris bona deueniant ad filium spurium iuxta l. qui testamentum. ff. de probation. & asserunt Bartol. in l. vlt. numero 7. de his quibus vt indig. Alciat. libro 9. consil. 213. nu. 12. Socinus senior in dicta lege vtrum. §. cum quidam. numero 10.
2 Verum cum alimenta filio etiam spurio debeantur, poterit executor testamētarius filium spurium testatoris nominare tanquam pauperem. vt bene affirmant Bald. volum. 1. consil. 79. in fine, & volum. 5. consil. 152. num. 5. & in l. id quod pauperibus. nu. 34. de Episcopis & clericis. & in l. illa institutio. num. 2. ff. de hæred. instit. & ibi Angel. nu. 3. Imo-

3. Imola num. 5. Ancharan. in cap. cum tibi. num. 19. de testament.

SVMMARIVM.

1 *Pater tenetur alimenta præbere suis filijs naturalibus & legitimis, & filijs naturalibus legitimatis, & filijs naturalibus non legitimatis. legitimati nō possunt priuari legitima.*

2 *Pater tenetur dotare filiam suam naturalem.*

3 *Dos succedit loco alimentorum.*

4 *Pater non tenetur alere, nec dotare filiam naturalē quæ est diues, & aliunde habet, vnde possit commode viuere, & sibi dotem constituere.*

5 *De iure ciuili patribus erat interdictum alimenta præbere filijs spurijs.*

6 *Non valeret de iure ciuili statutum, quo sanciretur posse patri aliquid relinquere filio spurio.*

7 *Iura ciuilia prohibentia, ne filijs spurijs præbeantur alimenta, non intelligenda sunt de alimētis necessarijs, sed quando illa filij aliunde possunt habere.*

8 *De iure canonico tenentur patres competentia alimenta præbere filijs spurijs.*

9 *Clericus potest filios spurios alere ex redditibus Ecclesiasticis, & filias spurias dotare.*

10 *Filij nati ex sacerdotibus sūt odiosi in iure.*

11 *Aui tam materni quam paterni & alij attendentes in defectum parentum tenentur alere filios spurios.*

12 *Spurius potest succedere auo.*

13 *Spurij possunt inter se succedere tanquam cognati.*

14 *Pater tenetur dotare filiam spuriam.*

15 *Clericus potest filiam suam spuriam dotare.*

16 *Aliqui sentiunt patrem non teneri dotare filiam spuriam.*

17 *In assignanda dote filiæ spuriæ habenda est ratio, ne excedat eam quantitatem alimentorum, quæ necessaria est ad vitam conseruandam.*

18 *Dos constituitur, vt inde mulier alatur, & loco alimentorum succedit.*

19 *Aliqui dicunt dotem filiæ spuriæ esse constituendam iuxta facultates & dignitatem parentum.*

20 *Pater potest dare filiæ spuriæ nupturæ plus alimentorum in dotem, quam si nuptura non esset.*

21 *Pater tenetur alimenta præbere nepotibus spurijs, si pauperes sunt.*

22 *Si dos data filiæ spuriæ sit excessiua, potest repeti etiam constante matrimonio.*

23 *Non solum pater tenetur alere filium spurium, sed etiam potest illi relinquere legatum loco alimentorum.*

24 *Cum aliquid relinquitur, vel donatur à patre filio suo spurio, in dubio intelligitur esse datum pro alimentis.*

In

25 *In dubio fieri debet interpretatio, per quam actus sustineatur.*
26 *Quando aliquid fit, de quo est dubium, an possit fieri, est præsumendum esse factum ex ea causa, ex qua fieri potest.*
27 *Ita valet id, quod datur filio spurio propter alimenta, vt si fiat excessus, reuocetur quo ad illum excessum, & sustineatur vsque ad summam pro alimentis.*
28 *Filio spurio non secundum dignitatem sed secundum necessitatem debentur alimenta.*
29 *Aliqui dicunt spurijs deberi alimenta iuxta personæ conditionem.*
30 *Filius spurius tenetur præbere alimenta patri eo modo, quo pater tenetur spurio præbere alimenta.*
31 *Dispositum in vno correlatiuorum locum habet in alio.*
32 *Parentes filiis illegitimis eodem modo succedunt, quo filii succedunt ipsis parentibus.*

QVÆSTIO XXXI.

An pater teneatur alimenta præbere filiis illegitimis.

1 DICO primo. Certũ est teneri patrem alimenta præbere suis filijs naturalibus & legitimis. l. si quis à liberis, §. si quis ex ijs. ff. de liber. agnoscend. & l. necare. ff. eodem tit. Certum item est teneri patrem alere filium naturalem legitimatum, vel à Principe, vel per subsequens matrimonium, quia legitimatus non differt à legitimis. §. sit igitur licentia. in Authent. quibus modis naturales efficiant. legit. & §. quoniam variæ, in Authen. quibus mod. natural. effic. sui. & ita legitimatus non potest à patre priuari legitima. ex Baldo in cap. de causis. nu. 34. de offic. delegat. Alexand. volum. 1. consil. 139. num. 2. versic. 3. Beroio vol. 2. consilio 57. num. 40. Iasone volum. 2. cons. 154. vers. octauo principaliter. Certũ item est teneri patrem alimenta præbere filijs naturalibus. Authent. licet. C. de natural. liber. & affirmant Gloss. in l. si quis à liberis. ff. de liber. agnos. Bartol. in tract. alimento. num. 17. Iason in Authent. res quæ. nu. 8. C. comm. deleg. Crauetta consil 89. nu. 1. Couarr. de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 6. Bald. in l. id quod pauperibus. nu. 38. C. de Episcopis & cleric. vbi ait, quod si pater in testamento præcipiat,

piat, ne filio suo naturali dentur alimenta, possint tamen executores ea præbere, quod etiã asserit Marsil. singul. 358. in fine.

2 Dico secundo. Pater tenetur dotare filiam suam naturalem. ita Ripa in l. 1. num. 65. ff. solut. matrimonio. Beroius volum. 2. consl. 161. num. 21. & seqq. Couar. de sponsal. par. 2. c. 8. §. 6. num. 11. Tiraquell. de iure primog. quæst. 62. num. 12. nam pater tenetur alere filiam naturalem, vt patet ex dictis, ergo etiam dotare. nam qui tenetur aliquã fœminam alere, tenetur etiam eandem dotare. l. vxorem. §. pater naturalis. ff. de legatis 3.

3 Deinde dos succedit loco alimentorum, vt asserunt Ripa in l. 1. ff. soluto matrimon. nu. 67. Boerius decis. 127. num. 2. Capicius decis. 181. nu. 1. Anton. Gabriel. lib. 6. commun. tit. de alimentis. conclus. 1. num. 14. Molin. libro 2. de primogen. cap. 15. num. 50. sed pater tenetur filiæ naturali præbere alimenta, ergo etiam tenebitur præbere dotem.

Obijcies. In l. vxorem. §. pater naturalis. ff. de legatis 3. dicitur non posse filiam naturalem agere contra patrẽ pro dote, quæ fuit promissa eius marito, ergo pater nõ tenetur dotare filiam naturalem. Respondeo illum textum esse intelligendum de filia naturali, quæ est diues, & aliunde habet, vnde commode possit viuere, & sibi dotem constituere:

4 tali enim filiæ patrem non teneri alimenta, nec dotem præbere habetur in dicta l. & affirmant. Iason in Authent. res quæ. limitat. 7. C. comm. de legat. Benedic. in cap. Raynutius. verbo. vxorem. num. 126. de testam. Lupus in cap. per vestras. notab. 3. §. 23. num. 7. de donation. inter vir. & vxor. Cordub. in l. si quis à liberis. §. rescripsit. num. 28. ff. de liber. agnoscend.

5 Dico tertio. De iure ciuili patribus erat interdictum alimenta præbere filijs spurijs, vt patet ex §. finali. in Authẽt. quibus modis natur. effician. sui. & l. humanitatis, & Auth. licet. C. de natural. liber. & Authent. ex complexu. C. de incestis nupt. cap. per venerabilem. in fine. qui filij sint legitimi. & affirmant Abbas in cap. tanta. qui filij sint legitimi. num. 13. Couarr. in epito.

de

de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 6. Cephalus consil. 48. n. 10. & cons. 226. num. 29. Ratio, cur id prohibeatur de iure ciuili, est, quia licet nasci ex coitu damnabili, nempe ex sacrilegio, adulterio, &c. vitium sit patris & non filij: cap. nasci. dist. 16. quia tamen parentes in filijs puniuntur. l. isti quidē. ff. quod metus causa: ideo ius ciuile, vt parentes ab huiusmodi nefarijs copulis retrahat, punit filios prohibendo, ne quid filio spurio tradatur,
6 vel relinquatur. Et ita non valeret de iure ciuili statutum, quo sanciretur posse patrem aliquid relinquere filio spurio, vt notant Bald. volum. 5. cons. 458. num. 9. Crauetta consil. 137. num. 2. Natta cons. 402. num. 24. Alexand. volum. 6. cōsil. 129. num. 17. Federicus de Senis cons. 277. Socin. volum. 4. cons. 95. num. 8. Alciatus
7 cons. 123. num. 10. Verum iura ciuilia prohibentia, ne filijs spurijs præbeantur alimenta, intelligenda sunt non de alimentis, sine quibus filij spurij vitam conseruare non possent, nam hæc de iure naturali tenentur parentes filijs spurijs præstare: neque enim potestate humana potest tolli filijs etiam spurijs ius, quod habent, vt à parentibus debeant ali. vt notant Couarr. de sponsalib. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 3. Speculator tit. qui filij sint legitimi. §. 1. vers. sed pone. Alexand. in l. sicut dotem. §. 1. num. 9. ff. soluto matrim. Azor tom. 2. lib. 2. cap. 4. q. 7. & si ius ciuile aliud vellet, esset aperte iniquum, immo in defectum parentum tenentur alij dare: sed intelligenda sunt de alimētis, quæ aliunde tales filij comparare sibi possent vel proprio labore, vel industria, vel alijs modis, vt bene notant Molina tom. 1. num. 1. de iustit. disp. 168. in princip. Azor loc. cit.
8 Dico quarto. De iure canonico tenentur patres competentia alimenta præbere filijs spurijs, vt constat ex cap. cum haberet de eo, qui duxit in matrim. quam polluit per adulterium. vbi dicitur. Solicitudinis tuæ intererit, vt vterque nempe tam pater, quam mater liberis suis, secundum quod eis suppetunt facultates, necessaria subministrent. & affirmant Abbas volum. 2. cons. 56. & cons. 115. Decius cons. 312. num. 4. Ruinus volum. 1. cons.

conf.124. num.8. Socinus iun. volum.2. conf.130. num.3. Beroius volum.2. conf.165. num. 23. Marsil.singul.358. Roland. volum.1. consil.74. num.39. & 47. & volum.3. conf. 22. num. 31. Menoch.de præsump.lib.1. q.36. num.13. Lupus in repetit. cap. per vestras. notab. 3. §.23. num.22. de donat. inter virum & vxorem. Couarr. in epit. de sponsal. 2. par.cap.8. §.6. num.1. & 6. Mantica de coniecturis vltim. volunt.lib.8. tit.5. num.12. Duennas regul. 305. num.6. limit. 6. Molina tom.1. de iustit. disp. 168. non longe à princip. versic. iure tamen. Abbas in dicto cap. cum haberet. num. 5. Bartol. in l. si quis à liberis. §.2. ff. de liber. agnoscend. & l. vlt. num. 7. ff. de ijs quibus vt indig. Gama decis.11. num. vlt. Anton.Gomez in l.9.tauri. num.37. Azor tom.2. lib.2. cap.4. quæst. 7. & cap.12. quæst.2. Pontanus tractat. de alimentis.cap.1.num.9. & sequentib. Nauar. de spolijs clericorum.§.vlt.num.9. Lessius lib.2. de iustit.cap. 19. dub. 6. num.67. qui dicit esse communem sententiam. Rebellus de obligationibus.2.par.lib.5.q.8. sectio.2. num.4. nam de iure naturæ est, quod patres alant filios. quare ius canonicum sustulit illud, quod iure ciuili fuit statutum tanquam minus consentaneum naturali pietati. &

9 quod dixi, est intelligendum de omnibus spurijs, quamuis sint nati ex incestis nuptijs, & ex incestuoso & nefario coitu. vt notant Molin. loco cit. Anton. Gomez num.38. Cordub. in l.si quis à liberis. §. idem rescripsit. num. 13. & seqq. de liberis agnoscendis. Nauarrus de spolijs clericorum. §.vlt.nu. 9. addēs hoc esse verum etiam in filijs presbyterorū, nec obstare Extrauagātem Pij Quinti. Lupus in repetit. cap. per vestras. notab. 3. §. 10. num.4. de donat. inter vir.& vxor. vbi ait esse communem opinionē. & §.23. num.13. ait Clericum de redditibus Ecclesiæ posse filiā incestuosam dotare, quod idem asserit Duennas dicta regula 367. num.3. ampliat.3. in fine. Decius conf.611. in fine. Garzias tract. de vlt. fine. nu. 78. Paleot. tract. de nothis. c. 46. num.5. & seqq. Abbas volum.2. consil.50. & in c.1.n.4. de cohabit.cleric.& mulier.vbi ait, quod, quamuis clericus grauiter peccauerit dādo operam

rebus venereis, possit tamen filios à se procreatos alere ex redditibus Ecclesiasticis, posseq; illis subuenire tanquã pauperibus, & in dictis filijs valere id, quod est statutum in d.c. cũ haberet de eo, qui dux. in vxo. eam. Nam quamuis isti filij ex damnato & punibili coitu sint procreati, cum tamen ipsi non peccauerint, æquitas exigit, vt à parentibus illorum necessitatibus subueniatur, & non debent tam acriter puniri ob delictum patris. l. sancimus. C. de pœnis, & cum id, quod est statutum in dicto cap. cum haberet, sit fauorabile, debet extendi, & ampliari præsertim in fauorem innocentium filiorum. l. cum quidam. ff. de liber. & posth. quare non placet sententia Bartoli, qui vol. 1. consf. 119. ait patrem sacerdotem nihil posse etiam nomine alimentorum relinquere filio suo.

10 nam filij nati ex sacerdotibus sunt magis odiosi in iure ex Ang. consf. 401. n. 7. Ceph. consf. 410. nu. 26. Palæot. trac. de nothis. c. 16. n. 16. & quod nefarios & incestuosos filios pater non teneatur alere, asserit etiã Bald. in Authen. ex complexu. in princ. C. de incef. nupt.

11 Hic nota, auos tam maternos, quam paternos, & alios ascendentes in defectum parentum teneri alere filios spurios, ita Bartol. in l. penult. ff. de liber. agnoscend. Socin. vol. 2. consf. 161. Couarr. in Epito. 2. part. cap. 8. §. 6. n. 16. Anton. Gomez in l. 9. tauri. num. 38. Molina tom. 1. de iustit. disp. 168. vers. non solum. Azor tom. 2. libro 2. cap. 12. quæst. 6. & colligitur ex l. penult. ff. de li-

12 ber. agnoscend. Immo notant Glos. in l. vlt. de natural. liber. Bartol. in l. Gallus. §. quid si is. de liber. & posth. & Mantica lib. 11. de coniecturis spurium posse succedere auo, cum in illo cesset odium vitij paterni.

13 Præterea spurij possunt inter se succedere tanquam cognati, cum cognatio ab ipsa matre, quæ semper est certa, descendat §. vulgo. instit. de successio. cognat. & l. si spurius. ff. vnde cog. coniunc. & l. quia semper. ff. de in ius vocan.

14 Dico quinto. Pater non solum tenetur alimenta præbere filiæ spuriæ, vt probatum est, sed etiam tenetur illam dotare, & probatur ijsdem rationibus, quibus d. 2. nu. 2. probauimus patrem teneri dotare

S filiam

filiam naturalem, & docent Bartolus in l. finali num. 7. ff. de ijs quibus vt indig. & in Authent. Ex complexu. C. de incestis nuptijs. num. 4. & in l. Mæuius. §. duobus. num. 18. ff. de legatis 2. Socin. in l. 1. ff. soluto matrim. num. 25. & ibi Ripa num. 65. Curtius senior cons. 39. in princip. Angelus de testament. glosa 69. nu. 2. Lupus in repetit. cap. per vestras notab. 3. §. 23. num. 22. Iason vol. 1. cons. 26. num. 12. Couarr. de sponsal. 2. part. cap. 8. §. 6. num. 11. Duennas reg. 367. num. 3. Gama decis. 149. num. 7. Roland. lib. 3. cons. 85. num. 4. Hieron. Gabriel cons. 25. num. 4. & 15. Molina lib. 2. de primogen. cap. 15. num. 45. Decius cons. 101. vers. quibus tamen. Molina tom. 1. de iust. disp. 168. vers.

15 In dotem. quare clericus potest filiam suam spuriam dotare, vt dixi num. 9. & præter illos doctores tradunt etiam Menchac. de successio. creatio. §. 100. n. 500. asserens etiã ex fructibus beneficij posse eã dotare, si alia bona non habeat. Sic etiam sentiunt Nauarr. de spolijs clericorũ. §. vlt. n. 11. Lara in l. si quis à liberis. §. idem rescripsit. de liber. agnoscend. n. 26. Molina d. disp. 68. versic. in dotem. vbi ait, in dotẽ filiæ spuriæ, etiamsi illa clerici filia sit, tradi à parentibus potest id omne, quo illa ad cõpetentia alimenta in totã vitã indiguerit. qui nãque alere potest filiã spuriã, potest illam dotare eo, quod dos loco alimentorũ succedat. deinde ad patrem pertinet cõsulere pudicitiæ & honori filiæ spuriæ, cui consulit illã dotando. & est ratio Baldi lib. 5. cons. 456. num. 8. Caccialupi in l. si qua illustris. num. 92. C. ad Orfician. Nouelli de dote 6. par. priuil. 16. Boerij decis. 127. n. 14. Vincent. de Franchis decis. 283. num. 14. par. 2.

16 Quãuis Alex. in l. filia. in princip. ff. ad Trebell. & in l. 1. ff. soluto matrim. n. 18. Cãpeg. de dote. 1. par. q. 17. ad fin. Ludouic. de Sardis trac. de natural. liber. c. de obligatio. inter patrem & filium. n. 5. Ias. in Auth. res quæ. nu. 8. C. communia. de legatis. Boer. decis. 127. n. 13. & seqq. sentiant patrem non teneri dotare filiam spuriam. sed nostra sententia est vera, & sequenda.

17 DICO sexto. In assignanda dote filiæ spuriæ habenda est ratio, ne excedat eã quantitatem

tem alimẽtorum, quæ necessaria est ad vitam conseruandã, non enim illam potest excedere, vt bene sentiunt Ant. Gabr. lib. 6. cõmun. tit. de alimentis. concl. 1. nu. 14. Capicius decis. 181. n. 1. Bald. lib. 1. cons. 457. n. 1. ad finem. Rolan. lib. 1. cõs. 74. n. 40. & seqq. Gama decis. 343.

18 n. 4. nam, vt dictum est, dos cõstituitur, vt inde mulier alatur l. vbi adhuc. C. de iure dotium, & loco alimentorum succedit l. filiam. §. Titia. de condition. & demonstrat. & ideò illa dos erit iusta, quæ alimentis respondebit, & propterea quicquid datur vltra modum alimentorum, potest reuocari, & non valet id, quod supra excessum datum est.

19 Alij vero dicũt dotẽ filiæ spuriæ esse cõstituendã iuxta facultates & dignitatem parentum, & alias qualitates, quæ habentur in l. si filiæ. de legat. 3. & ita affirmãt Abbas lib. 2. cons. 115. n. 1. Decius cõs. 611. n. 8. Vinc. de Frãchis decis. 283. n. 18. par. 2. & quidem ordinarie ita fit. & vbique est consuetudo, vt in ea dotandã habeatur ratio facultatum paternarum, nobilitatis, &c. Verum hoc aliquibus non placet; nam licet in constituenda dote filiæ legitimæ debeãt spectari facultates & qualitates parentis, vt bene docet Decius cons. 26. num. 2. & seqq. at in dotanda filia spuria, dicunt hoc non esse admittendum, cũ iura magno cum rigore prohibeãt, ne filiæ spuriæ detur dos, quæ alimẽtorum quantitatem excedat.

20 Dico septimo. Pater potest dare filiæ spuriæ nupturæ plus alimentorũ in dotem, quã si nuptura non esset. ita Vincentius de Franchis decis. 283. n. 14. par. 2. Palæot. trac. de nothis c. 47. n. 7. Rebel. de obligatio. iustit. 2. par. lib. 5. q. 8. sect. 2. num. 6. nam non solum est habenda ratio ipsius spuriæ, sed etiam filiorũ, seruorum, & ancillarum. l. ius alimentorum. vbi pupillus educari debeat. & l. habitatio. de vent. in possession. mittend. deinde quia alioqui periculum esset, ne indignum maritum inueniret, & ita incurreret periculum incontinentiæ, quare ad hoc malum vitandum debet pater plus alimentorum spuriæ in dotem dare, si velit nubere, quam

21 si nuptura non esset. Item si pater tenetur alimenta præbere nepotibus etiam spu-

rijs, si pauperes sunt, vt habetur in cap. cum haberet ad fine de eo, qui duxit, & affirmāt Ruinus lib. 1. cons. 124. num. 11. Roland. lib. 3. cons. 89. nu. 9. multo magis tenebitur suis legitimis nepotibus natis ex spurijs alimenta præstare l. final. C. de natural. liber. quare in constituenda dote filiæ spuriæ, debet pater habere rationem nepotum, qui ex illa possunt facile procreari.

22 Dico octauo. Si dos data filiæ spuriæ sit excessiua, potest repeti etiam constante matrimonio, ita Couar. de sponsal. 2. part. cap. 8. §. 6. nu. 12. Ripa in l. 1. ff. soluto matrim. num. 68. Bacca de non meliorandis filiabus cap. 32. n. 5. & 10. nam cum dos non possit excedere quantitatem alimentorum modo supra explicato. & si excedat, non valeat dos quo ad illum excessum. Authent. ex complexu. C. de incest. nupt. & affirmāt Bartol. in l. finali de his quib. vt indig. Baldus in l. eam quam. C. de fideicomm. nu. 41. Hieron. Gabr. lib. 1. cōs. 25. n. 15. sequitur, illū excessum posse statim repeti. Secūdo, filius spurius nihil potest habere à patre vltra alimenta, ergo si pater aliquid vltra dotem det filiæ spuriæ, quamuis etiam consentiant filij eius legitimi, non poterit filia spuria tuta conscientia illud retinere.

Obijcies cum ijs, qui sentiunt excessum dotis non posse repeti durante matrimonio, at vero dote reddita filiæ spuriæ, posse talē excessum repeti, & reuocari, ita Bartol. in l. finali §. si à socero. quæ in fraud. credito. Roland. l. 1. cons. 74. n. 49. & l. 3. cons. 85. n. 12. Cassan. in consuetud. Burgund. rubrica 8. §. 3. nu. 13. In dicta l. finali dicitur dos nō posse reuocari cōstante matrimonio, quādo est data in fraudem, posse vero reuocari soluto matrimonio, at in casu nostro dos est data in fraudē legis, quæ prohibet, nē detur filiæ spuriæ dos excedēs quātitatē alimentorum. ergo. Respōdeo legē prædictam tantum velle, dotē non posse, durāte matrimonio, reuocari, quādo fuit data in fraudē hominis, at in casu nostro dos datur in fraudē legis, & ita poterit statim reuocari quo ad illū excessum, vt notant Roland. dicto cons. 74. n. 50. Couar. de spōsal. lib. part. 2. cap. 8. §. 6. nu. 12.

Obij-

Obijcies secundo cum ijs, qui sentiunt posse quidem statim reuocari illum excessum, quando maritus sciebat, fœminam, quam duxit in vxorem, esse spuriam, non tamen si id ignorauit, nam tunc dicũt non posse repeti illum excessũ nisi post dissolutum matrimonium. & ita sentiunt Cumanus in dicta l. finali n.3. Ripa in l. 1. ff. soluto matrimon. nu. 68. Anton. Gomez in l.9. tauri. n. 44. Cordubens. in l. si quis à liberis. §. idem rescripsit. nu. 33. ff. de liber. agnoscen. Roland. lib. 3. consi. 85. num. 13. Nauarr. in apolog. de reddit. quæst. 2. monit. 26. num. 2. nam alioqui gener remaneret deceptus, & alter, qui dotauit spuriam, ex sua fraude locupletaretur. Respondeo. In hoc casu generum posse agere contra socerum, vt damnum sibi illatum restituat, non tamen argumentum probat, quod dos quo ad illum excessum valeat, & quod possit illum retinere maritus contra iura id prohibentia.

23 Dico nono. Non solum pater tenetur alere filium spurium, sed etiam potest illi relinquere legatum loco alimentorum, & legatum sub hac ratione illi relictum est validum. ita Bartol. in l. finali. num. 7. de his quib. vt indig. vbi ait patrẽ posse relinquere filio spurio fũdum ad alimenta. & in Auth. Ex complexu. C. de incestis nuptijs ait posse patrem certam quantitatẽ relinquere filio spurio pro alimentis. Abbas vol. 2. cons. 50. num. 2. Aretin. instit. de iure natur. in princip. nu. 6. vbi scribit, posse patrem filio spurio relinquere aliquam rem, quæ succedat loco alimentorum. & in tract. de alimentis. glos. 6. in fine. Decius cons. 376. num. 2. Caccialup. in Authen. si qua illustris. nu. 92. C. ad Orficinianũ. vbi putat valere legatum factum spurio pro alimentis. Ruinus vol. 1. cons. 124. num. 6. Paris. vol. 2. cons. 9. num. 3. Socinus iunior volum. 2. consil. 130. num. 3. Ripa in l. 1. num. 68. ff. soluto matrimon. Albanus consilio 44. vbi sentit, tunc non peti legatum tãquam legatum, sed tanquam alimenta. decis. Pedemont. 85. num. 1.

24 Dico decimo. Cum aliquid relinquitur, vel donatur à patre filio suo spurio, in dubio intelligitur esse datum pro ali-

alimentis. ita Afflict. decis. 99. Castro volum. 1. consil. 5. nu. 6. Natta cons. 402. num. 48. Rota Bononiensis decis. 22. num. 6. Cordub. in l. si quis à liberis. §. idem rescripsit. num. 68. ff. de liber. agnoscend. qui etiam cũ Abbate volum. 2. cons. 113. & Albano cons. 44. ait idem dicendum esse in legato dotis, quia præsumitur esse factum in causam alimentorum. & à spurio debet peti non tanquam simplex legatum, sed tanquam
25 dos & alimenta. probatur in dubio fieri debet interpretatio seu capienda est præsumptio, per quam actus sustineatur l. quoties. ff. de regulis iuris. & l. quoties. ff. de rebus dubijs, & affirmant Decius in cap. cõstitutus. num. 6. de rescriptis. & in cap. super. num. 34. de offic. delegat. & cons. 77. nu. 5. Roland. lib. 1. cons. 65. nu. 16. Marsil. tract. de bannit. verbo. sententia. c. 3. num. 18. & 411. Gozadin. cons. 82. num. 6. Ruin. lib. 5. cons. 108. num. 8. Socin. iun. lib. 4. consil. 35. num. 15. Mascard. de probation. concl. 39. num. 2. Gratus lib. 1. cons. 81. num. 13 decis. Pedem. 163. num. 2. Cepolla cons. 34. nu. 4. in ciuili. Cephal. cons. 216. nu. 24. sed donatio facta à patre filio suo spurio non potest sustineri nisi propter alimenta, ergo quando aliquid à patre datur, vel relinquitur spurio filio, in dubio debet intelligi, quod sit datum pro alimentis.
26 Secundo. Quando aliquid fit, de quo est dubium, an possit fieri, est præsumendum esse factum ex ea causa, ex qua fieri potest. l. si cum dotem. §. si pater. ff. solut. matrim. & probat Corneus lib. 3. consil. 217. at donatum vel legatum à patre filio spurio esset inualidũ, si non esset factum in causam alimentorum, cum spurio pater nihil possit donare, vel relinquere nisi alimenta, ergo censendum est illud legatum fuisse concessum pro alimentis. Tertio. Pater tenetur præbere filijs alimenta, ergo cum aliquid relinquitur, vel donatur à patre filio suo spurio, censetur id relinquere, vel donare pro alimentis. Quarto. Nulla alia causa subest, propter quam relinqui debeat à patre legatum filio spurio nisi propter alimenta, ergo quamuis in testamento vel donatione non faciat pater mentionem, se relinquere legatum filio in alimen-

menta, censendum est in tali casu legatum fuisse relictum in alimenta:nam quando vna sola causa potest afferri, illa habetur pro expressa, & ita se habet, ac si fuisset scripta. vt notant Dec. cons.545. num.3. Socin. iun. volum. 1. consil.1. num.43.

27 Ita tamen valet id, quod datur filio spurio propter alimenta, vt si fiat excessus, reuocetur quo ad illum excessũ, & sustineatur vsque ad summã pro alimentis, & vitietur in excessu, vt de dote etiam supra dixi. ita Bald.in l.eam quã. num. 41. C. de fidei. vbi ait, quod si magnum aliquod prædium alicui spurio à patre relinquatur ad alimenta, illud, quod est vltra alimenta, reuocetur. Socinus volum. 4. cons. 2 num.5. Iason volum. 1. cons. 26. num.13. Beroiũs volum. 2. cons.165. num. 28. & 29. Angel. de testamen. glos. 69. nu. 2. Ruinus volum.2. consil. 44. num. 9. Caccialup.in Authen. si qua illustris. num. 91. C. ad Orficinianum.

28 Dico vndecimo. Filio spurio non secundum dignitatem, sed secundum necessitatem debentur alimenta. vt dicitur in cap. cum haberet.in fine de eo, qui duxit in vxor. quam polluit per adulter. & affirmat Calderin. cons.6. col.6. vbi ait. spurio non secundum patris qualitatem, sed secundum educationem de iure naturali alimenta præstanda sũt. Rota Bononiens.decis. 22.nu.6. Curtius iunior cons.37. in fine. Crauetta volum. 2. cons. 219. num.8. Aemilianus cons. 146. num.10. Palæot. tract. de nothis & spurijs. cap. 47. in fine. & cap. 49. in fine. vbi ait illi tantum necessaria esse ministranda. Cordub. in l. si quis à liberis. §. idem rescripsit.num. 48. ff. de liberis agnoscendis, & patet etiam ex ijs,quæ.num. 17.diximus de dote constituẽda filiæ spuriæ.

29 Alij vero dicunt spurijs deberi alimenta iuxta personæ conditionem. ita Couarr. in epitom. de sponsalib. par.2. c. 8. §. 6. num.8. vbi scribit,ita esse dicendum de benignitate iuris canonici, cum de iure ciuili alimenta solum debeantur secundum vitæ necessitatem, & inquantum natura exigit, ne quis deficiat. Molina lib.2. de primogen.vbi putat non satisfieri canonicæ æquitati, nisi

alimenta præſtentur ſecũdum dignitatem. ſic etiam Bonacoſ. tract. de æquitate canonica concluſ.2. Pariſ.volum. 2. conſ.14. num.27. nec enim rectæ rationi conſentaneum eſſe videtur, vt æqualia alimenta præſtentur filio ſpurio Principis, & ſpurio alterius priuatæ perſonæ. nec in dicto cap.cum haberet in fine dicitur eſſe præſtanda alimenta ſecundum naturalem neceſſitatem, ſed ſecundum quod eis ſuppetit; & quamuis ibi diceretur eſſe præbenda alimenta neceſſaria, deberet intelligi de alimentis neceſſarijs, habita ratione & cõditione eius, cui alimenta debentur. Et quidem ſecundum æquitatem maiora & vberiora alimenta debentur filio ſpurio Principis,quam filio ſpurio artificis. & hæc ſententia eſt valde rationabilis. & in praxi ita obſeruatur.

30 DICO duodecimo. Filius ſpurius tenetur præbere alimẽta patri eo modo,quo pater tenetur ſpurio præbere alimenta. ita Cordub. in l.ſi quis à liberis. §. vtrum. ff. de liber. a-
31 gnoſc. nam diſpoſitum in vno correlatiuorũ locum habet in alio. l. finali. C. de indict. viduit. tollend. & l.finali. §. fin. ff.de acceptilatio. & l.1. ff. de
32 Cupreſſ.lib.11. Huius ſententiæ videntur eſſe illi, qui dicũt parentes filijs illegitimis eodẽ modo ſuccedere, quo filij ſuccedunt ipſis parentibus, vt dicunt Azzo. in ſumm. C. de legit. hæred. in fine. Gomes tit. de ſucceſſion.contra teſtamẽt. cap. 21. num. 36. Aſcan. Clemens tract. de patria poteſt. c. 5. num.44. Lancellot.Gallien. in conſuetud. Alexand.verbo. vxori. q.4. num.32.

SVMMARIVM.

1 *Dos data à patre filiæ ſuæ ſpuriæ reuertitur ad patrem,vel ad eius hæredes, illa mortua.*

2 *Spurius eſt incapax bonorum paternorum, & tantum poteſt capere à patre alimenta.*

3 *Quando aliquid datur pro alimentis ſpurio,illud redit ad patrem, mortuo filio ſpurio,vel ad hæredes patris.*

4 *Quamuis filijs ſpurijs nihil relinqui poſſit,tamen nepotibus ex ſpurijs poteſt relinqui.*

5 *Si in inſtrumento dotis pater diſponat,vt ſpuria decedente è vita vir lucretur dotem, tunc dos nõ redibit ad patrem, ſed permanebit apud maritum.*

QVÆ-

QVÆSTIO XXXII.

An dos data à patre filiæ suæ spuriæ reuertatur ad patrem, vel ad eius hæredes, illa mortua, an vero transeat ad filios vel hæredes spuriæ.

1 Dico primo. Reuerti ad patrē, & eo mortuo ad illius hæredes. ita Bartol. in l. finali num. 7. ff. de his quib. vt indig. Abbas vol. 1. consi. 115. num. 3. vbi ait dotem dari spuriæ cōtemplatione & loco alimentorum. Lupus in repetit. cap. per vestras. notab. 3. §. 24. num. 4. de donatio. inter vir. & vxor. Ripa in l. 1. num. 67. ff. soluto matrim. Crauet. consi. 186. num. 16. Peregrin. de iur. fisci lib. 3. tit. 18. nu. 80. Cordubens. in l. si quis à liberis. §. idem rescripsit. num. 30. ff. de liber. agnoscend. Capic. decis. 181. num. 2. Rota Bononiens. decis. 22. num. 6. Bald. in l. eam quam. num. 41. C. de fideicom. Abbas lib. 2. consi. 50. num. 3. & consi. 115. nu. 1. Roland. lib. 1. consi. 74. num. 51. Menoch. lib. 2. de arbitrar. casu 169. nu. 10. & lib. 1. consi. 60. num. 29. Anton. Gabriel. lib. 1. comm. tit. de alimentis conclus. 1. num. 28. & seqq. Euerard. consi. 156. non longe ab initio. probatur. Quando à patre aliquid relinquitur filio spurio vt possessio vel domus pro alimentis, mortuo spurio, redit possessio ad patrem, vel eius hæredes, ergo etiam dos debet redire ad patrem, mortua filia spuria, cum dos succedat loco alimentorum, illorumque naturam assumat. l. si eum. §. qui iniuriarū. ff. si quis cautio.

2 Cum filia spuria sit incapax bonorum paternorum Authent. ex complexu. C. de incest. nupt. & tantum possit capere à patre alimenta. cap. cum haberet. in fine de eo qui duxit necessario sequitur dotem illi dari loco alimentorum, & sicut quod datur pro alimentis filiæ spuriæ redit ad patrem, illa mortua, ita etiam quod datur in dotem.

3 Quod vero quando aliquid datur pro alimentis spurio illud redeat ad patrem, illo filio spurio mortuo, vel ad hære-

des

des patris, est sententia communiter recepta, & ita asserũt Bald. in l.eam quam. num.41. C. de fideicom. Azzo in sum. C. de natural. liber. vbi ait, illud totum, quod à patre traditur spurio, ad patris hæredes reuerti. Bartol. in l. finali nu. 7.ff.de his quib.vt indign.Caccialupus in l. si qua illustris.n. 92.& seqq. C. ad Orficin. Abbas vol.2.consf. 115. nu. 4. vbi ait, legitimos descendentes à filio spurio non posse ex persona patris aspirare ad fundũ illi relictum pro alimentis. Lupus in repet. cap. per vestras. notab.3. §.24. num. 2.& seqq. de donatio. inter vir. & vxo. Ripa in l. 1. num. 67. ff. soluto matrim. Couarr. de sponsalib. 2.part.cap.8.§.6.num.15.Mantica de coniectu. vltim.volunt. lib.8.tit.5. nu.13. Menoch.lib. 2. de arbitra. casu 169.nu.20. & ratio est. quia, cum id, quod relinquitur à patre filio suo spurio, sit relictum pro alimentis, per mortem spurij debet illud reuocari, cum alimenta debita alicui, mortuo illo, finiantur.l. cum hi. §.modus autem. ff. de transactio. & l. 3. ff.de aliment. & cibarijs,& l. dominus §. finali. ff.de vsufruc. Imo quando fuit data aliqua possessio filio spurio pro alimẽtis, ita post mortem spurij reuocari potest, vt possit spurius viuens cogi ad præstandam cautionem de restituenda illa possessione post eius mortem, vt notant Crauetta cons. 209. col. penult.vers. sed obligatur. Cordub. in l. si quis à liberis. §. idem rescripsit.nu.72.ff.de liber. agnoscend.

Obijcies cum ijs, qui opinãtur dotem datam filiæ spuriæ non reuerti ad patrẽ, sed transmitti ad hæredes, vel filios spuriæ, ita Bald. lib. 5. cons. 456. num.9.Palæottus tract.de Nothis.cap.51.ad finem.Vincent. de Franchis decis. 283. num. 10. in 2.part. Nam alioqui nõ reperiretur vir, qui vellet contrahere cum spuria,& hoc modo illi daretur occasio delinquendi contra id, quod habetur in lib. conuenire de pactis dotalibus.

Respondeo. Hoc argumentum idem probare de filiabus naturalibus & legitimis, cum etiam de iure communi in illis dos non transmittatur ad hæredes, sed redeat ad dotantem post mortem filiæ legitimæ, vt habetur in l.vnica. §.taceat.C.

de

de rei vxor. actio. & ad patrem pertinet filios alere. Respondeo secundo. Maritum posse vti alijs modis, vt dos non reuertatur ad patrem dotantem filiam spuriam, sed vt ad hæredes spuriæ transmittatur eo modo, quo paulo post dicam.

Obijcies secundo. Dos assignata filiæ spuriæ fuit à paternis bonis seiuncta, & effecta veluti patrimonium spuriæ, ergo nō debet amplius reuerti ad parentis hæredes: sed ad spuriæ filios. Respondeo. Cū spuria fit incapax bonorum paternorum, dos illi tradita succedit in locum alimentorum; eorumque naturam assumit, & sicut alimenta, mortuo illo, cui præbentur, reuocantur, ita etiam, mortua spuria, dos data loco alimentorum reuocabitur.

Obijcies tertio. Dos non solum datur filiæ spuriæ, vt illa habeat, vnde viuat, sed etiā vnde viuant eius filij, ergo illa mortua, dos non debet reuerti ad hæredes dotantis; sed ad filios spuriæ, qui alioqui cogerentur mendicare. Respondeo. Post mortem matris filios ex illa genitos esse alendos ex bonis paternis, nam onus alendi filios ad patrem pertinet. Respondeo secūdo. Si filij non habeant, vnde viuant, possunt ex propria persona agere contra auum, vel hæredes patris spuriæ, vt eis tanquam pauperibus alimenta præbeantur.

4 Dico secūdo. Licet possessio verbi gratia data in dotē filiæ spuriæ, vel filio spurio reuocari possit, illis mortuis, vt dixi, nec transeat ad hæredes illorum. at si pater dedit cum pacto, vt transeat ad filios spuriæ, tunc illa possessio transibit, nec redibit ad patrem, vel hæredes patris. Nam quamuis filijs spurijs nihil relinqui possit, tamen nepotibus ex spurijs potest relinqui iuxta l. final. C. de natural. liber. & affirmant Bartol. in l. finali. nu. 7. ff. de his quib. vt indig. loquens tam de fundo dato ad alimenta, quam de dote tradita filiæ spuriæ. Abbas volum. 2. consil. 50. num. 3. & consil. 115. num. 4. Caccialupus in l. si qua illustris. num. 9. C. ad Orficinianū. Lupus in cap. per vestras. notab. 3. §. 24. num. 7. de donatio. inter virum & vx. Ripa in l. 1. num. 69. ff. soluto matrimon. Capicius decis. 181, num.

num.4. Roland. in tract. de lucro dotis. q.94. num.17. Cordub. in l. si quis à liberis.§.rescripsit. num. 74. ff. de liber. agnosc. Palæott. tract. de nothis. cap.51. num.6. Peregrin. de iure fisci. lib.3. num.81. Federic.de Senis consf.57. dub. 6. Corneus volum. 3. consf.1. col. 16. verf. circa sextum. & vol. 1. consf. 25. Clarus de testam. quæst. 32. in princip. Mantica lib.8. tit.5.num.15. Boerius decis. 127. quia nullo iure prohibetur patri filiæ spuriæ, vt non possit filijs ex ea natis tradere, & relinquere, quod potest dare alijs extraneis. permittunt vero leges nepotibus ex filio spurio aliquid dari, & non eorum parentibus, quia tales nepotes sunt minus legibus odiosi, quam filij spurij.

5 DICO tertio. Licet mortua filia spuria, ea, quæ tradita sunt illi à patre, reuertantur ad patrem, vel eius hæredes, at si in instrumento dotis pater dispofuit, vt spuria decedente è vita, vir lucretur dotem, tunc dos non redibit ad patrem, sed permanebit apud maritum. ita Baldus. Nouellus in tract. dotis. par. 6. in princ. priuileg. 16. colum. 2. verf.sed quid si statutum. Lupus in cap. per vestras. de donation.inter vir. & vxor. notab. 3. §. 24. nu. 8. Roland. tract. de lucro dotis. quæst. 94. num. 15. & 16. ratio est, quia nullo iure reperitur prohibitum, quod pater non possit aliquid donare, vel relinquere marito filiæ *spuriæ*: & quod lex non dicit, nec nos debemus dicere. l. illam. C. de collation. & quod lege dispositum non reperitur, non est superstitiosis inuentionibus præsumendum. cap. consuluisti. 2. quæst. 5. & in odiosis non est licita extensio. cap. odia. de regul. iur. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Mater tenetur alere filiam spuriam.*
2 *Filius spurius sicut non succedit patri, nec ei pater potest aliquid relinquere præter alimentum ita nec succedit matri, nec ei mater potest aliquid relinquere præter alimenta.*
3 *Nonnulli putant filium spurium posse succedere matri.*

QVÆ-

QVAESTIO XXXIII.

An mater teneatur alere filiam spuriam, & hæc matri succedat.

1 DIco primo teneri. ita Speculator. in tit. qui filij sint legitimi. §.1.num.17. excipit tamen hic auctor matrem illustrem. Aemilian. cons. 146. num.11. Couar. de sponsal. par.2. cap.8. ∫.6. num.13. Caccialup. in l. si qua illustris. num. 92. C. ad Orficianum. Lupus in cap. per vestras. notab.3. §.23. num.12. de donation. inter virum & vxor. Cordub. in l. si quis à liberis §. idem rescripsit. num.35. ff. de liber. agnoscend. & probatur ex cap. cum haberet de eo, qui duxit. ibi. Vt vterque liberis suis. Cũ vero Aretinus in §. ius naturale. instit. de iure naturali. n. 8. & Roland. volum.2. consil. 79. num. 24. scribunt matrem teneri quidem alere filios naturales, non autem spurios, interpretandi sunt, quod loquantur secundum ius ciuile, cui spurij, & alij nati ex coitu damnato sunt odiosi. at secus dicendum est de iure canonico, vt habetur in dicto cap. cum haberet. quod vbique nunc est receptũ.

2 Dico secundo. Filius spurius sicut non succedit patri, nec ei pater potest aliquid relinquere vltra alimenta, ita nec succedit matri, nec ei mater potest aliquid relinquere præter alimenta. vt patet ex Authent. quibus modis naturales efficiantur sui. vbi est sermo de parente. at parentis appellatione venit etiam mater l. appellatione. ff. de verborũ signif. & notat Speculator in dicto ∫.1. qui filij sint legitimi. num.17. & quod spurius natus ex damnato coitu non succedat matri, tradunt glos. final. in l. si qua illustris. C. ad Orfician. & in Authent. ex complexu. in glos. final. C. de incestis nuptijs, & in §. nouissime. verbo. admitti. instit. ad Orfician. Bartol. volum. 5. consil. 457. num.2. Decius cons. 288. & cons. 311. nu.1. Anton. Gomez in l.9. tauri. num.15. in fine. Matienz. l.9. glos.4. n.6. & seqq. tit. 8. lib. 5. nouæ recopil. Bernard. Græuæ. ad practic. Camer. Imperial. lib.2. conclus.

clus. 115. Menchac. de succesſio. creatio. §. 10. n. 497. Azor tom. 2. lib. 2. cap. 6. quæſt. 5. Peregrin. de iure fiſci. lib. 3. tit. 8. nu. 37. Gama deciſ. 136. Spino in ſpecul. teſtament. gloſ. 16. in princip. num. 18. 19. 89. & 90. Gutier. lib. 2. practic. q. 102. Valaſc. conſult. 29. nu. 13. Couarr. de ſponſal. par. 2. cap. 8. §. 5. num. 15. & 20. Palæot. tractat. de nothis. cap. 43. num. 1. Caccialup. in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfician. num. 75. Leſſius lib. 2. de iuſtit. cap. 19. dub. 6. n. 56. & 64. Molin. tom. 1. de iuſtit. diſp. 167. verſ. licet. num. 8. qui dicit eſſe communem ſententiam. & probatur. quia is, qui non poteſt ſuccedere patri, nec etiam matri poteſt ſuccedere, niſi in iure aliquis caſus de hoc excipiatur, vt colligitur ex cap. licet. C. de natural. liber. & ex Nouell. 74. c. 6. at ſpurius non poteſt ſuccedere patri, ergo nec matri, nec enim vllo iure excipitur, quod ſpurius poſſit ſuccedere matri.

3 Dico tertio. Nonnulli putant filium ſpurium poſſe ſuccedere matri. ita Perez tit. 2. lib. 5. ordinatio. pag. 69. & tit. 8. verſ. vtrum autem. lib. 8. pag. 297. Auendan. in l. 9. tauri. gloſ. 5. num. 5. & Leſſius lib. 2. de iuſtit. cap. 19. dub. 6. num. 65. ait, non eſſe improbabilem ſententiam eorum, qui aſſerunt filium coniugati ex fœmina ſoluta poſſe ſuccedere matri, ſicut etiam filium ſacerdotis ex ſoluta vno vel altero concubitu ſuſceptum, cum tales coniunctiones legibus non vindicentur. additque, teſte Couar. de ſponſalib. par. 2. cap. 8. §. 5. num. 20. hanc ſententiam in praxi plerunque eſſe receptã, cui ſententiæ fauent Alexand. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. il 1. ff. ad Trebell. Boerius deciſ. 240. num. 14. Palæott. trac. de nothis. cap. 38. num. 6. aſſerentes ſpurios reſpectu matris haberi pro legitimis. ſic etiam ſentiunt Henriq. lib. 1. de matrim. cap. 21. num. 1. Emanuel Sà. verbo. hæreditas. nu. 7. cũ ſcribunt, quod ſi mater aliquid relinquat filio ſpurio, poſſit hic illud retinere, donec per Iudicis ſententiã illo priuetur, quã ſententiam putat non eſſe improbabilem Leſsius num. 66. præſertim ſi mater non fuerit illuſtris. Et quidem in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orficianum dicitur mater illuſtris non poſſe nec donatione, nec teſtamento

to aliquid relinquere filio suo spurio, si tamen habeat filios legitimos, ergo sequitur matrem non illustrem posse aliquid relinquere filio suo spurio, & matrem etiam illustrem, si prolem legitimam non habeat, & in Authent. licet & in Nouell. 74. allegat. quæ videntur obstare, est solum sermo de patre. & in Authent. ex complexu. C. de incestis nupt. dicitur spurius esse indignus beneficio paternæ substantiæ, nec de materna hæreditate aliquid ibi dicitur. & verba Authent. sunt hæc. Ex complexu nefario, aut incestu, seu damnato liberi nec naturales sunt nominandi, omnis paternæ substantiæ indigni beneficio ita vt nec alantur à patre. Et cum pœnæ non sint extendendæ; quamuis iura dicant, filium nihil posse capere à patre, cum tamen de matre nihil asserant, tales pœnæ non sunt extendēdæ ad spurios in ordine ad bona materna. Et hanc sententiam propter huiusmodi rationes, & propter auctoritatem talium doctorum esse vtcunque probabilem scribit Lessius loco citato, sed altera opinio est probabilior & communior. nam tales concubitus legibus prohibentur, quamuis rarius puniantur.

SVMMARIVM.

1 *Quod de alimentis dandis spurijs est statutum in iure canonico, nō solum est seruandum in terris Ecclesiæ, sed etiam in alijs locis.*

2 *In electione filij spurij est petere alimenta coram Iudice ecclesiastico, vel laico, prout voluerit.*

QVÆSTIO XXXIV.

Coram quo iudice possit spurius petere alimenta.

1 Respondeo aliquos sentire debere petere alimenta coram iudice ecclesiastico, cū ius canonicum in cap. cum haberet. in fine de eo qui duxit, abrogato iure ciuili, statuerit, vt alimenta præberentur filijs spurijs, quamuis parens fuerit laicus, ita Bartol. in l. soleat. ff. de aliment. & cibar. legatis. Couarr. de sponsal. par. 2. c. 8. §. 6. num. 6. Aretinus consl. 48. colum. 2. Decius in cap. clerici. n. 2. de iudicijs. Purpurat. in l. si pa-

si pascenda. num.42. C.de pactis. Bursat. lib.1.cons.62.num. 11. Verum, cum id, quod decisum est in d. c. cum haberet, sit seruandum non solū in foro ecclesiastico, sed etiā ciuili, & non solum sit seruandū in terris Ecclesiæ, vt sentiunt Alexander volum. 3. cons. 74. Felinus in cap. Ecclesia. de constitutio. num. 45. Aretin. loco cit. sed etiam in alijs locis, vt melius sentiunt Angel. instit. de iure natur. in princip. Ripa in rubr. de verbor. obligation. in fine. Decius in dicto cap. clerici. num. 2. & cons. 311. Abbas volum. 2. cons. 50. & cons. 115. Baldus Nouellus tract. de dote part. 6. priuileg. 16. col. 2. vers. immo videtur. decisio Neapolitana 164. dub. 2. Alciatus lib. 4. parergon cap. 5. ideo probabilius est in electione filij spurij esse petere alimenta coram iudice ecclesiastico, vel laico, prout voluerit. ita Lara in l. si quis à liberis. §. idem rescripsit. ff. de liber. agnoscend. nu. 78. Baptista in l. frater à fratre. numero 87. de condictio. indebiti.

SVMMARIVM.

1 *Post bullas Pij V. aliqui putant posse clericos præbere alimenta filijs spurijs ex bonis Ecclesiæ, posseque dotare filias spurias.*

2 *Ante bullas Pij V. erat opinio communis posse immo teneri patres alere, & dotare filias spurias etiam ex fructibus beneficiorum.*

3 *Si clericus det filiæ spuriæ aliquid vltra sufficientia alimenta, tenentur & filia & maritus in conscientia illum excessum restituere.*

4 *Nulla humana lege possunt filijs denegari alimenta.*

5 *Potest nepos etiam non legitimus succedere & capere ex testamento aui paterni.*

QVAESTIO XXXV.

An post cōstitutionem Pii V. posint clerici alimenta præbere suis filiis spuriis.

1 RESPONDEO. Pium V. in cōstitutione incip. Quæ ordine. edita anno 1571. reuocare omnes facultates faciendi testamenta, & donationes ex

ex quibuslibet bonis acquisitis ex beneficijs,& cœteris rebus ecclesiasticis gratia quorumcunque illegitimorum, siue suorum, siue extraneorum, quos reddit inhabiles ita, vt nullo modo possint succedere in prædictis bonis, etiãsi legitimis natalibus auctoritate aliqua essent restituti. Idem Pontifex in alia constit. quæ incip. Ad Romanũ spectat, declarat præcedentem constitutionem intelligi etiã de quibuscunque bonis patrimonialibus. Putant tamen aliqui Doctores etiam post dictas bullas posse clericos præbere alimenta filijs spurijs ex bonis Ecclesiæ, quæ ipsi parentes habent, & posse etiã dare filiæ spuriæ in dotem totũ id, quo illa indiguerit iuxta circunstantias, & qualitates personæ. ita Nauar. in trac. de spolijs clericorũ. ʃ. vlt. n. 9. & seqq. Molin. to. 1. de iustit. disp. 168. vers. in dotem filiæ. & disput. 146. in fine. Azor tom. 2. lib. 2. c. 12. quæst. 5. & c. 4. q. 20. Rebell. de obligat. 2 par. lib. 5. q. 4. Comitol. lib. 1. respons. q. 75. nã Pius V. videtur solum abrogare priuilegia faciendi testamenta & donationes causa filiorũ illegitimorum concessa iure speciali, non autem priuilegia cõcessa de iure communi. de ijs enim priuilegijs nulla fit mentio in dictis constit. Pij V. at de iure communi possunt clerici præbere alimenta filijs spurijs. & ita interpretati sunt prædictas constitutiones Pij Auditores Rotæ, vt habetur in prima par. decis. 505. alias 487. Azor tom. 2. lib. 2. c. 12. q. 4. & lib. 7. c. 10. q. 11. vbi ait constitutiones Pij ius commune non abrogare, & hanc opinionẽ posse citra periculũ sustineri. & quamuis Auditores Rotæ in decis. 214. par. 2. in nouissimis aliud sentiant, verum post hanc decisionem fuit sæpe statutũ in Rota posse clericos ex redditibus beneficij alere filios spurios, & illis aliquid relinquere, & dotare etiã filias spurias, nec id esse Pij V. constit. sublatum, cũ de iure communi hoc cõcedatur, & cum clericus de iure cõmuni possit alere filiam spuriã, poterit etiam illam dotare, cum dos loco alimentorũ succedat.

2 Et ante constit. Pij erat opinio communissima, posse immo teneri patres alere, & dotare filias spurias etiã ex prouẽtibus & fructibus beneficiorũ, & docent Palæot. trac. de nothis. c.

44.nu.5.Ripa in trac.de peste. verb. deuenio. n.164. & 174. Abb.in c.1.n.4 de peculio cleric.Rodoan.de reb.ecclesiæ nõ alienãd.car.13.n.9. & car.310. n.23.& 24.Bursat.lib.3. consil. 3 226.n.98. Si vero clericus det filiæ spuriæ aliquid vltra sufficiẽtia alimenta, tenentur & filia & maritus in conscientia illũ excessum restituere, etiam antequam petatur. ita Molin. tom.1.de iustit. disp.168. vers. in dotem filiæ. Couar. in epit. de sponsal.2.par.c.8.§.6. n.12. Less.lib.2.c.19.dub.6.n.69.

Obijcies. In bulla Pij V. districte præcipitur, ne illegitimis aliquid detur etiã intuitu paupertatis,dotis,&c.ergo per illam constitutionem tollitur omnis facultas aliquid dandi spurijs. Respondeo solũ prohiberi, ne quid detur vi alicuius facultatis, licentiæ, priuilegij, vel indulti concessi iure aliquo speciali,nõ tamen prohibetur, ne detur id,quod licitũ est da-4 re de iure cõmuni. Immo sentit Azor to.2.lib.7.c.10. q.11. vers.dices. Pontificẽ hoc non posse prohibere, quod etiã asserit Molin. disp.146.in fin.to. 1.de iustit. & Rota prima part. decis.487.vbi dicitur hanc legem alioque esse rationabilẽ, & nimis duram. & Comitol.li. 1.respons.q.75.n.2. vbi ait nullam humana lege alimenta denegari posse filijs, quicunque sint illi. cum ijs subuenire naturæ, ac Dei lege cogatur vnusquisque.

5 Hic nota, quod licet filius clerici nõ possit patri succedere,nec ab eo aliquid accipere modo explicato in præcedentibus quæstionibus, possit tamen nepos etiã non legitimus succedere & capere ex testamento aui clerici.ita Molin.to. 1.de iustit.disp.167.cõcl.9. Clarus in §.testamentum.q.32. Palæot.de nothis. c.53. Roderic. Suar.in l.9.tit 11.li.1.fori. n.4. & in l.1.tit.6.lib.3. fori. §. hæc de filiorũ.Parlad.lib.1.rer.quotid.c.16.Couarr.in 4.decretal. 2.par.c.8.§.5.n.11.Ant.Gomez in l.9.tauri.n.17. Duennas regula 366.limit.2. Rojas de successio.c.20. Pinell.in l.3. C.de bonis matern. n. 2.

SVMMARIVM.

1 *Parentes possunt relinquere filijs naturalibus omnia bona sua, si non existant legitimi ascendentes, vel descendentes, secus si existant.*

De

2 *De iure communi filius naturalis non solum ex testamento, sed etiã ab intestato succedit matri eo modo, quo filij legitimi.*

3 *Filius naturalis potest testamẽtũ matris accusare de inofficioso.*

4 *Filius naturalis succedit auo materno & auiæ.*

5 *Inter filios naturales est reciproca successio.*

QVAESTIO XXXVI.

Quid possint relinquere parentes filiis naturalibus.

1 DICO primo. Posse illis relinquere omnia bona sua, eaque etiã illis tradere, dũ viuunt: si non existant legitimi ascendentes, vel descendẽtes. & ita habetur in Authen. licet. C. de natural. liber & in Auth. quibus modis naturales efficiantur sui. §. ne igitur. vers. si vero filios. Si existant descendẽtes legitimi, potest pater donare vel relinquere filijs naturalibus, atque ipsorũ matri vnciam vnam, idest duodecimam bonorũ partẽ. quod si aliquid plus eis fuerit datũ vel relictũ, eo ipso ad descendentes legitimos pertinebit. ita habetur in dicta Auth. quib. mod. natur. ef fic. sui. §. ne igitur. quod si pater moriatur ab intestato, nec habeat descendẽtes legitimos, nec legitimã vxorem, tunc filij naturales illi succedũt in duabus vncijs, idest in sexta parte diuidẽda æqualiter inter ipsos & eorũ matrem, si superstes sit, at in alijs quinq; partibus succedent hæredes ab intestato. Quod si filios legitimos, vel vxorem legitimã relinquat, tunc filij naturales non succedũt in bona patris: sunt tamen illis præbenda alimenta de bonis patris iuxta arbitrium prudentis viri. ita habetur in Authẽt. quib. mod. natur. effic. sui. §. si quis autem. & §. si quis igitur. in Auth licet. C. de natur. liber.

2 DICO secundo. De iure communi filius naturalis nõ solum ex testamento, sed etiã ab intestato succedit matri eo modo, quo filij legitimi, & perinde ac si esset filius legitimus. ita vt excludat etiã ascendentes legitimos. ita habetur in l. si qua illustris. C. ad Senat. Cõsul. Orfician. & affirmãt Couar. in epit. par. 2. c. 8. §. 4. n. 15. Anton. Gomez in l. 9. tauri. n. 9. Sil

ueſt.verb.filij.q.3.Gloſ.in §.nouiſſime.inſtit.ad Orficia.vbi ait filios naturales matri etiã illuſtri ſuccedere,ſi ſint vere naturales. & ibi Aretin.n.3.Alex.in l.ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebell. Raynut.verb. teſtamentũ.il 1.n.44.de teſtam.Palæot.trac. de nothis. c. 38.nu. 5. quare hæreditas matris eſt
3 quaſi debita filio naturali. Poteſtq. filius naturalis teſtamentum matris accuſare de inofficioſo.l.ſi ſuſcepta.§.1. de inoff. teſtam.Alex.in d. §. ſi quis rogatus.n.45.Couar.d.§.5. n. 16.
4 Item filius naturalis ſuccedit auo materno, & auiæ. l. Modeſtinus. ff. vnde cognat. l. 1. §. ſed ſi vulgo.ff. ad Trebellia. Caccialupus in l. ſi qua illuſtris. num. 73. concluſ. 4. C. ad Orfician. Socin. volum. 1.
5 conſil. 158. Item inter filios naturales eſt reciproca ſucceſſio. §. filium. Authent. Quibus mod. natural. effic. ſui.

SVMMARIVM.

1 *Sub nomine alimentorum veniũt cibaria, veſtes, potus, habitatio, medicinæ, lectius, & alia huiuſmodi, ſine quibus vita transſigi non poteſt.*

QVÆSTIO XXXVII.

Quæ veniant ſub nomine alimentorum.

1 RESpondeo venire omnia cibaria.l. legatis.ff. de aliment.& cibar.& etiã illa omnia, ſine quibus vita tranſigi nõ poteſt.ita Bart.in trac.de alimẽt. n.1.Caſtro vol.2.cõſ.437. n.2. Socin.vol.2.conſ.161.n.4. Veniunt item nomine alimentorũ veſtes.d.l.legatis.& l.victus. ff.de verb.ſignif.& aſſerũt Crauet. conſ.199.n.3.Rolan.vol.1. cõſ.22.n.4 Iaſ.in l.ſi vni. §.qui tranſigit. num.1. ff. de tranſact. Præterea ſub nomine alimentorum comprehenditur etiam potus. l.verbo victus. ff.de verbor.ſignif. Bart. loc. cit. nu.71. Dec. in l. 2. num. 31. ff. de iuriſd.omn.iudic. Comprehenditur etiã habitatio. l.legatis. ff. de alim.& ciba.leg. & l.verb. victus. Io.de Anan.cõſ.37. Bero. vol.3.cõſ.24. cõprehenduntur etiã medicinæ.l. quos nos.§.verbũ viuere. ff.de verb.ſig.Bart.in trac.de alimen.n.6.Dec.in l.de

ali-

alimentis. num. 3. C. de transactio. Tiraquel. in tract. nobilit. cap. 31. n. 395. Cordub. in l. si quis à liberis. §. non tantum. n. 29. ff. de lib. agnosc. Postremo sub nomine alimentorum venit etiam lectus l. stratum. l. quos nos. §. verum. ff. de verbor. signific. Bartol. in trac. de alim. nu. 4. Alexand. vol. 6. cons. 178. n. 7. Capra cons. 87. num. 11.

SVMMARIVM.

1 *Qui est dispensatus ad ordines, intelligitur esse dispensatus solum ad ordines minores.*

2 *Dispensatio est stricti iuris, stricteque est interpretanda.*

3 *Qui est dispensatus ad ordines maiores & sacros, est etiam dispensatus ad ordines minores.*

4 *Quando Papa dispensat cum illegitimo quo ad omnes ordines, censetur dispensare solum quo ad ordines minores.*

5 *Si illegitimus habet ordines minores, & Papa cũ illo dispẽsat quo ad omnes ordines, censetur cum eo dispensare, vt possit recipere ordines sacros.*

6 *Quando Papa dispensat cum illegitimo ad omnes & quascunque dignitates Ecclesiasticas, non censetur dispensare ad dignitatẽ Episcopalem.*

7 *Episcopatus nominatur culmen dignitatum, & Episcopis prima sedes debetur. Episcopi summi & maximi sacerdotes appellãtur.*

8 *Quando Papa dispensat cum illegitimo, vt possit clericari, solum censetur dispensare cum eo, vt possit suscipere ordines minores, & non maiores.*

9 *In materia fauorabili nomine clerici intelligũtur omnes in quacunque dignitate constituti.*

10 *In materia odiosa nomine clerici non comprehenduntur personæ in dignitate constitutæ.*

11 *Nomine clerici in odiosis non comprehenduntur Episcopi.*

12 *In generalibus loquutionibus personæ insignes & magnæ non veniunt.*

13 *Sub nomine clericorũ in odiosis nõ comprehenduntur Cardinales.*

14 *Illegitimus dispensatus à Papa, vt possit suscipere omnes ordines sacros, nõ cẽsetur esse dispẽsatus, vt possit esse parochus vel curatus.*

15 *Illegitimus dispensatus ad certum ordinem censetur quidem dispensatus ad ordinem illo inferiorem non autem superiorem.*

16 *Illegitimus dispensatus à Papa ad Episcopatum non censetur esse dispensatus ad Archiepiscopatũ, & si fuerit dispensatus ad Archiepiscopatũ, non est propterea dispensatus ad Patriarchatum.*

17 *Quando Papa dispensat cum illegitimo, vt possit obtinere beneficium, non censetur dispensare cum illa ad beneficium curatum sed solum simplex.*

18 *Quando quis à Papa dispensatur ad obtinendũ beneficiũ præbendatũ vel aliud, nõ potest vi talis*

dispẽsationis obtinere beneficium curatum.

19 *Quando Papa dispensat cum illegitimo vt possit consequi beneficium, non potest virtute talis dispensationis consequi nisi vnicum beneficium.*

20 *Illegitimus, cum quo Papa dispensauit vt possit consequi beneficiũ, talis dispensatio iuxta aliquas non arctatur ad primum beneficium, sed eo dimisso, potest aliud obtinere.*

21 *Dispensatio concessa aduersus vnũ impedimentum, non extenditur ad aliud.*

22 *Dispensatus ad vnum effectum non censetur dispensatus ad aliũ.*

23 *Quando Papa dispensat cum illegitimo, vt possit obtinere omne beneficium etiam curatum, non potest vi talis dispensationis obtinere dignitatem ecclesiasticam, quæ solet concedi per viam electionis.*

24 *Dispensatus ad beneficium curatũ non censetur dispensatus ad obtinendam dignitatem ecclesiasticã.*

25 *Appellatione beneficiorum non veniunt dignitates.*

26 *In dispensationibus vim non habet argumentum sumptum à pari ratione, vel etiam maiori.*

27 *Qui est dispensatus ad ordines, nõ censetur esse dispensatus ad beneficia simplicia.*

28 *Dispensatus à Papa ad sacerdotiũ non manet dispensatus ad beneficium curatum; immo nec ad beneficium simplex.*

29 *Nonnulli sentiunt dispensatum ad ordines eo ipso esse dispensatũ ad beneficia simplicia.*

30 *Si Papa legitimat aliquem ad ordines sacros, eo ipso censetur illum legitimare ad beneficium simplex.*

31 *Si Papa dispensat cum illegitimo, vt possit promoueri ad dignitates ecclesiasticas, virtute talis dispensationis non potest promoueri ad dignitates maiores et principales.*

32 *Nomine dignitatis maiores & principales quid intelligatur.*

33 *Qui est dispensatus ad dignitates, & beneficia, non potest ad illa promoueri, si habeant annexam curam animarum.*

34 *Qui est dispensatus ad beneficia curata, non censetur esse dispẽsatus ad canonicatus Ecclesiæ cathedralis.*

35 *Legitimatio efficit alterum absolute, & quo ad omnia legitimum, ac si reuera esset omnino legitimus. Dispensatio vero est, cum quis ad certum actum fit legitimus.*

36 *Legitimati per matrimonium efficiuntur vere legitimi, & succedunt parentibus ab intestato, & ex testamento, & iura omnia legitimorum consequuntur, & succedunt cum alijs filijs legitimis.*

37 *Quãdo Papa aliquẽ absolute legitimat, potest hic promoueri ad omnes ordines sacros, & potest obtinere beneficium curatum, & dignitatem.*

QVÆ-

QVÆSTIO XXXVIII.

Quomodo sint interpretandæ dispensationes concessæ illegitimis ad ordines & dignitates ecclesiasticas.

1 DIco primo. Qui est dispẽsatus ad ordines, intelligitur esse dispẽsatus solum ad ordines minores ita Glosa in cap. litteras. de filijs presbyt. verbo. ordinari. & ibi Hostien. in fine. Innocen. in fine. Ioan. Andr. in fine. Anchar. in fine. Cardinalis in fine. Bellamera num vlt. Anton. num. 10. Abbas num. 6. Glosa in c. vlt. de filijs presbyt. in 6. verb. ad omnes. & ibi Archidiac. non longe à princip. Franch. n 4. Azor parte 2. lib. 6. cap. 3. q. 6. Cuch. lib. 4. institut. maio. tit. 12. nu. 31. Rebuff. in praxi beneficial. tit. de dispensat. super defectu natal. num. 47. Campanil. in diuers. iur. canon. rubrica 11. cap. 13. num. 95. Speculator in tit. de dispensatione. §. vlt. n. 2. Goffred. in summ. tit. de filijs presbyt. num. 8. & ibi Hostien. §. quis possit dispensare. nu. 8. vers. quid si dispensetur. Barbosa de offic. Episcopi par. 2. allegat. 45. num. 4. Henriq. lib. 7. cap. 30. num. 2. & lib. 14. cap. 8. num. 10. Emanuel Sà verb. dispensatio. num. 13. Sayr. lib 6. de censur. cap. 11. num. 19. Abbas in cap. si quisquam. de cohabitat. cleric. num. 5. Angel. verbo priuilegium. nu. 3. & verbo clericus 1. q. 4. Felin. in c. postulasti. num. 9. in princip. de rescript. Borgas. de irregular. 2. par. tit. de interpretatione dispensationis. num. 22. Armilla verbo priuilegium. num. 4. & verbo clericus. num. 4. Tabiena verbo priuilegium. quæst. 3. num. 4. & verbo Clericus 1. in fine. Iason in l. beneficium. ff. de constitut. num. 42. Astensis in summa par. 2. lib. 6. titul. 22. art. 4. quæst. 6. Maiol. lib. 1. de irregul. cap. 8. nu. 6. Villadiego tract. de irregular. cap. 16. vers. hinc est, quod si. Auila de cens. par. 7. disp. 3. dub. 6. vers.
2 Maiolus. & probatur. quia cũ dispensatio sit stricti iuris, & stricte interpretanda cap. 1. in fine. & cap. 2. de filijs presbyt. in 6. cap. non potest. de præ-

bendis in 6. cap. quod dilectio. de consaguin. & affinit. l. ex facto. in princ. ff. de vulgar. & pupill. satis est, si dispẽsatio facta ad ordines effectum suum sortiatur in minoribus ordinibus.

3 At qui est dispensatus ad ordines maiores & sacros, est etiã dispensatus ad ordines minores. ita Anchar. in Clement. vnic. de concessio. præbend. n. 19. Iason. in l. 1. ff. de transactio. nu. 11. & in l. si causa cognita. C. eodem. Abbas. in c. ex parte. il 3. de decimis. Butrius in cap. at si clerici. §. de adulterijs. de Iudicijs. Felinus in c. præterea. de officio delegati. col. finali Carou. in cap. cum quid p. 2. in prima ampliatione num. 5. de regulis iuris in 6. Barbosa de officio Episcopi par. 2. allegatione 45. num. 5. Carolus de Graffis de effectibus Clericatus effectu 4. num. 205.

4 Dico secundo. Cum summus Pontifex dispensat cum illegitimo quo ad omnes ordines, censetur dispensare solum quo ad ordines minores, ita Sayr. lib. 6. de censur. cap. 11. num. 19. Maiol. lib. 1. de irregul. cap. 8. num. 6. Henr. lib. 14. cap. 8. num. 10. quamuis Sanchez lib. 8. de Matrimo. disp. 1. nu. 26. putet talem dispensationẽ extendi etiam ad ordines sacros.

5 Illud est ab omnibus receptum, quod si illegitimus habuerit ordines minores, & Papa cum illo dispenset quo ad omnes ordines, tunc, vt priuilegium aliquid operetur, intelligitur, Papam cum eo dispensare, vt ordines sacros recipiat. ita Sayr. num. 19. Hostiens. in c. literas. in fine. de filijs præsbyt. & ibi Bellamer. num. vlt. Anton. num. 10. Abbas num. 6. Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 1. num. 26. quæ doctrina est intelligenda, quando summus Pontifex sciret illegitimũ habere iam ordines minores, nam si id ignoraret, non censeretur dispensatus ad suscipiendos ordines maiores. ita Bellamera & Sanchez locis citatis.

6 Dico tertio. Quando Papa dispensat cum illegitimo ad omnes & quascunque dignitates Ecclesiasticas, non censetur dispensare ad dignitatem Episcopalem. ita Abbas in cap. dilectus filius. de concess. præbendæ num. 1. & in cap. Vintoniensis. de electione. num. 8. Sayrus lib. 6. de censuris. cap. 11. num. 28. Maiolus lib. 1. de

irreg.

irreg. cap.9. num.4. Oldradus conſ.14. Roman. conſ.338.Sylueſt. verbo legitimus. q.7.verſ. quartum. Tabiena beneficium 2. §.20. num.24.Peregrinus de fideicomm.art.13.num.8.Oieda par.2. cap.vlt.num.77. Barboſa de offic.Epiſcop.par.2.allegat.1. num.17.Garzia de benefic. par.1. cap.6. nu.66.nam
7 Epiſcopatus nō numeratur inter ſimplices dignitates, ſed culmen dignitatum nominatur in cap.2.de præbendis in 6.verbo dignitatum. & in cap.venerabilis.de præbendis.ibi.ad culmina dignitatum,ideſt ad Epiſcopatum,vt communiter Doctores verba illa interpretantur,& obſeruant etiam Caſſan. in Cathalogo gloriæ.par.4.cōſid.25. Paul.Fuſch.de viſitatio. lib.1. cap.2. num. 12. Barbatia in cap. dilectus. de offic.legati. col. penult. & in tract. de præſtant. Cardinal. par.1. q.1. nu. 16. Anaſtaſius Germon. tract. de ſacror.immunit.lib.3.cap.8. num. 9.Borg. de irregular. par. 6. tit. de ſimonia. num.39.& par.3. tit. de diſpenſatio.nu.8. quare Concil. Trident.ſeſſ.24. de reformat.cap.1. ait Epiſcopatum ſuper omnes gradus eſſe conſtitutum, & ſeſſ.25. de reform. cap. 6. verſ.Epiſcopus præterea. ait Epiſcopis primā deberi ſedem,& præcipuā omnium rerum agendarum auctoritatem. quapropter Epiſcopi ſummi ſacerdotes appellātur, vt tradit Ioſeph Ludou. Peruſ. deciſ.74. num.11. Cephal. lib. 1.conſil.1. num.49.& citat cap. 1. de ſacra vnctione. præterea Iſid. in cap. cleros 21. d. verſ. Pontifex.vocat Epiſcopos maximos Pontifices, ideſt maximos ſacerdotes, & verbo preſbyter.ait Epiſcopos Pontificatus apicem habere. Gloſa in c. in nouo. 21. diſt. verb. pari ait nullū ordinē in Eccleſia Epiſcopali maiorem, aut æqualem reperiri, quod etiam tradunt Sotus in 4. diſtinct.24. q.2.art. 4. concluſ.2. Henriq. lib.10. c. 7. §. 2. & cap.25. §. 1. Caſſan. in cathal. glor.mund.par.4.cōſiderat.25. Cephalus lib.1.cōſil.1. num.47. & ſeq. Gloſa in proœmio lib. 6. verbo Epiſcopus, & in cap. quia periculoſum. de ſenten. excommunic. in 6. de quorum dignitate & qualitate copioſe diſputant Lācell. Conrad. in templo Iudic. lib.1. cap.6. num.5. & lib.2. c. 6. §.4. nu. 2.& ſeqq. Germon. tract.de indult.verb.Epiſcopus.

Fa-

Fabi. Turrett. lib. 1. conf. 80. num.4. Bertach. tract. de Episcop. in procem. & per totum tract. Tob.Noni. conf. 71. nu. 31. Sfort. Odd. tract. de restit. in integr. q.32. num.150. cum igitur Episcopatus inter simplices dignitates non numeretur, sed culmen dignitatum nominetur, merito dicimus Papã dispensantem cum illegitimo ad omnes dignitates, non censeri dispensare ad dignitatem Episcopalem nisi facta expressa mentione de illa. quamuis Henriq.lib.14.cap.8. § 10. littera C. putet dispensatum à Papa quo ad omnes ordines, & beneficia etiam curata, & dignitates censeri dispensatũ ad Episcopatũ, & pro hac sententia allegat. Syl. & iurisperitus Salmanticæ consultos, quem sequitur Auila de censuris. par. 7. disp. 3. dub. 6. vers. quarto notandum est. in fine.

8 Dico quarto. Cum Papa dispensat cum illegitimo, vt possit clericari, solum censetur dispensare cum eo, vt possit suscipere ordines minores, & non maiores. ita Sylu. Clericus 1. quæst.4. Auila de censur. par.7. disp.3. dub. 6. vers. Maiolus. Sayr. lib.6. de cens. cap. 11. num.17. Maiol. lib.1. de irregul. cap.8. nu.4.& 5. summ. Confessor. lib.3. tit.19. quæst.

9 12. Nam licet in materia fauorabili nomine clerici intelligantur omnes in quacunque dignitate constituti, & cum conceditur aliquod priuilegiũ clericis, intelligitur etiam esse concessum alijs in ecclesiastica dignitate constitutis, vt habentibus prælaturas ecclesiasticas, & etiam ipsis Episcopis, vt asserunt Abbas in cap. cum tibi. de verb. signif. nu.3. & 4. & in cap.3. de postulat. Prælat. notab. 1. & in rubrica de vita & honestate cleric. nu. 8. & 9. summ. Confessor. & Sayr. loco cit. Butrius in dicto cap. cum tibi. Beroius volum. 1. consil.3. num.29. 32. 34. & 37. & consil.153. num. 61. Bellettus par. 1. disquis. cleric. §.

10 2. num.5. At in materia odiosa nomine clerici non comprehenduntur tales personæ, vt sunt Abbates, Archidiaconi, &c. ita Beroius dicto cõs.153. num.61. Abbas in rubric. de vita & honestate cleric. num.9. & in cap. bonæ. il 1. de postulat. Prælator. num.2. Decius in cap. cum non liceat. de præbend. num.18. Alciatus in l. 2.

ff. de

ff.de verborum signific.num.9.
11 Et multo minus nomine clerici in odiosis comprehendũtur Episcopi, vt bene docent Butrius in cap. sedes.de rescript. num.3.& 9. Imola num.2.Abbas in rubric. de vita & honestate cleric. num. 9. Mandos. in regula 20. q.20. de idiomate. num.7. Ruinus volum.2.cõsil.143.num.18. Simonet de reseruat q.11.Silua de benefic. par.1. q.3.num.24. Sylu.clericus 1. num.1: & constat ex dicto cap. sedes. de rescriptis.c. inquisitores. de hæretic. in 6. c.quia periculosum.de sent.excõm. in 6. c. si cõpromissarius. §.huiusmodi.de electione in 6.
12 c.2.de offic deleg in 6.nam in generalibus locutionibus personæ insignes & magnæ nõ veniunt, vt notant Glos.in c.2.de præb.in 6.verb.dignitatũ. Cephal.vol.1.cõs.1.n.57.& cõs. 2. n.8. & constat ex l. item apud. §.hæc edictum.ff.de iniur.& ex cap.2. de officio delegati in 6.
13 & multo minus sub nomine clericorum in odiosis comprehenduntur Cardinales, vt obseruant Cephal.volum.1.cons. 1. num.40. & seqq. & cons. 2. n.8. Iason. cons.117.lib.4.Ruinus lib.5.cons.4 nu. 6. Gomez in regul. de Idiomate quæst. 3. nu.6.Gigas de pension. quæst. 9.num.7.Ancharan.cons. 296. & 298. Cassadorus decis. 38. in regul. Cancell.Roman.cons. 498. & ibi Mandos. lit.C. Ferret. lib. 2.cons. 315.num. 7.nos vero sumus in materia odiosa, nam dispensationes sunt odiosæ, cum sint iuris communis relaxationes, recedere enim à iure communi est odiosum, odia vero restringenda sunt nõ amplianda iuxta regulam odia de regul.iur.in 6. quare cũ Papa concedit illegitimo, vt possit clericari, hæc concessio recedens à iure communi intelligenda est ordinibus minoribus duntaxat.

14 DICO quinto. Illegitimus dispensatus à summo Pontifice, vt possit suscipere omnes ordines sacros, non censetur esse dispensatus, vt possit esse Parochus vel Curatus,ita Abbas in cap. 1. de filijs presbyt. n. 6. & in c. literas.eodem tit. num.6.in fine. Sayr. de censuris lib.6.cap.11.num.23.& 27. Maiol.lib. 1.de irregul. cap. 9. num. 1.Couar. par.2. sponsal. cap.8.§.8.num.5.Barbosa de offic. Episcop. part. 2. allegat. 45.num.9.Garzia de benefic. par.

par.1.cap.6. num.67. Campa-
nil. in diuer. iuris cano. rubric.
15 11. cap. 13. num.101. Item
illegitimus diſpēſatus ad cer-
tum ordinem cenſetur quidem
diſpenſatus ad ordinē illo in-
feriorem non autem ſuperio-
rem.ita Maiolus lib. 1. cap. 8.
num.7. Sayr. dicto cap. 11.nu.
16 20. Præterea illegitimus di-
ſpenſatus à Papa ad Epiſcopa-
tum non cenſetur eſſe diſpen-
ſatus ad Archiepiſcopatum, &
ſi fuerit diſpēſatus ad Archie-
piſcopatum, non eſt propterea
diſpenſatus ad Patriarchatū,
& ſic de alijs dignitatibus ma-
ioribus, ita Abbas in cap. dile-
ctus filius. de conceſſio. præ-
bend.nu. 1.Maiol.lib. 1. cap.9.
num. 6.Sayr. lib.6. cap. 11.n.
29. nam ad Epiſcopalem di-
gnitatem & alias ea ſuperiores
difficile illegitimi admittūtur,
& niſi Papa expreſſe cum illis
diſpenſet, non cenſentur per
verba generalia admitti debe-
re ad dignitates huiuſmodi, vt
notant Maiol. loc. cit. num.7.
Sayr. loco cit. Palæot. de no-
this. cap.57. num.6. & 7.
17 Dico ſexto. Quando Pa-
pa diſpenſat cum illegitimo, vt
poſſit obtinere beneficium, nō
cēſetur diſpenſare cum illo ad
beneficium curatum, ſed ſolū
ſimplex.ita Gloſa in cap.vlt.de
præbēdis. num.3. Borgaſius de
irregul. par.2.rubrica de inter-
pretatio. diſpenſatio. num. 3.
Sayr. lib.6. de cenſur. cap. 11.
num. 25. Barboſa de officio E-
piſcop. par.2. allegat.45.nu.7.
Campanil. in diuerſorio iuris
canon. rubr.11. c.13. num. 97.
probatur. quia non cui ſolet
conferri beneficium ſimplex,
ſolet etiam conferri beneficiū
curatum, cum plura requiran-
tur in eo, qui debet promoueri
ad curatum, quam qui debet
promoueri ad beneficium ſim-
plex, ergo niſi fiat expreſſa
mentio de beneficio curato, il-
legitimus ſolum cenſetur eſſe
diſpenſatus ad beneficium ſim-
plex, præſertim cum diſpenſa-
tiones ſint ſtricte interpretan-
18 dæ. propter eamdem rationē
quando quis à Summo Ponti-
fice diſpenſatur ad obtinendū
beneficium præbendatum vel
aliud, nō poteſt vi talis diſpen-
ſationis obtinere beneficium
curatum.ita Abbas in cap. fi-
nali de præbendis.num.7. Ma-
iol.lib.1. cap.9. num.2.Sayr.li-
bro 6. cap. 11.num. 24.

Obijcies. Papa diſpenſat
cū illegitimo, vt poſſit obtine-
re

rè beneficium præbendatum, vel aliud, at illa particula aliud non videtur posse significare nisi beneficium curatũ, ergo. Respondeo illam particulam significare aliud beneficium simile præbendato, nam dictio alius dicit qualitatem similem præcedentibus cap. sedes. de rescriptis, at beneficiũ curatum valde differt à præbendato, plura enim, vt dixi, requiruntur in eo, qui debet promoueri ad beneficium curatum, quam qui ad præbendatum, & alia simplicia beneficia.

19. Dico septimo. Cum Papa dispensat cum illegitimo, vt possit consequi beneficium, nõ potest vi talis dispẽsationis cõsequi nisi vnicum tantum beneficium, vt constat ex c. non potest. de præbendis in 6. & c. 1. §. ille vero. de filijs presbytero. in 6. & docent ibi Archidiac. in fine. Franc. num. 12. Ancharan. quæst. penult. Domin. num. penult. Idem Franc. in dicto c. non potest. in princ. de præbendis in 6. num. 7. Rebuff. in praxi benefic. titul. de dispẽsatione super defectu natalium. num. 83. & in concordatis in forma mandati verbo dispensatio. Nauar. concl. 9. de præbend. Rosiniac. de beneficijs cap. 13. nu. 36. & seqq. Rota decis. 1. de filijs presbyterorum in nouis. Bellamera decis. vlt. & consil. 52. Achilles decisio. 285. alias 1. de concessione præbendæ. Felinus in cap. final. de tregua & pace num. 4. Tiraquellus in l. boues. §. hoc sermone. ff. de verborum significatione. num. 29. & seqq.

20. quamuis alij putent talem dispensationem non arctari ad primum beneficium, sed eo dimisso extendi successiue ad aliud & aliud. ita Angel. verbo. beneficium num. 24. Tabiena, beneficium 2. quæst. 17. nu. 19. Syl. beneficium 2. quæst. 11. num. 14. Armilla verbo beneficium. num. 29. Io. Andr. in cap. 1. de filijs presbyter. in 6. & in cap. non potest de præbendis in 6. num. 5. in dict. cap. 1. num. 11. Gambarus lib. 7. de officio legati. num. 237. & seqq. & lib. 10. num. 222. Henriq. lib. 13. cap. 57. §. 5. & lib. 14. c. 8. §. 10. in glosa lit. C. quam sententiam dicit esse satis probabilem Sanchez lib. 8. de Matrim. disput. 31. num. 11. nam illa dispensatio, inquit, reddens illegitimum capacem non respi-

spi-

ſpicit beneficium, ſed perſonã, & reſpondet ad citatum textum in cap. 1. de filijs presbyt. in 6. vbi legimus, illegitimum diſpenſatum ad beneficium nõ poſſe obtinere niſi vnicum beneficium. ait enim illa verba eſſe intelligenda in hoc ſenſu, nempe quod illegitimus diſpẽſatus ad beneficium non poſſit obtinere niſi vnicũ beneficiũ. ita vt ſimul non poſſit obtinere duo beneficia, non tamen negare poſſe illegitimum, ſi dimittat illud beneficium, obtinere poſtea aliud & aliud ſucceſſiue. præterea Auila de cenſur. par. 7. diſp. 3. dub. 6. verſ. præterea aduertite. ait diſpenſatum ad certum beneficium curatum non poſſe virtute talis diſpenſationis obtinere ſecundum beneficium. nam iſta diſpenſatio eſt ſtricte interpretanda & hoc, quamuis relinquat primum. ita Couar. in 4. decretal. par. 2. cap. 8. §. 8. coroll. 6. at vero ſi diſpenſetur ad curatum in communi, ſeu ad incertũ, poteſt obtinere aliud & aliud, relicto priori & docet Henriq. lib. 14. cap. 8. num. 10. in gloſ. lit. C. ſed prior ſententia eſt ſequenda, nam diſpenſatio, vt in dicto cap. 1. dicitur, eſt ſtricti iuris, & cum exorbitet à iure communi, ſitque odioſa, non includit niſi primũ actum, eoque impleto ceſſat, quod eſt etiam conforme l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſignific. vbi dicitur ſermonem ſimpliciter prolatum intelligi

21 de prima vice. quodque etiam eſt conforme l. ſi quando. C. de inoſſicioſo teſtamento. vbi dicitur diſpenſationem conceſſam aduerſus vnum impedimẽtum non extendi ad aliud, & notat ibi gloſa, quam ſequuntur communiter Doctores, vt Io. Baptiſta à Coſta de retrotractatione cap. 9. caſu 10. nu. 2. Surdus conſil. 245. num. 4. Simon de Pretis conſ. 51. nu. 6. Ioſeph Gonzalez lib. variar. quæſt. cap. 14. nu. 11. Io. Andr. in cap. vlt. de filijs presb. in 6. Bartol. in l. cum propter. de legat. præſtand. num. 1. Natta lib. 4. conſ. 600. num. 32. Decius conſ. 610. num. 15. Bambac. in cap. 1. §. qui clericus, ſi de feud. defunc. num. 89. Anton. de Ball. lib. 5. quæſt. 26. num. 6. Barboſa de offic. Epiſcop. par. 2. allegat. 45. num. 3. Carol. de Graſ. de effectibus Clerica-

22 tus. effectu 4. n. 57. quod etiam eſt conforme ſententiæ illorũ, qui

qui existimant dispensatum ad vnum effectum non censeri dispensatum ad alium, hi sunt Bartol. in dicta l. cum propter. Beroius lib. 2. consl. 163. nu. 30. & 41. Riminald. senior consl. 91. nu. 4. Riminal. iunior consl. 341. num. 36. Simon de Pretis. consl. 100. num. 29. Carolus de Graffis num. 58. Barbosa n. 3.

23 Dico octauo. Cum summus Pontifex dispensat cum illegitimo, vt possit obtinere omne beneficium etiam curatum & parochiale, non potest illegitimus vi talis dispensatio nis obtinere aliquam dignitatem Ecclesiasticam, quæ solet concedi per viam electionis. ita summ. confessor. lib. 3. tit. 19. quæst. 3. Maiol. lib. 1. de irreg. cap. 9. num. 2. & 3. Sayr. lib. 6. de censur. cap. 11. num. 26. quia non censetur velle Pontificem præiudicare habentibus vim eligendi ad talem digni-

24 tatem. imo vniuersaliter loquendo dispensatus ad beneficium curatum non censetur dispensatus ad obtinendam dignitatem Ecclesiasticam. ita Petrus Greg. syntagmat. iuris lib. 17. cap. 6. num. 36. Barbosa de offic. Episcop. par. 2. allegatio. 45. num. 11. Campanil. in diuersor. iuris canon. rubrica 11. cap. 13. num. 101. Bellett. par. 1. disquis. cleric. §. 3. num. 37. qui citat Geminianũ in cap. final. de filijs presbyt. in 6. Azor par. 2. lib. 6. cap. 3. q. 7. vbi ait, spurium, cui Pontifex concessit, vt ad beneficia posset eligi, virtute talis concessionis non posse promoueri ad dignitates, & allegat pro hac sententia Abbatem in cap. literas. de filijs presbyt. & Io. Andræam & Rebuffum in praxi par. 2. de dispensatio. super defectu natalium num. 52.

25 nam appellatione beneficiorum non veniunt dignitates, nisi exprimantur, vt constat ex Clement. 1. de sequestr. poss. & propr. cap. ad aures. de rescriptis, cap. finali de præbendis. & notant Bellett. §. 2. num. 38. Gomez in regula de annali q. 19. num. 1. & 2. & in regula de triennali. quæst. 2. Barbosa dicta alleg. 45. num. 12.

26 Deinde in dispensationibus vim non habet argumentum sumptũ à pari ratione, vel etiã maiori, vt bene affirmant Molina tom. 3. trac. 2. disp. 591. num. 2. Couar. de sponsal. part. 2. cap. 8. §. 8. n. 11. Syl. beneficium 3. q. 4. num. 8. in fine. &

q. 12.

q. 12. Speculator. in tit. de dispensatio. §. dicendum restat. n. 16. Io. Andr. in cap. postulasti de rescriptis num. 11. & ibi Hostien. num. 12. Anton. nu. 8. Bellamer. num. 3. Villalob. in commun. lit. D. num. 90. Gigas de pension. q. 18. in fine. Barbosa par. 2. allegat. 45. num. 2. Garzia de benefic. par. 1. cap. 6. nu. 59. Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 1. num. 32. & disput. 24. nu. 17. Campanil. in diuers. iur. canon. rubr. 11. c. 13. nu. 91. Salas de legibus. disp. 20. sect. 10. Milis in repertor. lit. D. verbo dispensatio. num. 23. Gambara de auctoritate legati lib. 10. num. 211. Iason. in l. 2. in princ. ff. de vulgari num. 39. & in l. beneficium. ff. de constitut. Princ. num. 38. Nauar. de redditibus ecclesiast. q. 3. monito 10. num. 2. Readin. in promptuario receptarum sententiarum tom. 1. tit. 29. num. 12. Brunorus à Sole in suo compendio litt. D. verb. dispensationes sunt odiosæ. Surdus decis. 268. nu. 20. & 21. Gutier. lib. 2. quæst. canon. cap. 15. num. 124. Cald. Pereira de nominatione emphiteusis. q. 21. num. 65. Beia in suis responsis casu 45. ad finem. Lopez in instructo. par. 2. vbi agit de clauibus. cap. 7. col. 5. Carrerius lib. 3. de sponsal. c. 3. in fine. Beroius in cap. super eo. de vsuris. num. 13. Euerard. loc. à minori. num. 4. Menoch. volum. 1. cons. 72. num. 11. Tabiena beneficium 2. quæst. 17. num. 20. Maiol. lib. 1. de irregular. cap. 51. num. 10. Anastas. Germon. de indult. Card. §. nec quorumcumque. num. 17. nam quæ à iure communi exorbitant, minime sunt ad consequentiã trahenda, vt dicitur in regula, quæ à iure. de regul. iur. in 6. at dispensatio à iure cõmuni exorbitat, quare in ea non licet argumentari à paritate rationis, vel à maiori ad minus, & consequenter non licet argumentari. illegitimus est dispẽsatus ad beneficium curatum, ergo etiam consequenter est dispensatus ad obtinendam dignitatem ecclesiasticam.

27 Dico nono. Qui est dispensatus ad ordines, non censetur esse dispensatus ad beneficia simplicia. ita Garzia de benefic. par. 1. cap. 6. num. 70. Mar. Anton. lib. 1. variar. resolutionum. resolutione 19. num. 10. Rebuff. in praxi benef. tit. de dispensat. super defectu natal.

tal.num.48. Barbosa de officio Episcopi par.2.allegatione 45. num.6. Suarez tom.1. de censur. disp.41. sect.3.num.3.in fine. Campanil.in diuers.iur.canonici. rubrica 11.cap.13. nu. 11.Lambert. de iurepatron.prima par.lib.2. q.7.ar.13.nu. 15. Gambara de officio legati lib. 7. rubrica 1. num. 202. Paris. vol.4. cons.88. num.19. Petrus de Ledesm.in sum. vbi agit de matrimonio.cap.34.conclus.6. Riccius in praxi aurea resolut. 392. in fine. Sayr. de censuris lib.6. cap.11. num.21. Auila de censuris disput. 3. dubio 6. vers. quarto notandum est. vbi ait. Dispensatus ad minores ordines per Episcopum non manet dispensatus ad beneficium simplex,& citat pro hac sentétia Nauarrum consil.3.de ætate & qualitate ordinandorum

28 ad 5.quæstio.Sicut nec etiam dispensatus per Papam ad sacerdotium manet dispensatus ad beneficium curatum, & citat Henriquez lib.14.cap.8. n. 10. litt. C. & Nauarrum cons. 3. de filijs presbyt. num.5.immo nec ad beneficiũ simplex, sic aliqui viri docti. additq. id videri de mente Syluestri beneficium 3.q.10. Tabienæ eodem verbo.num.16.Couarr. in Clement.si furiosus. par.1. initio coroll.5.qui dicunt dispensatum ad sacros ordines virtute talis dispensationis non manere dispensatum ad aliquod beneficium, & videtur esse de mente Nauarri cons. 3. citato. de filijs presbyt. vers. secundo colligitur. ita Auila. Azor.to. 2.cap.3. q.5.vbi ait dispensatum ad ordines sacros non propterea esse dispensatum ad vllum beneficium. nam dispensatio est stricti iuris, strictéque est interpretanda. c.1. de filijs presbyt. in 6. §. finali. Maynard. decis. 21. & restringitur ad actum,super quo interponitur, nec potest extendi de vno casu ad alium,sed solum ad eũ, super quo dispensatur, ergo quando cum illegitimo dispensatur ad ordines, non intelligitur esse dispensatus ad beneficium.

29 Nonnulli vero sentiunt dispensatum ad ordines eo ipso esse dispensatum ad beneficia simplicia. ita Henriq.lib.13. c. 57. §.5. Oldrad.cons.215.n.6. Bellettus par. 1. disquis. clerical.§.3. num.36. qui citat Archidiaconum in cap. presbyterorum. 56.dist. Gloss.in c. fi-

nali, verbo Sedis Apostolicæ. & ibi Abbatem n. 3. de filijs presbyt. Maiolum. de irregularit. lib. 1. cap. 8. num. 8. sic etiam sentiunt Anton. in cap. postulasti. de rescrip. num. 10. & ibi Imola num. 4. Felin. num. 10. & in cap. finali de simonia. nu. 5. & consil. 6. nu. 8. & 9. Anchar. in cap. final. de filijs presbyt. in 6. num. vnico notab. 1. Milis in repertorio verb. dispensatione. num. 23. vers. dispensatus ad ordines. Borgas. de irregularit. 2. par. tit. de interpretatione dispensationis. nu. 7. Emanuel Sà verb. dispensatio. num. 14. Abbas in cap. At si clerici. §. de adulterijs. num. 8. & ibi Decius de iudicijs. Anchar. cōs. 37. col. 1. vers. venio ad secundum. & cons. 404. Paulus de Castro volum. 1. cons. 30. n. 3. Federicus de Senis cōs. 276. in fine. nam hæc dispensatio, inquiunt, reducit gratiam ad ius primæuum commune, & cum sit fauorabilis, est late extēdenda, & de casu ad casum, vt dicitur in l. si vnus. §. pactū. ff. de pactis. & tradunt Alexander in l. si constante. in princ. num. 5. ff. soluto matrimon. Iason in l. omnium. C. de testam. num. 11. sed hæc ratio aduersatur communi opinioni afferenti dispensationem, cum vulneret ius commune, esse stricte interpretandam.

30 Sanchez vero lib. 8. de matrimonio. disput. 1. num. 27. sentit illegitimum dispensatum ad omnes ordines censeri tunc, etiam esse dispensatum ad beneficium simplex, (nam, inquit, dispensatus ad omnes ordines est etiam dispensatus ad ordines sacros) cū nullus possit promoueri ad ordines sacros absque beneficio, quare in cap. accepimus. de ætat. & qualit. cogitur Episcopus conferre beneficium clerico quem ad ordines sacros promouit absque titulo. immo non debet quis promoueri ad ordines sacros absque beneficio, vt statuit Cōcilium Triden. sess. 21. cap. 2. de reformat. etiāsi promouendus habeat patrimoniū, vel pensionem, nisi quando aliter exigeret necessitas vel vtilitas Ecclesiæ. quare si Papa legitimet aliquem ad ordines sacros, eo ipso censetur etiam illum legitimare ad beneficiū simplex, cum sine beneficio nō debeat Episcopus aliquē promouere ad omnes sacros, quæ sententia mihi videtur valde pro-

probabilis. quamuis non assentiar opinioni eiusdem doctoris in eo,quod asserit dispensatum cum illegitimo quo ad omnes ordines esse etiam dispensatũ quo ad ordines sacros, nam contrariam sententiam secutus sum supra dicto 2. num.4.

31 Dico decimo. Si Summus Pontifex dispenset cum illegitimo, vt possit promoueri ad dignitates ecclesiasticas, virtute talis dispensationis nõ potest promoueri ad dignitates maiores & principales. ita Sayr. lib.6. de censur. cap.11. num.27. Maiol.lib.1. cap.9. n. 6. Rota decis.45.& decis.407. vbi dicit ita obseruari in curia Romana. Azor. to.2.lib.6.c.3. q.8. Bellett.par.1. disquis. cleric. §.2. num.39. Barbosa de officio Episcopi par.2.alleg.45. num.14. Bellamera decis.698. post medium. Rebuff. in concordat. in forma mandat. Apostolic.in glos.verb.aut in dignitate,& in praxi tit.de dispensatio.super defectu nataliũ n.86.

32 Nomine dignitatis maioris intelligitur ea, quæ in Ecclesia cathedrali maior est cæteris post dignitatem Episcopalem. Nomine vero dignitatis principalis intelligitur ea, quæ in Ecclesia Collegiali est cæteris

33 præstantior. Item qui est dispensatus ad dignitates, & beneficia, non potest ad illa promoueri, si habeant annexam curam animarum. ita Azor dicto cap. 3. q. 5. 9. & 10. Bar-

34 bosa num.13.Præterea qui est dispensatus ad beneficia curata, non censetur esse dispensatus ad canonicatus Ecclesiæ cathedralis. ita Rota decis.54. alias 1. de filijs presbyt. in antiquis.Campanil.in diuersor.iuris canonic. rubr.11.cap.13. n. 99. Barbosa par.2. de offic.Episcop.allegatio.45.n.16. quamuis in hoc contrarium velit Io. Selua de benefic. par.2. q. 61. num. 6.

35 Dico vndecimo. Cum legitimatio differat à dispensatione; nam dispensatio est, cũ quis ad certum actum fit legitimus,at legitimatio efficit hominẽ absolute, & quo ad omnia legitimum, ac si reuera esset omnino legitimus, vt obseruant Couarr.in 4. decretal. par.2. cap.8.§. 8. Auila de cẽsuris par.7.disp.3. dub.6. vers. Maiolus. Bald. in l.eam quam. C.de fideicomm. col. 1. Io.Andr. in addition.ad Speculator. in tit. de successio. ab intestat.

§.finali. Riminald.iunior conſ. 46. num.12. Decius conſ.288. num.2. & 365. num.5. Iaſon volum.2. conſ.202.col.5.Tiraquel. in repetit.l.ſi vnquã.verbo ſuſceperit liberos. num.78. Angel.conſ.17. colum.2. Idem Iaſon in l.ex facto.ff.de vulgar. num.19.Ruinus volum.3.conſ. 94. num.7. Alciatus lib.9.conſil.14.num.1. Pariſ.vol.1.conſ.
36 1. num.33. Quod multo certius eſt in legitimatis per matrimonium. iſti enim efficiuntur vere legitimi, & ſuccedunt parentibus ab inteſtato, & ex teſtamento, ac iura omnia legitimorum conſequuntur, vt conſtat ex l. cum quis.& l.nuper. C. de natural. liber. & ex §.dubitatum.Authen.de trien. & ſemiſſ. & ex §. final.Authẽt. de inceſt.nupt.& Authen. quibus mod. efficia. ſui. in §. reliqui. & ex §. finali inſtit. de nupt. & §. quibus. inſtit.de hæred. quæ ab inteſtat. defer. & ex cap.1. & cap. tanta. qui filij ſint legitimi, & ſuccedunt cum alijs filijs legitimis.l. cum quis. & l. nuper.C.de natural. lib. & docent Anton. Gabriel. titulo de legitimatio. concluſ. 1. num.15. Siluanus conſilio 3. num.32.

37 DICO duodecimo. Quando Summus Pontifex aliquem abſolute legitimat, poteſt hic promoueri ſine noua diſpenſatione ad omnes ordines ſacros, & poteſt obtinere beneficium curatum,& dignitatem. ita Auila loco cit. Couar.loco cit. num.5. verſ.quinto eodem. vbi ait. legitimatus à Romano Pontifice non tantum poteſt ſacerdotis dignitate inſigniri, ſed etiam beneficia curam animarum habentia conſequi,non tamen poterit ea beneficia obtinere is, cum quo diſpenſauerit Romanus Pontifex, vt ſacerdotis dignitatem aſſumere poſſet.

SVMMARIVM.

1 *Nulla irregularitas tollitur per profeſsionem factam in religione præter eam, quæ oritur ex defectu natalium.*
2 *Irregularitas, quæ oritur ex defectu natalium, non tollitur per ſolam habitus religioſi ſuſceptionem, ſed neceſſario requiritur, vt emittatur profeſsio.*
3 *Nemo abſoluitur ab irregularitate ad reincidentiam. Illegitimus qui per vota ſimplicia fit religioſus in ſocietate Ieſu, ſi ab ea poſtea retrocedit, non reincidit in priſtinam irregularitatem.*

No-

4 *Nouitius, qui virtute priuilegiorũ religionis absoluitur ab excommunicatione reseruata, si à religione discedat, reincidit in eandem excommunicationem, non tamen est hoc verum in religioso, si absolutus à votis redeat ad seculum.*

5 *Quando cessat causa finalis, ob quam concessa est dispensatio, cessat etiam dispensatio, si ea nondum fuerit suum effectum sortita.*

6 *Irregularitas proueniens ex defectu natalium tollitur per vota, quæ emittunt religiosi Societatis Iesu post biennium probationis, antequam solemnem professionem emittant.*

7 *Prouinciales Societatis Iesu possunt cum illegitimo suo subdito dispẽsare ad omnes ordines, quãdo finito nouitiatu emisit vota simplicia.*

8 *Professio emissa in religione non solum tollit irregularitatem quo ad ordines suscipiendos, sed etiam quo ad vsum ordinum susceptorum.*

9 *Dispẽsatio est strictè interpretãda.*

10 *Dispensatio cõcessa in fauorem religionis est ample interpretanda.*

11 *Non solũ illegitimi naturales possunt post emissam professionem ad ordines promoueri, sed etiam spurij.*

12 *Constitutio Sixti V. contra illegitimos est redacta ad ius commune à Gregorio XIIII.*

QVAESTIO XXXIX.

An defectus nataliũ tollatur per ingressũ religionis.

1 DIco primo. Quamuis Glossa in cap. cum deputati. de iudicijs.in fine. & in cap.finali.in fine.19.q.3. putet per professionem, quæ emittitur in religione, aboleri omnẽ irregularitatem, attamen amplectenda est sententia cõmunis, nempe nullam tolli irregularitatem præter eam, quæ oritur ex defectu nataliũ. ita Nauarr.Commen.2. de regularib. n.60.Azor tom.1.lib.12.c.15. q.12. Ang.irregularitas.vlt.nu. vnic.Syl.eodem verbo.q.vlt.Armilla n.88.Couarr. in Clem. si furiosus.de homicidio.par.1.§.2.n.6.Abbas in cap.2.de Apostatis. in fine. & ibi Anani. in fin.Henriq.lib.14.c.17.n.2.Socin. in cap. ad audientiam. de homicid.col.vlt. Villadiego de irregularit.c.16.n.vnic.verſ.vlterius quæro.Suarez tom.5.de censur.disp.41.sect.1.nu.3. Roderic.tom.1. quæst.regul.q.13. art. 5. nam nullo iure habetur deleri omnem irregularitatem per professionem, sed solum in

c.1. de filijs presbyt. statuitur tolli irregularitatem, quæ oritur ex defectu natalium.

2 Dico secundo. Hoc impedimentum non tollitur per solam habitus religiosi susceptionem, sed necessario requiritur, vt emittatur professio, ante professionem enim nō tollitur hæc irregularitas. ita Suarez tom. 5. de censur. disp. 50. sect. 5. num. 12. Sotus in 4. dist. 25. q. 1. ar. 3. col. 2. & ibi Riccard. art. 4. q. 3. Paludan. dist. 41. q. 3. ar. 2. num. 14. Anton. 3. par. tit. 1. cap. 27. §. 3. Maiol. lib. 1. de irregularitate cap. 10. nu. 2. Gregor. Lopez in l. 12. tit. 6. par. 1. Franch. in cap. 1. de filijs presb. in 6. nu. 11. Sayrus lib. 6. de censuris. c. 11. n. 3. Valētia tom. 4. disput. 7. q. 19. punc. 3. §. 2. agens de secunda specie irregularitatis in primo defectu. Felin. in c. cùm deputati. de iudicijs. nu. 2. Rebuff. in praxi benefic. tit. de dispensatio. super defectu natalium. n. 66. Graff. in decis. 1. par. lib. 4. cap. 27. n. 54. Viuald. part. 2. vbi agit de irregularitate. n. 125. Nauar. Comm. 2. de regular. num. 60. & in sum. cap. 27. nu. 201. Ledesma 2. par. 4. q. 26. art. 2. col. 4. Henriq. lib. 14. de irregularit. cap. 8. n. 10. & c. 17. n. 2. Azor tom. 1. lib. 12. c. 5. q. 12. Lopez in instruction. vbi agit de clauibus. cap. 23. de irregularit. in secunda specie irregularitatis. Philiarch. to. 1. par. 1. lib. 4. cap. 8. & patet ex d. c. 1. de filijs presbyt. ibi. Nisi monachi fiant, quia non fit vere & proprie aliquis monachus, & religiosus, nisi professionem emittat, & nouitius proprie loquendo nō est vere religiosus.

Ab hac communi sententia discedit Rodericus to. 1. quæstion. regul. q. 13. ar. 4. qui scribit hoc impedimentum non solum tolli per professionem, sed etiam per receptionem habitus religiosi, immo per educationem, quæ fit in religione, cū nempe quis in ea educatur, vt postea ad professionem admittatur. Addit etiam, quod si hic, ante quam religionem profiteatur, ab illa retrocedat, reincidat in eamdem irregularitatem, qua prius detinebatur, & ita non poterit nec vti ordinibus susceptis, nec ad alios ascendere. sicut qui in Tyrocinio versantur, cum per priuilegia religionis absoluuntur à censuris reseruatis, si antè professionem dimittant habitū religionis, in easdem censuras postea

ſtea reincidunt ex quodam priuilegio Clementis Quarti. Verum hoc non placet, quia nullo iure id fundatur, & quæ dicit de reincidentia, nõ placet,
3 neque quis vnquam abſoluitur ab irregularitate ad reincidentiam, licet ſit praxis in Eccleſia, vt quis abſoluatur à cenſuris cum reincidentia. eodem modo dicendum eſt de illegitimo, ſi fiat per vota ſimplicia religioſus in Societate Ieſu, ab eaque poſtea retrocedat, hic enim non reincidet in priſtinã irregularitatem, quare poſtquam ad ſeculum redijt, poteſt ad ordines promoueri, & ſi fuerit promotus, poterit in illis licite miniſtrare abſque alia diſpenſatione, vt aduertunt Suarez tom. 5. de cenſuris disp. 50. ſect. 5. in fine, Sãchez lib. 5. de-
4 calogi cap. 5. num. 14. Immo licet quando nouitius virtute priuilegiorum religionis abſoluitur ab excõmunicatione reſeruata, reincidat in eandem excommunicationem, ſi à religione poſtea diſceſſerit, & ad ſeculum redierit, cum illa abſolutio fuerit data in ordine ad profeſſionem, vel in ordine ad vota ſimplicia, per quæ efficiatur verus religioſus, at ſi fiat verus religioſus per profeſſionẽ, vel per vota ſimplicia, nõ amplius reincidet in eandẽ excõmunicationẽ, quãuis poſtea fuerit abſolutus à votis, quia nullo iure id habetur, & priuilegiũ Clementis IV. loquitur ſolũ, quando Nouitius abſoluitur virtute priuilegiorũ ab excõmunicatione, & non de religioſo.

Obijcies. Is, qui in Societate Ieſu factus eſt per vota ſimplicia religioſus, ſi ab ea poſtea retrocedat, non debet ob defectum natalium in ſeculo ad ſacros ordines promoueri; nec in antea ſuſceptis miniſtrare abſque noua diſpenſatione Summi Pontificis, cum fuerit diſpenſatus in hac irregularitate propter ſtatum religioſũ, quem aſſumpſit, & cum hic nõ ſit amplius in ſtatu religioſo, non debet frui priuilegio huic
5 ſtatui conceſſo, nam quando ceſſat cauſa finalis, ob quã conceſſa eſt diſpẽſatio, ceſſat etiã diſpenſatio, ſi ea nondum fuerit ſuum effectum ſortita, vt patet in c. generaliter. 16. q. 1. & docet ibi Gloſ. verbo. non deuagãtes. idem patet ex c. tuæ. de cleric. non reſid. & c. Abbate, in fine. de verb. ſignif. l. digeſte. §. quamuis. de iure patron. &

c.cũ cessante.de appell. c. Cænomẽsem. 56. c.monachus. 67. d.c.vlt. in fine. 77. d.c.quod pro necessitate. 1. q. 1. c.eos. 1. q. 5. c.quod pro remedio. c.exigunt 1. q. 7. cap. ordinationes. 9. q. 1. vers. quamuis autem. & affirmant Glosa in c.cum ex eo. de electione in 6. verbo litterarũ. & in regula decet. 16. de regul. iuris in 6. verb. decet. & ibi Dynus num. 2. Tiraquell. in tract. cessante causa. in princip. n. 91. Valasc. tom. 1. cons. 60. num. 9. Bald. in l. generaliter. C. de Episcop. & cleric. nu. 3. & in rubr. de consuetud. n. 25. Io. Andr. in c. post translationem. de renunciat. n. 29. in princ. Brunorus in compendio lit. D. vers. dispensatio cessare debet. Franc. in dictum c. cum ex eo. de electione in 6. n. 2. notab. vlt. Archidiac. in c. 1. dist. 55. num. 1. & ibi Domin. col. 1. vers. quæro an iusta. idem Archid. in c. Neophytus. dist. 61. Probus in additio. ad Monach. c. 1. de filijs presbyt. in 6. num. 5. Alexander in l. filius à patre. §. filius familias. ff. de liberis & posthum. nu. 2. Felin. in cap. quæ in Ecclesiarũ. de constit. num. 29. Barbos. de offic. Episcop. par. 2. alleg. 33. num. 6. Riccius in praxi aurea resol. 410. num. 8. Cardin. Alexand. in cap. quia circa. de cõsanguinit. & affinit. notab. 4. Bald. in rubric. de consuetud. col. vlt. ver. cessante causa. & in c. penult. in fin. de electio.

Respondeo. Quod illegitimus possit promoueri ad omnes ordines absque vlla alia dispensatione, si fiat religiosus, est priuilegium concessum ipsi religioso in fauorẽ status, quẽ assumpsit, & in præmium actus Deo gratissimi, quo, spretis omnibus rebus mundanis, se totũ Deo consecrauit, quæ non cessant, quamuis ille religiosus postea vel retrocedat à religione, vel ab ea dimittatur, & cũ actus suum effectum fuerit sortitus, absolute hic factus est habilis tum ad ordines suscipiendos, tum ad vsum ordinum susceptorum, neque vllo iure habetur, hunc, si postea recedat à statu religioso, reincidere in eandem irregularitatem, nec iura concedentia illegitimo, vt possit ad ordines ascendere, si fiat religiosus, concedunt hoc priuilegiũ cum hac cõditione, si in religione permaneat, hoc enim cũ iura canonica nõ exigãt, nec nos debemus exigere.

Dictum est non tolli hoc im-

pe-

pedimẽtum per solam educationem religionis. contra hanc doctrinam sic obijci potest. In c.1. de filijs presbyter. dicitur tolli hoc impedimentum, si illegitimi fiant monachi, vel in religione canonica regulariter viuant, ergo per solam educationem & probationẽ religionis tollitur hoc impedimentũ, & non requiritur necessario, vt illegitimi emittant professionẽ in religione. Respondeo illis verbis tantum significari non solum monachos, sed etiam canonicos regulares gaudere hoc priuilegio, dummodo tamen professionem emittãt, per quam quis constituitur vere & proprie religiosus, vt notant in eo cap. Anton. num. 7. Abbas n. 2. & idem significatur in cap. 1. dist. 56. illis verbis. Nisi in cœnobijs religiose probati fuerint conuersati. quorũ verborũ sensus est, nisi fuerint monachi, aut canonici regulares.

Obijcies. In summario eiusdem cap. 1. de filijs presbyt. dicitur illegitimus non ordinari, nisi vt religiosus fiat, ergo ante professionem per solam educationem, & probationem in religione tollitur hoc impedimentum. Respondeo illa verba summarij non habere magnam auctoritatem, & ideo propter illa in re graui à communi opinione discedendum non est. Respondeo secundo illam particulam vt redũdare, quare Abbas & Anton. in allegato textu. in princ. summant illum textum absque dicta particula, vt, & absolute dicunt, illegitimos nõ posse ad ordines promoueri, nisi fiant religiosi.

Obijcies. Communiter doctores dicunt, hanc irregularitatem tolli per ingressum religionis, ergo nõ requiritur professio. Respondeo doctores per ingressum religionis intelligere professionẽ, qua quis cũ effectu illam ingreditur iuxta c. vlt. 19. q. 3. & c. ex publico. de conuer. coniugator.

6 Dico tertio. Hæc irregularitas proueniens ex defectu natalium tollitur per vota, quæ emittunt religiosi Societatis Iesu post biennium probationis, antequam solemnem professionem emittant. & ratio est, quia iura canonica statuũt illegitimum posse promoueri ad ordines, si fiat religiosus; at qui ingreditur Societatem Iesu, si post bienniũ probationis emittat in ea vota simpli-

cia,

cia, fit verus religiosus, desinitq. esse Nouitius, vt definitũ est à Gregorio XIII. in extrauagãte. Ascendente Domino, cõcessa Societati Iesu 1584. & bene probãt Vasq. 1.2. disp. 165. c. 9. Sanch. lib. 5. decalogi. c. 1.

Obijcies. Communiter doctores dicunt illegitimum fieri habilem ad suscipiendos ordines, si fiat professus, ergo ante professionem non potest illegitimus ascendere ad ordines sacros. Respondeo id dicere, quia cõmuniter homines fiunt religiosi per professionem, non tamen propterea negare illegitimos fieri habiles ad ordines, si fiant vere religiosi per vota simplicia, quare Suarez tom. 5. de censuris. disp. 50. sectio. 5. n. 121 & Sanchez lib. 5. decalogi. c. 5. n. 13. dicũt deleri hãc irregularitatẽ vel per professionẽ, vel per vota, per quæ quis definit esse nouitius, & fit verus religiosus, nam leges canonicæ hoc priuilegium cõcesserunt in fauorem status reli-
7 giosi. Præterea notandum est Prouinciales Societatis Iesu posse cum illegitimo suo subdito dispẽsare ad omnes ordines etiam sacros, quando post lapsum biẽnium Nouitiatus emisit vota simplicia, vt habetur in Compend. Societatis. verb. Dispensatio. §. 2.

8 Dico quarto. Professio emissa in religione non solum tollit irregularitatẽ quo ad ordines suscipiendos, sed etiam quo ad vsum ordinum susceptorum, quare si illegitimus absque dispensatione ante ingressum religionis suscipiat ordines sacros, & postea ingrediatur religionem, non solum potest promoueri ad alios ordines, sed etiam absque alia dispensatione poterit ministrare in ordine, quem suscepit ante ingressum. nam communiter doctores dicunt tolli hanc irregularitatem quo ad ordines, nec restringũt quo ad ordines
9 suscipiendos. deinde quamuis dispensatio sit strictè interpretanda c. 1. & 2. de filijs presbyt. in 6. c. non potest. de præben. in 6. c. quod dilectio. de cõsanguin. & affin. l. ex facto. in princip. ff. de vulg. & pupill. & afferunt Oieda de incompatibil. benefic. par. 2. c. vlt. n. 67. & seq. Sayr. lib. 6. de cẽsur. c. 11. n. 16. Azor to 2. li. 7. c. 33. q. 6. Tapp. ad rubr. ff de const. Princip. c. 5. n 1. & seqq. Garzia de benefic. par. 1. c. 6. n. 58. August. Barbo-

bosa de offic. Episcop. par. 2. alleg. 33. n. 7. & alleg. 45. num. 1. Suarez de legibus. lib. 6. c. 11. n. 10. Franc. in c. final. de filijs presbyt. in 6. n. 4 Felin. in c. postulasti. n. 8. de rescrip. & in c. finali de simonia. n. 4. Sanch. li. 8. de matrim. disp. 1. n. 3. Campanil. in diuers. iuris canon. rubr. 11. c. 13. n. 90. Ias. in l. reconiuncti. ff. de legat. 3. nu. 178. & in l. final. C. de const. Princip. n. 37. Corrasius de benef. par. 1. c. 5. n. 4. Caputaq. decis. 303. par. 2. & decis. 100. par. 5. Gironda de priuileg. explicat. n. 4. & seqq. Matiens. l. 10. glos. 1. n. 7. tit. 8. lib. 5. nouæ recopil. Riccius in praxi aurea resolut. 189. n. 3. & resol. 410. n. 4. & in praxi fori ecclesiast. resolut. 227. n. 3. Mainard. decis. 21. lib. 3. Caualcan. in decis. 29. par. 1. Rota decis. 1. & 2. de filijs presbyt. in nouis. Verall. decis. 272. par. 1. Natta cons. 163. n. 5. & cons. 420. Moneta de distrib. quotid. par. 2. q. 14. nu. 5. Brunor. in loc. comm. verb. dispensatio. n. 7. Mari. Antoni. lib. 1. variar. resol. 19. n. 14. & lib. 3. resolut. 2. nu. 18. & 21. Cardosa in praxi iudicũ. verbo dispensatio. n. 9. & 19. Ludouic. Miranda in manuali Prælatorũ tom. 2. q. 30. art. 12. cõcl. 2. quia exorbitat à iure cõmuni, & per eam ius ipsum vulneratur, & propterea vulnus appellatur. c. ipsa pietas. 25. q. 4. quare Natt. cons. 163. num. 5. ait dispensationes esse odiosas, etiãsi neminem lædant, & in eis fieri interpretationem, vt contingãt

10 id, quod est minus. verum hi textus & doctores sunt intelligendi, quando dispensatio vni vel alteri conceditur; nam concessa in fauorem religionis est ample interpretanda, vt docet Henriq. lib. 7. cap. 22. num. 3. & cap. 24. num. 4. in fine. Sanchez lib. 8. de matrim. disput. 1. num. 13. Oldrad. cons. 300. num. 4. vers. considerandum est, cum summa sit ratio, quæ pro religione facit. l. sunt personæ. in fi. ff. de relig. & sũp. fun.

11 Dico quinto. Non solũ illegitimi naturales possunt post emissam professionem ad ordines promoueri absque vlla dispensatione, sed etiam spurij. ita Rojas in epitom. successio. cap. 23. num. 110. Salzedo in Diaz cap. 14. Sanchez libro 5. decalogi. cap. 5. num. 9. nam in cap. 1. de filijs presbyterorum absolute dicitur, illegitimos post professionem factam posse ordines clericales susci-

pe-

pere. & in cap. 1. dist. 56. dicitur, filios presbyterorum posse ordinari, at isti sunt spurij, quare non potest esse vera opinio Antonij de Rosellis scribentis lib. 3. de legitimatio. in fine priuilegium hoc suscipiendi omnes ordines concedi solum filijs naturalibus non autem spurijs.

12 Obijcies. Sixtus Quintus in quadam sua Extrauagante promulgata anno Dom. 1587. 27. Nouembris. incip. Cum de omnibus. prohibet, ne illegitimi nati ex sacrilegio possint admitti ad professionem, licet essent legitimati auctoritate Apostolica, Imperiali, Regia, vel alia quacunque auctoritate, ergo filij spurij presbyterorum, cum non possint admitti ad professionem, multo minus poterunt admitti ad ordines.

Respondeo. constitutionem Sixti propter multa dubia emergentia fuisse ab eodem Pontifice declaratam in alia constitutione, quæ incipit. Ad Romanum. & à Gregorio Decimoquarto in quadam sua constitutione, incipiente. Circunspecta Romani. fuisse reductam ad terminos iuris communis. & in ea idem Pontifex reualidat priuilegia concessa religiosis dispensandi cum illegitimis.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimus non fit habilis per professionem factam in religione ad dignitates, Prælaturas obtinendas, nec ad beneficia curam animarum habentia.*
Dictio nullatenus reddit actum aliter gestum nullum, & inualidum ipso iure. & facit, vt Episcopus non possit in eo dispensare.

2 *Illegitimi professi possunt habere simplices administrationes.*

3 *Regularia beneficia ordinarie sunt manualia, & ad nutum Prælati possunt reuocari, nisi fuerint curata, vel electiua.*

4 *Beneficia regularia non sunt proprie beneficia, quia non sunt perpetua.*

5 *Professio dissoluit matrimonium ratum iure diuino.*

6 *Professio iuxta aliquos doctores dissoluit matrimonium ratum solum iure canonico,*

7 *Monialis illegitima non potest esse Abbatissa, seu Priorissa absque Sedis Apostolicæ dispensatione.*

8 *Abbatissæ seu Priorissæ officium est dignitas.*

9 *Odia sunt restringenda.*

QVÆ-

QVAESTIO XL.

An per professionem factam in religione illegitimus fiat habilis ad Prælaturas.

1 DICO primo. Illegitimus nõ fit habilis per professionem factã in religione ad dignitates, Prælaturas intra religionem, vel extra eam obtinendas, nec ad beneficia curam animarum habentia. ita Glosa in cap. vlt. de filijs presbyt. Graff. in decisio. lib. 4. cap. 26. num. 43. Palæot. de nothis. cap. 57. nu. 4. Auila de censur. par. 7. disp. 3. dub. 6. verf. quinto notandum. vbi addit posse habere alia officia, quæ nõ sint Prælaturæ. Antonin. 3. par. tit. 1. cap. 27. §. 3. & tit. 28. c. 4. §. 2. Nauarr. Commentar. 2. de regularib. num. 60. & in summ. c. 27. num. 201. Palud. in 4. dist. 41. q. 3. num. 14. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 11. num. 3. Maiol. lib. 1. cap. 10. num. 3. Sotus in 4. dist. 25. q. 1. art. 3. & ibi Riccard. ar. 4. quæst. 3. Suarez tom. 5. de censur. disput. 50. sect. 5. nu. 15. Abbas in cap. 1. de filijs presbyt. num. 6. & ibi Cardinalis q. 7. idem Cardinal. in Clementin. attendentes. de statu monach. quæst. 11. Salzedo ad Diaz cap. 14. §. si tamen illegitimus. in fine. Angelus verbo ordo. num. 13. Tabiena ordo 4. num. vnic. Syluest. verbo illegitimus. in fine. Mandos. de Signatura gratiæ. tit. de dispẽsatio. super defectu natalium. §. penult. Viuald. par. 2. vbi agit de irregular. num. 126. Philiarch. tom. 1. par. 1. lib. 4. cap. 8. Ledesm. 2. par. 4. q. 26. art. 4. col. 4. & patet ex dicto c. 1. de filijs presbyt. vbi dicitur illegitimus per professionem religionis reddi habilis ad omnes ordines, non vero ad Prælaturas. præsertim cum textus ibi vtatur dictione nullatenus. quæ dictio reddit actum aliter gestum nullum & inualidum ipso iure. l. vlt. ff. de liberis & posthum. l. si fideiussor. ff. de negocijs gestis. l. nisi. ff. de tutelis & ratio. distrah. l. tutelã. §. impuberi. ff. de testamentaria tutela. & docent Bartol. in l. penult. §. ad crimen. in fine. ff. de public. iudic. Tiraquell. de re-

uocand.donation. verb.reuertatur. num.30.& 230. Corsettus in singularibus.verbo nihil agit. Aretin. in l. verbis ciuilibus. non longe à princip. ff.de vulgari & pupillari.& ibi Iason notab.2. & facit, vt Episcopus non possit in eo dispensare, vt tradunt Glosa in Clement. 2. verb. nullo modo. de ætate & qualit. & ibi Imola num.19.Bonifac.§.illi vero.num.29.Card. num.3. notab.8. eodem §.Hēric.in cap.finali de filijs presb. num.5. Decius in cap. at si clerici.§.de adulterijs.num.55.de iudicijs in noua editio. Nauar. in sum.cap.27.num.201.

Dico secundo. Professus illegitimus fit capax beneficiorum manualium, quæ ad nutū Prælati reuocari possunt, dummodo talia beneficia non fuerint curata, nec Prælaturæ monasterij. ita Nauar.consil.6. de
2 filijs presbyt. num.2. Nam illegitimi professi possunt habere simplices administrationes, vt asserunt Abbas in cap. 1. de filijs presbyt. num.6.& ibi Anton.nu.vlt. Cardinal. q.penult. Sayr.lib.6. de censur.cap.11.n. 3.Palæot. loc.cit. c.58. Maiol. lib.1. de irregularit. c.10. n.4. at huiusmodi administrationes sūt beneficia manualia ex Clement. vnica de supplend.negli
3 gent.Prælator.Et ordinarie regularia beneficia sunt manualia, & ad nutū Prælati possunt reuocari,nisi fuerint curata, vel electiūa, vt docent Paris. de resignat. benefic. lib. 11.q. 3.num.81. Rota decis.778.par te 1.diuers. Cosmas in pragm. sanctio. tit.de collatio.§.item placuit.verb.perpetuis.Rebuff. de pacific.possess.nu.529.alias 272. Mandos.in regul. 3. Cancellar. q.10. num.5.& q.11.n. 2. Selua de benefic. part.3. q. 68. Mill.verbo beneficia regular. Cassador. decis.4. de præbendis. cum igitur beneficia regularia possint ad nutū Prælati reuocari, illegitimi professi sunt capaces talium benefi-
4 ciorum. immo hæc beneficia non sunt vere & proprie beneficia, quia non sunt perpetua, vt bene sentiunt Gonzalez in regul.8. Cancellar.glosa 5.§.6. num.21.& 59.Petr.Gregor. de benefic.cap.11.num.12.Staphileus de litteris gratiæ form.expectatiuarum.n.29.Zerola in praxi Episcopali par.1.verb.beneficium. §.1.Gambara de offic.legati lib.4. rubrica 1.nu.1. Ludouicus Gomez de expecta-

ctatuis. num. 94. quamuis esse vera beneficia putet Paris. de confidentia. q. 16.

Obijcies. Iustinianus Imperator in Authent. de monachis collat. 1. in princip. ait per professionem emissam in religione detergi omnem maculam, ergo etiam detergitur omnis defectus nataliũ, quapropter ita habet illegitimus post professionem, ac si esset legitimus, sed legitimus est habilis ad omnem dignitatem & prælationem, & non solum ad beneficia manualia, ergo etiam illegitimus professus. Respondeo hoc argumentum nihil probare. Primo quia id, quod nos dicimus, est expresse definitũ in cap. 1. de filijs presbyt. vt dictum est. Secundo in allegata Authent. per maculam intelligitur macula moralis, seu macula culpæ non pœnæ. Tertio cum ius ciuile nihil de irregularitate statuere possit, etiãsi ille textus loqueretur de irregularitate, nihil faceret contra nostram sententiam, cum decidere de irregularitate, quando incurratur, pertineat ad ius canonicum.

5 Obijcies secundo. Professio dissoluit matrimonium ratum iure diuino, vt docent Scotus in 4. dist. 31. q. 1. vers. tertio modo dici potest. Sotus in 4. dist. 27. q. 1. art. 4. conclus. 1. vers. ad illud. Petrus de Soto lectio. 12. de matrimon. §. post hoc. Gutier. lib. 1. quæstion. canon. cap. 17. nu. 26. & 35. Henriq. lib. 11. de matrimon. cap. 8. num. 6. Ledesm. 2. part. 4. q. 63. ar. 3. col. 4. Petrus de Ledesm. de matrimon. q. 62. ar. 2. conclus. 4. Bartholo. Ledesma dub. 64. de matrim. ergo multo magis dissoluit irregularitatem, de qua loquimur, & ita illegitimus professus poterit promoueri ad dignitates, & Prælaturas. probatur consequentia, quia vinculum matrimonij rati est fortius, quam vinculum irregularitatis. nam illud est iuris diuini, naturalis, hoc vero est iuris humani. Respondeo negando consequentiam, nam Christus Dominus cõcessit quidem professioni, vt possit dirimere matrimonium ratum, nõ tamen inuenitur in iure, quod concesserit professioni, vt possit dissoluere illegitimationem quoad Prælaturas & dignitates obtinendas. deinde non est par ratio. nam status religiosus magis aduersatur statui coniuga-

6 gali quam illegitimationi. Præterea non est certum, professionem dirimere matrimonium ratum de iure diuino. Multi enim putant dirimere solum iure canonico, vt Gandauo quodlib. 5. quæst. 35. Medina de sacror. homin. contin. lib. 5. cap. 86. & 87. Io. Andr. in cap. ex publico. de conuer. coniugat. num. 9. & ibi Anton. num. 16. Felinus cons. 26. num. 19. at ius canonicum non concessit professioni, vt efficiat professum illegitimum habilem ad obtinendas dignitates, & prælationes, immo contrarium habetur in iure.

7 Dico tertio. Monialis illegitima non potest esse Abbatissa, seu Priorissa absque Sedis Apostolicæ dispensatione. ita Suarez tom. 5. de censuris. disp. 50. sectio. 5. nu. 15. Nauarr. comm. 2. de regular. num. 60. & in sum. cap. 27. nu. 201. Sayr. lib. 6. de censur. cap. 11. n. 3. Felinus in cap. meminimus. de accusatio. num. 4. Maiol. lib. 1. de irregularit. cap. 10. in fine. & cap. 29. num. 10. Viuald. par. 3. cap. 5. num. 10. Summa confessor. lib. 3. tit. 23. q. 1. Ledesm. 2. par. 4. q. 26. ar. 2. col. 4. Paris. lib. 3. de resignation. q. 12. num. 11. Mandosius de signatur. grat. in tit. de dispensatio. super defectu natal. in fine. Abbas in cap. cum in cunctis. de electione. in fine principij. probatur. Illegitimi professi non possunt promoueri ad Prælaturas & dignitates c. 1. & cap. finali. de filijs presbyt. ergo monialis illegitima professa non potest esse Abbatis-

8 sa, seu Priorissa, cum hoc officium sit quædam dignitas, vt cõstat ex cap. indemnitatibus. §. sane. de electione in 6. illis verbis. vt à dignitate deijciatur adepta. & multi Doctores ibi scribunt, propter illa verba non posse monialem illegitimam fieri Abbatissam, vt Glos. verb. canonica. Io. Andr. num. 6. Franc. in princip. Ancharan. num. 5. & Abbatissæ officium esse dignitatem. docent etiam Bartol. in l. 1. C. de dignitat. lib. 12. num. 43. Decius in l. fœminæ. ff. de regul. iur. n. 8.

Obijcies cum Roderico tomo 1. quæstion. regular. quæst. 13. art. 21. asserente moniale illegitimam posse esse Abbatissam absque vlla dispensatione. In cap. 1. & final. de filijs presbyt. est solum sermo de masculis illegitimis, ne promoueantur

tur ad dignitates & Prælatu-
21 ras, & cum odia sint restringenda cap. odia de regul. iur. in 6.cap.ne aliqui. de priuileg. in 6.l. cum quidam.ff. de liberis & posthu. non sunt illi textus ad fœminas extendendi. Respondeo. Deciũ in l. fœminæ.ff.de regul.iuris. num. 110. probare legem pœnalem loquentem de masculis extendi etiam ad fœminas, præsertim quãdo militant eædem rationes, quia sicut filij sic geniti contrahunt quandam turpitudinem, sic etiam filiæ, & sicut timetur, ne filij in simili crimine imitentur parentes, ita etiam timetur de fœminis, & sicut in masculis id facit Ecclesia in odium & detestationem peccati parentis, ita debet id facere in fœminis. Habent tamen multæ religiones priuilegia à Sede Apostolica dispensandi cum monialibus subditis, vt possint esse Abbatissæ, quamuis ex illicita copula fuerint progenitæ.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimi omnes possunt à Papa legitimari, ad omnes ordines, gradus, & beneficia Ecclesiastica.*

2 *Illegitimus potest legitimari auctoritate Imperatoris, Regis, Reipublicæ, aut principis non agnoscentis superiorem in temporalibus, sed hæc legitimatio prodest solum ad officia secularia, & non ad ordines clericales.*

3 *Legitimati ab Imperatore, Rege, Republica aut principe nõ agnoscente superiorem in tẽporalibus non possunt succedere in feudis & emphyteuticis Ecclesiasticis, ad quæ legitimi vocantur.*

4 *Legitimati ab Imperatore &c. possunt succedere in patronatibus Ecclesiasticis, quia ius patronatus Ecclesiasticum transit ad eũ qui succedit in hæreditate.*

5 *Episcopus potest dispensare cum illegitimo, vt possit promoueri ad primam tonsuram, & ad ordines minores.*

6 *Quando Episcopis & alijs prælatis conceditur, vt possint dispensare contra canones, debent id facere moti ex iusta causa.*

7 *Episcopus nec ordines nec beneficium conferre potest illegitimo non subdito.*

8 *Episcopus cum suo familiari triennali illegitimo non potest dispensare ad ordines minores.*

9 *Episcopus non potest dispensare cum illegitimo, vt possit promoueri ad ordines maiores, nec vt possit obtinere beneficium curatum, & dignitates Ecclesiasticas.*

10 *Episcopus in casu magnæ necessitatis & vtilitatis potest dispensare contra ius canonicum & concilia.*

11 *Si in aliquo oco sit statutum à Papa confirmatum, quo probibeatur, ne vllus illegitimus possit promoueri ad beneficium simplex, Episcopus non potest cum illegitimo dispensare, vt illud obtineat.*

12 *Episcopus non potest dispensare, vt illegitimus consequatur beneficium simplex, quod ex consuetudine vel statuto requirit ordinem sacrum.*

13 *Episcopus non potest dispensare cum illegitimo, vt beneficium paternum immediate consequatur.*

14 *Episcopus non potest dispensare cum illegitimo, vt obtineat beneficium patris sui clerici viuentis.*

15 *Filij presbyterorum ex fornicatione nati nullo tempore possunt obtinere beneficia, quæ illorum parentes obtinuerunt, nec possunt in Ecclesijs, vbi eorum parentes beneficium habent, vel habuerunt, obtinere dissimile beneficium, nec in illis ministrare.*

16 *Nepotes legitimi presbyterorum ex filio illegitimo possunt obtinere beneficia, quæ illorum aui obtinuerunt.*

17 *In materia odiosa & pœnali nomine filiorum non veniunt nepotes.*

18 *Episcopus non potest dispensare cum illegitimo, vt obtineat beneficium simplex, quod habeat annexam Ecclesiam curatam.*

19 *Episcopus non potest dispensare cum illegitimo, vt possit retinere duo beneficia simplicia.*

20 *Qui est dispensatus à suo Episcopo, vt non obstante illegitimatione possit suscipere ordines minores, & beneficium simplex, eo ipso est dispensatus, vt beneficium possit obtinere etiam in diœcesi alterius Episcopi.*

21 *Episcopus non potest dispensare cum illegitimo, vt possit obtinere dignitates, & personatus etiã sine cura.*

22 *Episcopus non potest dispensare, vt professus illegitimus possit promoueri ad dignitates. vt quod sit Abbas, Prior, & Rector.*

23 *Episcopus potest dispensare cum illegitimo ad obtinendum canonicatum Ecclesiæ Collegiatæ.*

24 *Ad Canonicatus Ecclesiæ Collegiatæ non requiritur ordo sacer, sed sufficit prima tonsura, & quod attingat decimumquartum ætatis annum.*

25 *Episcopus potest dispensare cum illegitimo, vt possit obtinere dimidias portiones, seu inferiora beneficia Ecclesiæ cathedralis.*

26 *Dimidiæ portiones ordinem sacrum non necessario postulant sicut nec illam ætatem, quam debet habere is, qui ad ordines sacros promouetur.*

27 *Episcopus potest dispensare cum illegitimo, vt possit obtinere simplex beneficium, vel canonicatum Ecclesiæ Collegiatæ, vel dimidias portiones, vel inferiora*

ra beneficia Ecclesiæ Cathedralis, quamuis illis esset annexum alterum beneficium curatum.

28 *Episcopus post Concilium Tridentinum non potest dispensare cum illegitimo ad obtinendum canonicatum Ecclesiæ cathedralis.*

29 *Episcopus non poterat iuxta aliquos ante Concilium Tridentinum dispensare cum illegitimo ad obtinendum canonicatum Ecclesiæ cathedralis.*

30 *Episcopus ante Concilium poterat cum illegitimo dispensare ad obtinendum canonicatum Ecclesiæ cathedralis.*

31 *Potestas dispensandi est fauorabilis, & ample interpretanda.*

32 *Beneficium Principis est ample interpretandum.*

33 *Quando Episcopus dispensat cum illegitimo ad obtinendum beneficium simplex, non censetur concedere illi, vt possit obtinere canonicatum Ecclesiæ cathedralis.*

34 *Sub nomine beneficij non intelligitur beneficium curatum, nec dignitas, nec canonicatus Ecclesiæ cathedralis.*

35 *Capitulum, Sede vacante, potest dispensare cum illegitimo sicut Episcopus.*

36 *Capitulum, Sede vacante, succedit Episcopo regulariter in omnibus, quæ sunt iurisdictionis ordinariæ, præterquam in casibus expresse exceptis.*

37 *Capitulum, Sede vacante, potest in ijs omnibus dispensare, in quibus potest Episcopus dispensare ratione iurisdictionis ordinariæ.*

38 *Capitulum non succedit in iurisdictione delegata Episcopi.*

39 *Cum in dispensatione cum illegitimo ponitur hæc clausula, dummodo paternæ incontinentiæ imitator non sit talis clausula est instructio & non conditio.*

QVAESTIO XLI.

Quinam possint legitimare illegitimos ad ordines et beneficia.

1 DIco primo. Illegitimi omnes posũt à summo Pontifice legitimari, ita vt isti ad omnes ordines, gradus, & beneficia Ecclesiastica possint promoueri. vt patet ex cap. per venerabilem. qui fil. sint legitimi. & ex cap. finali de filijs presbyt. & cap. 1. & 2. eodem titulo in 6. & docent Nauar. conf. 1. & 2. qui filij sint legit. Peregrin. de fideicom. art. 23. num. 4. Vgolinus de irregul. cap. 44. §. 4. Rojas de successio. ab intestat. cap. 23. Molina de primog. lib. 3. c. 3. Abbas in cap. per venerabilem. qui filij sint legit. numero

21. & 22. Burgaſ. de irregular. par. 5. de filijs presb. num. 10. & ſeqq. Suarez tom. 5. diſp. 50. ſecti. 5. num. 1. & ſeq. Syl. verbo legitimus. num. 10. Maiol. lib. 1. de irregul. cap. 8. nu. 12. Sayr. lib. 6. de cenſur. cap. 11. numero 1. & 3. Valentia tom. 4. diſp. 7. quæſt. 19. pun. 3. §. 2. Bachon. in 4. diſt. 25. quæſt. 6. art. 2. Paludan. in 4. diſt. 41. quæſt 3. art. 3. concl. 2. Rota decif. vnic. qui filij ſint legit. in nouis. Gama deciſ. 21. & 279. & ibi Flores in additio. Moliña tom. 1. de iuſt. diſp. 173. & ſeq. & tomo 3. diſp. 624. Tiraquell. in l. ſi vnquam. C. de reuocand. donat. verbo. ſuſceperit liberos. n. 52. & ſeqq. Couar. in 4. decretal. 2. par. c. 8. §. 8. 9. & 10. Cuman. cōſ. 168. qui ait in iſtis Papam pleniſſimam habere poteſtatē, & eſſe dominū dominantiū. Baldus in l. eā quam. C. de fidei. n. 29. Roland. vol. 3. conſ. 67. n. 93. Ruinus volum. 3. conſ. 47. nu. 5. Gozadin. conſ. 27. n. 12. Grat. lib. 1. conſ. 79. nu. 14. Clarus in §. emphiteuſis. q. 31. Bertazol. cōſ. 101. n. 19. nam cū hoc impedimentum ſit iure canonico impoſitum, Papa, qui eſt ſupra ius canonicū, illud tollere poteſt. Notat Suarez dicta diſp. 50. ſec. 7. n. 7. differre legitimationē à diſpenſatione, nam cum quis legitimatur, redditur habilis ad omnes effectus, ac ſi eſſet natus ex legitimo matrimonio, at quando cum aliquo diſpenſatur, non redditur is habilis ad omnes effectus, ſed ad aliquem vel aliquos tantū, quod etiam obſeruat Couarr. 2. par. Sponſal. c. 8. §. 8. initio.

2 Dico ſecūdo. Illegitimus poteſt legitimari auctoritate Imperatoris, Regis, Reipubl. aut Principis non agnoſcentis ſuperiorē in temporalibus, ſed iſta legitimatio ſolum prodeſt ad actus ciuiles, & officia ſecularia, & vt poſſit ſuccedere in bonis paternis, &c. non vero ad ordines clericales, nec ad officia & beneficia Eccleſiaſtica. ita Io. Andr. in cap. per venerabilem. qui filij ſint legitimi. num. 30. & ibi Anton. nu. 10. Abbas n. 24. Martius Laudenſis de legitimatione artic. ſecundo n. 85. Suarez tomo 5. diſp. 50. ſect. 5. nu. 8. Couar. 2. part. ſpōſal. c. 8. §. 8. n. 18. & 20. Sayr. l. 6. de cenſur. c. 11. nu. 15. Nauar. conſ. 2. qui filij ſint legitimi. numero 1. Maiol. lib. 1. de irregul. cap. 1. n. 8. Palud.

in 4.dist.41. quæst.3.ar.3.cócl. 3. Sanchez lib. 8.de matrimonio.disp.7.num.11.Rosella verbo illegitimus. num.15.Tabiena verbo legitimus. quæst.2. n. 3.& ibi Armilla num.3.Speculator.in tit.de dispens.§. postremo.num.10. & ante istos glos. in cap. lege. dist. 10. & in cap. peruenit. dist. 101. nam circa ordines, officia, gradus, & beneficia Ecclesiastica Principes seculares nullum ius, & auctoritatem habent. Addit Sayr. loc.cit. cum Maiolo dicto cap. 1. num. 1. & Signorolo cons. 127. principes seculares in suis terris non posse legitimare filium sacerdotis etiam quo ad temporalia.

3 Hic nota legitimatos ab Imperatore, Rege, Republica, aut Principe non agnoscente superiorem in temporalibus non posse succedere in feudis & emphiteuticis Ecclesiasticis, ad quæ legitimi & naturales vocantur. ita Baldus in l. eam quam.C. de fideicom.n. 28. & vol.3.cons.129.Paris.vol.2.cós. 1. num.121.Iason. vol. 3. cons. 70.dub. 2. Decius cons. 171. Ruinus vol.3. cons. 105.col. 4. vers. Non obstat. & cons. 109. num.13. & 28. Signorol. cons. 223. Purpurat.cons. 92. num. 11. Decian.vol.2.cons. 90. nu. 14.Bertaz. cons. 101.num. 18.

4 quamuis possint succedere in patronatibus Ecclesiasticis, nã licet ius patronatus Ecclesiasticum sit annexum spirituali, transit tamen cum hæreditate ad eum, qui succedit in hæreditate, vt docent Lamberti.de iure patron.29. artic. 2. quæst. princ.11.part. lib. 1.Roc. Curt. de iure patron. verbo competens.quæst.2.& constat ex cap. significauit. de testib.cap.cum seruum.de iure patron.

5 Dico tertio. Episcopus potest dispensare cum illegitimo etiã progenito ex coitu dãnato, vt possit promoueri ad primam tonsuram, & ad ordines minores. vt constat ex cap.1.de filijs presb.in 6.vbi dicitur. Is, qui defectũ patitur natalium, ex dispensatione Episcopi licite potest (si ei aliud canonicum non obsistat) ad ordines promoueri minores, & obtinere beneficium, cui cura non imminet animarum, dummodo sit tale, super quo per ipsum Episcopum valeat dispensari, & affirmat Glosa in dicto cap. verbo defectus. idem constat ex cap.1.56.dist.cap.per vene-

rabilem. qui filij sint legitimi. cap. nisi cum pridem. §.persona. de renunc. & asserunt etiã Suarez tom.5.de censuris.disp. 50. sect.5.num.2. Sayr. lib. 6. de censur. cap.11.nu.8. Maiol. lib.1.de irregular.cap.8. num. 8. & 9.Palæot. de nothis. cap. 57. nu.6.Valentia tom 4. disp. 7. quæst. 19. pun. 3. §. 2. Ricchard. in 4 dist.25.art.4 quæst. 3. Paludan.in 4.dist. 41.quæst. 3.art. 3. Tabiena beneficium 2. num. 16. Bachoc. in 4. dist. 25.quæst.6. art. 2.Auila par.7. disp. 3. dub. 6. conclus. 2. vbi ait ad minores ordines, & vnũ beneficium simplex potest Episcopus dispensare. Vgolinus de irregul. cap.44.§.2.num.3. Roderic. tom.1.quæstio. regular. quæst. 13. art. 14.& 15. Lamberti. de iure patron. 1. par.2. lib. quæst.77. art. 11. num 12. Barbosa de offic. Episcopi par. 2. allegat. 45. n. 19. Gigas de pension. q.17.in princ. Rebuff. in praxi de form. lit.num.2. & in tit. de dispensat. super defectu natal.num.8. Azor tom 2. lib. 3.cap.50 quæst 8.Carol.de Grass.de effect.cleric.effectu 1. n.530. Ioa.Mar. Bellet.disquis. clerical. par. 1. tit. de discipl. cleric. §.3. num.25.Campanil. in diuersor. iuris canon. rubr. 11. cap.13.num.81. Paris. vol. 4. cons. 136. num. 1. Ferrett. cons. 185.nu.6. Gregor. Tholosan. lib. 16. syntag.iuris cap. 10. num. 19. debet tamen Episcopus id facere cum causa, & vt illegitimi promouendi sint

6 tali priuilegio digni, nã quando Episcopis & alijs Prælatis cõceditur, vt possint dispensare contra canones, debent id facere moti ex iusta & rationabili causa, vt notant Glosa in cap.requisistis. §. nisi rigor. 1. quæst.7. Nauar. cons.45. de homic.n 2. & in manuali Prælud. 9.num. 15. Roderic. tom. 1. quæst.regul.quæst.13.art.14. & 15. Garzia loc.cit. num.49. Stunica de voto q.5. num. 35. Petr.Anton à Petr. in trac. de potest.Princip. cap.32. dub. 2. nu.20. Couarr.de sponsal. par. 2.c.7. §.9. num. 11. Ludouic. Miranda in manual. Prælator. tom.2. q 30. art 4. conclus. 4. Barbosa de officio Episcop.par te 2. allegatio 34.num.1.& dicto num.19 Gutier.lib.1.quæstio canon. cap.9. nu.5. Sanch. lib.8. de matrimon.disp.17. n. 5. Angelus verbo dispensatio. num. 3. Syluest. eodem verbo q.3. num. 5. Armilla num. 14.

Sà

Sà verbo dispensatio. nu. 3. Sotus lib. 7. de iustit. q. 4. art. 3. col. 9. vers. rursus circa eadem. & lib. 1. q. 7. art. 3. col. 6. vers. postremum ergo. Io. Andr. in cap. cum ad monasterium. de statu monach. in fine. & ibi Abbas num. 17. Felin. in cap. fin. de simon. nu. 8. Bald. in l. Barbarius. de officio Prætor. n. 7. Aretin. in l. 2. ff. de verb. obligat. in princip. num. 1. Carol. de Grassis de effectib. clericat. in prælud. num. 332. Innoc. in cap. dudum. il 2. num. 16. de electione. & patet ex cap. de multa. de præbend.
7 Hoc, quod diximus, intelligitur de illegitimo subdito; nam Episcopus nec ordines, nec beneficium conferre potest illegitimo non subdito. vt notant Paludan. in 4. dist. 41. q. 3. ar. 3. conclus. 1.
8 Sayr. num. 9. Notant item Nauarr. cons. 27. de temporib. ordinatio. & Auila par. 7. disp. 3. dub. 6. concl. 2. Episcopum cũ suo familiari triennali illegitimo non posse dispensare ad ordines minores.

9 Dico quarto. Episcopus non potest dispensare cum illegitimo, vt possit promoueri ad ordines maiores, nec vt possit obtinere beneficium curatum, & dignitates ecclesiasticas, sed requiritur in hoc dispensatio Papæ. ita Ioann. Monach. in c. 1. de filijs presbyt. in 6. num. 8. vers. & idem. & ibi Franc. num. 8. Ancharan. num. 2. Campanil. in diuers. iuris canonici. rubr. 11. cap. 13. n. 85. Barbosa de officio Episcopi par. 2. allegatio. 45. num. 30. Sayr. lib. 6. de censur. c. 11. nu. 10. Palæot. lib. de nothis. cap. 56. num. 6. Maiol. lib. 1. de irregul. cap. 8. num. 10. Tabiena beneficium 2. §. 14. qui dicit esse communem sententiam. Garzia de benefic. par. 7. c. 2. n. 51. Vgolin. de irregul. cap. 44. §. 2. Rota in vna Abulens. Paroch. D. Thom. prima Februar. 1593. coram Mantica. Rebuff. pract. benefic. de dispensat. super defectu natal. num. 45. & patet ex dicto cap. 1. de filijs presb. in 6. vers. ad ordines. & Glossa ibi. Aliqui tamen putãt, posse Episcopum dispensare cum illegitimo, vt possit promoueri ad ordines sacros, & obtinere beneficium curatum, quando id fieret in magnam causam necessitatis, aut vtilitatis Ecclesiæ. ita Domin. in dictum cap. 1. nu. 5. & ibi Franc. n. 2. quæ sententia merito nõ pro-

batur. Archidiacono ibidem, nec Gambaro lib. 7. de officio legati. rubr. 1. q. 18. num. 187. nec Palæotto de nothis, cap.
10 57, num. 6. Si dicas Episcopus in casu magnæ necessitatis & vtilitatis potest dispensare cōtra ius canonicum & concilia, vt docent Sanchez lib. 2. de matrimon. disp. 40. num. 3. & lib. 7. disp. 7. num. 6. & lib. 8. disp. 5. num. 1. Gambar. de offic. legati. lib. 10. num. 420. Roman. cons. 325. num. 7. & 8. & ibi Horatius Mandos. litt. C. & singul. 486. Syluest. verb. dispensatio. num. 15. Milis in repertor. verbo. dispēsare potest Episcopus contra Concilium. Tiraquell. de pœnis in præfatio. num. 31. Abbas in cap. at si clerici. §. de adulterijs. nu. 9. de iudicijs. Felin. in cap. 1. de constit. nu. 49. & in cap. 1. de sponsalib. nu. 5. Duennas regula 248. nu. 2. Speculat. tit. de dispensat. §. nunc de Episcoporum. num. 30. Hoieda part. 2. cap. vlt. nu. 22. Gutierrez lib. 1. quæstion. canon. cap. 23. num. 18. Barbosa de offic. Episc. par. 2. allegat. 35. num. 3. Lambert. de iure patr. par. 1. lib. 2. art. 19. q. 7. in princip. num. 2. Michael Grass. tom. 1. opinio. com. lib. 1. tit. 2. num. 67. Spino in specul. testamen. glos. 15. princip. num. 8. & seqq. Humada in l. 5. glosa 12. in fine. vers. limitatur. tit. 5. par. 1. Cotta in memorab. verbo. Episcopus. Brunorus à Sole in locis commun. verbo. dispensatio 1. Rebuff. in praxi tit. de dispēsatione ad plura beneficia. nu. 30. & seqq. Lignado in cap. At si clerici. §. de adulterijs. de iudicijs. Baldus in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. num. 8. Gratian. regul. 433. nu. 8. Staphil. de litteris gratiæ. in tit. de qualit. & stat. benefic. §. primo quod sit legitimus. num. 5. Ludouic. Gomez tract. breuiū. num. 21. ergo existente magna necessitate, & vtilitate potest Episcopus dispensare, vt illegitimus ordines sacros possit recipere, & beneficium curatum obtinere. Respondeo illam doctrinam esse intelligendam in casu, in quo non patet aditus ad Summum Pontificem, vt bene asserunt Armilla verb. dispensatio. num. 19. Felin. in c. 1. de constitut. num. 50. Decius in cap. at si clerici. §. de adulterijs. num. 82. de iudicijs. Rochus in cap. final. de consuetud. sect. 3. num. 13. Bott. de Synodo 3. par. art. 1. nu. 50. & alij

& alij plures supra citati.

11 Dico quinto. Cum doctores asserunt Episcopum posse dispēsare, vt illegitimus obtineat beneficium simplex, intelligendi sunt, hoc esse verū, ordinarie loquendo, nam si in aliquo loco sit statutū à Summo Pontifice cōfirmatum, quo prohibeatur, ne vllus illegitimus possit ad illud beneficium promoueri, tunc Episcopus nō potest dispensare cum illegitimo, vt illud consequatur. ita Sayr.lib.6. de censur.cap.11.n. 11. Tabiena beneficium 2. nu.

12 17. §.15. Sicut nec potest Episcopus dispensare, vt illegitimus consequatur beneficium simplex, quod ex consuetudine, vel statuto requirit ordinē sacrum, nam cum Episcopus non possit dispensare, vt illegitimus promoueatur ad ordines sacros; consequenter nec potest dispensare, vt illegitimo conferatur illud beneficiū. ita Glosa in c.1. de filijs presbyt. in 6. verbo. tale. & ibi Io. Monach.num.8. vers.& idem. Franc. num.8. Anchar.num.2. Abbas in cap. nimis. de filijs presbyter. num.2. in antiquis. Gambara de officio legati.lib. 7. rubric. 1. quæst.18. nu.177. Rosiniacus de benefic. cap.13 num. 29. Zechus de republica Ecclesiast. cap.24. de canonicis. num.3. vers. 2. Sayr.lib.6. de censur.cap. 11.num.11. Campanil. in diuersor. iuris canon. rubr.11. cap.13. num.85. Garzia de benefic.par.7.cap.2.nu. 68. Barbosa de officio Episcopi par.2.allegatio 45.num.30. quod est verum, etiamsi beneficium non requirat, vt qui illud obtinet, statim teneatur suscipere ordinem sacrum, sed quod suo tempore debeat illū suscipere. ita Zerola in praxi par. 1. verbo. Canonici. §.3. Franc. in cap. 1. de filijs presbyt. in 6. num.8. Garzia de benefic.part.7.cap.2. num. 66. quamuis in hoc dissentiat Azor tom. 2. lib.6. c.3. q.15.

13 Dico sexto. Episcopus non potest dispensare cum illegitimo, vt beneficium paternum immediate consequatur. ita Glosa in cap. 1. de filijs presbyt. in 6. verbo tale. Abbas in cap. nimis. eodem tit. num. 2. Sayr. lib.6. de censur. cap. 11.

14 num. 11. Nec item cum eodem potest dispensare, vt obtineat beneficium in Ecclesia patris sui clerici viuentis. vt patet ex c. cum decorem. c. ad abolendam.

dam. de filijs presbyter. & docent Glosa in dicto c. ad abolendam. in fine. & in cap. Apostolica. 8. q. 1. Syl. beneficium 3. num. 17. Armilla eodem verbo. num. 33. Vega in summ. par. 1. cap. 39. casu 18. vers. 4. Diaz in practic. criminali cap. 48. num. 4. & ibi Salzedo littera B. Roderic. in sum. tom. 1.
15 cap. 20. num. 4. Praeterea Clemens VII. anno 1530. in sua constitutione, quae est 36. in bullario inter suas constitutiones, statuit. ne filij presbyterorum ex fornicatione nati vllo tempore possint obtinere beneficia, quae illorum parentes obtinuerunt. Hanc constitutionem referūt etiam Nauarr. in cap. si quando exceptio. 21. in princip. & Gigas de pensio. quaest. 86. Concilium Tridentinum sess. 25. de reformat. cap. 15. in hac materia ita sanciuit his verbis. Vt paternae incontinentiae memoria à locis Deo consecratis, quos maxime puritas, sanctitasque decet, longissime arceatur, nō liceat filijs clericorum, qui nō ex legitimo nati sunt matrimonio, in Ecclesijs, vbi eorum patres beneficium aliquod Ecclesiasticum habent, aut habuerunt, quodcunque etiam dissimile beneficium obtinere, nec in dictis Ecclesijs quoquo modo ministrare, nec pensiones super fructibus beneficiorum, quae parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt, habere. ita Concilium. quare si beneficium detur tali filio, collatio erit inualida, vt etiam tradunt Nauar. consil. 1. de constitut. q. 18. Salzedo ad Diaz cap. 48. littera A. Hoc vero decretum Concilij sicut & constitutio Clem. VII. non extenduntur ad filios natos ex legitimo matrimonio, nam in dicta constitutione dicitur. filij ex fornicatione nati. & in decreto Concilij dicitur. qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, & notant Salzedo loc. cit. Roder. in sum. tom. 1. cap. 29. num. 4. Vega in summ. par. 1. cap. 36.
16 casu 18. sicut nec etiam extēduntur ad nepotes legitimos presbyterorum ex filio illegitimo, nam isti possunt obtinere beneficia, quae illorum aui obtinuerant, vt aduertunt Azor. tom. 2. lib. 6. cap. 4. q. 17. Nauarr. cons. 9. de filijs presbyter. num. 9. & eius Additionator, qui refert Rotam sic etiam censuisse. Spino de testament.

glo-

glosa 3. num.23. Sayr.lib.6.de censur. cap. 10. num. 46. licet contrarium velint Salzedo loco citato litt. A. Rebuffus de pacific. possessor. nu.276. alias 225. Mier de maioratu. 2. par. q.2. num.25. Rojas de successio. ab intestat. cap.20.n.112. Immo dictæ dispositiones Cōcilij, & constitutionis Clemētis non comprehendunt nepotem illegitimum ex filio illegitimo, vt docent Gambarus de officio legati lib. 7. rubrica 1. quæst. 37. num.11. Nauarr. consil. 9. de filijs presbyt. Vega in summ. par.1. cap.36. casu 18. Spino de testament. di-
17 cta glos. 3. nam in materia odiosa & pœnali nomine filiorum non veniunt nepotes, vt scribunt Bartol. in l. liberorū. ff. de verbor. signif. nu.6. Gratian. regul.205. Pet. de Lar. de Anniu.lib.1. cap.6. num.5. Surdus de alimentis tit.9.q.36. Anton. Gabriel. de verbor. signif. conclus.1 .num.54. Azor tom. 2. lib.6. cap.4. quæst. 17. Roderic. tom.1. cap. 29. nnm. 4. in summa.

18 Dico septimo. Episcopus non potest dispensare, vt illegitimus obtineat beneficium simplex, quod habet annexam Ecclesiam curatam, ita Glosa in cap.1. de filijs presbyt. in 6. verbo tale. Tabiena beneficiū 2. §.14. in fine. Sayr.lib.6. de censur. cap. 11. num. 11. Nec
19 item cum illo potest dispensare, vt possit retinere duo beneficia simplicia. ita Dominicus in cap. vltim. de filijs presbyt. in 6. num. 8. & ibi Franc. num. 4. Auila de censuris par. 7. disp.3. dub.6. conclus.2. Toler. lib.1. cap.52. in fine. Syl. beneficium 3. num. 17. Azor. tom.2. lib.6. cap.3. quæst. 12. addens hoc esse verum, etiam quando vnum non sufficeret ad sustentationem. Armilla verbo. beneficium, nu.32. Valentia tomo 4. disp.7. quæst.9. punc.3. in secunda specie de irregularit. Zerola in praxi 1. parte. verbo ordo. non longe à fine. Barbosa de offic. Episcopi. par. 2. allegat. 45. nu.28. Sanchez. de matrim. lib.8. disp. 51. num. 6. & 11. nam cum in cap. 1. de filijs presbyter. in 6. conceditur Episcopo, vt posit cū illegitimo dispensare ab obtinendum beneficium, cui cura nō imminet animarum, loquitur textus in singulari, & cum simus in materia prohibitiua, non extenditur ad plura iuxta

caput gaudemus. de diuortijs, quamuis contrarium videantur sentire Glosa 2. in dictum cap. final. de filijs presbyt. in 6. Selua de benefic. par. 3. quæst. 12. num. 19. Menochius de arbitrar. lib. 2. casu 201. n. 156.

20 Dico octauo. Qui est dispensatus à suo Episcopo, vt non obstante illigitimatione possit suscipere ordines minores & beneficium simplex, eo ipso est dispensatus, vt beneficium posit obtinere etiam in diœcesi alterius Episcopi. ita Henriq. lib. 14. cap. 8. §. 10. in fine. Maiol. lib. 8. de irregular. cap. 8. nu. 8. & 9. Summa confessor. lib. 3. tit. 19. quæst. 15. in fine. Angelus verbo legitimus. quæst. 7. vers. primo. Sayrus lib. 6. de censuris cap. 11. num. 12. vbi etiam notat cum Paludano in 4. dist. 41. quæst. 3. art. 3. concl. 1. Episcopum conferentem ordines & beneficiũ sciẽter illegitimo, eo ipso cum illo dispensare.

21 Dico nono. Episcopus non potest dispensare cum illegitimo, vt posit obtinere dignitates, & personatus etiam sine cura, ita Glosa in c. 1. de filijs presbyt. in 6. verbo. beneficium, & ibi Domini. num. 8. Franch. num. 6. Molina tom. 1. de iustit. disp. 173. Lessius de iustit. lib. 2. cap. 34. numero 86. Suarez tom. 5. de censur. disp. 50. sect. 5. nu. 6. Albertus Trotius de vero, & perfecto clerico. lib. 2. cap. 2. num. 1. Rosella verbo illegitimus nu. 11. Sylu. beneficium. 3. num. 12. Armilla eodem verbo. nu. 25. Mandos. de signatura gratiæ. in tit. de dispensat. super defectu Natal. vers. ad dignitates. Maiol. de irregular. lib. 1. cap. 8. num. 10. Rosiniacus de benefic. cap. 13. num. 28. Petr. Gregor. de benefic. cap. 35. num. 7. Auila de censur. par. 7. disp. 3. dub. 6. cócl. 2. Azor. tom. 2. lib. 6. cap. 3. q. 12. Petrus de Ledesma in sum. de matrimo. c. 34. Toletus lib. 1. cap. 58. num. 3. Valentia tom. 4. disp. 7. quæst. 9. punc. 3. in secunda specie irregular. Sayr. de censur. lib. 6. c. 11. num. 8. & 10. Henriq. lib. 14. cap. 8. §. 10. Barbosa de offic. Episcop. par. 2. allegat. 45. num. 29. Lamberti. tract. de iure patron. lib. 1. par. 1. quæst. 9. art. 3. num. 50. Campanil. in diuersor. iuris canon. rubr. 11. cap. 13. num. 86. si dicas cum Gambaro lib. 7. de officio legati. rubr. 1. quæst. 12. nu. 172. & seqq.

& seqq. qui in contrariam sententiam inclinat. In cap. 1. de filijs presbyt. in 6. dicitur Episcopus posse dispensare cum illegitimo, vt possit obtinere beneficia non curata, ergo poterit cum illo dispensare, vt possit obtinere dignitates & prælaturas sine cura, cum potestas dispensandi tanquã fauorabilis sit extendenda. Respõdeo. cum in c. finali de filijs presb. dicatur illegitimus absq; summi Pontificis dispensatione nõ posse promoueri ad dignitatẽ, vel personatum, vel beneficiũ curatum, non potest facultas Episcopi extendi ad dignitates & prælaturas. Deinde textus dicti capitis primi est intelligendus de beneficijs simplicibus, & non de dignitatibus, & personatibus, qui curatis solent æquiparari cap. dudum. 1. de electione, & qui sub nomine simplicis beneficij non comprehenduntur cap. vltimo de

22 præbendis. Nec item Episcopus potest dispensare, vt illegitimus religiosus professus possit promoueri ad dignitates in religione, vt quod sit Abbas, Prior, Rector, &c. vt bene docent Syl. verbo. illegitimus q. 6. Pisanella eodem verbo. §. quæ dispẽsatio. Palud. in 4. dist. 41. quæst. 3. art. 2. concl. 2. & colligitur ex cap. 1. & c. final. de filijs presbyt.

23 Dico decimo. Episcopus, cum possit dispensare cum illegitimo ad obtinendum beneficium simplex, potest etiam cum eodem dispensare ad obtinendum canonicatum Ecclesiæ Collegiatæ. ita Auila de censuris par. 7. disp. 3. dub. 6. vers. tertio notandum est. in fine. Henriq. lib. 14. cap. 8. §. 10. in glos. litera X. Gonzalez in regul. 8. Cancell. glosa 5. num. 98. Garzia de benefic. par. 7. cap. 2. num. 69. Barbosa de offic. Episcop. par. 2. allegat. 45. n. 22. Bellett. disquis. clerical. par. 1. §. 3. n. 27. vbi ait ita sentire post Staphilæũ Rotam iuncta additio. Papazon. decisio. 2. n. 15. de filijs presbyt. in nouis.

24 nam ad canonicatus Ecclesiæ collegiatæ non requiritur ordo sacer, sed sufficit prima tonsura, & quod attingat decimũ quartum ætatis annum, is, qui illum obtinet, sicut ad beneficia simplicia, vt docent Zerola in praxi Episcopali par. 1. verbo Canoni. §. 9. Zechus de republ. Ecclesiast. cap. 24. de canon. num. 3. & 6. Azor tom.

2. lib.

2. lib.6.cap.5. quæſt. 6. Henr. lib.10. cap.19.n. 2. nam Cōcil. Tridentinū, quod videtur obſtare noſtræ opinioni, ſeſſ. 23. de reformatio. cap.14. circa ætatem promouendorum ad Canonicatus Eccleſiæ Collegiatæ nihil de nouo ſtatuit, ſed ſolum loquitur de canonicatibus Eccleſiæ cathedralis, quare ætas requiſita ad obtinēdum canonicatum Eccleſiæ collegiatæ remanet,ſicut prius erit ſtatutum de iure communi,& notant Rodericus tom.1. quæſtio. regular. quæſt. 11.art. 2.& in addition. ad bullam compoſitionis. num. 4. Zerola in praxi Epiſcop. par. 1.verbo beneficia §.1. verſ. ad dignitates,& verbo Canoni.§.9. & in praxi noua par.2. cap. 5.num. 21. Riccius in praxi rerū quotidianarum reſolut. 512. num. 3. Gonzalez in regul. 8. Cancell. gloſa 5. num. 92. qui refert ſacram congregationem ita declaraſſe his verbis. Concilium Tridentinum nihil innouauit ſuper ætate promouēdorum ad canonicatus Eccleſiarum collegiatarum. Garzia de benefic. par. 7.cap.4.n. 37.qui refert alias declarationes ſacræ congregationis, & inter alias eſt hæc. Sanctiſſimus Dominus noſter Gregorius XIII.decreuit,nihil diſpoſuiſſe Cōcilium, qua ætate debeant eſſe ij, qui canonicatus acquirere volunt in collegiatis Eccleſijs, ſicque reliquiſſe hoc in illis terminis, qui ante concilium conſtituti ſunt, & verſiculum, in omnibus vero Eccleſijs, cenſuit ſacra Cōgregatio habere locum ſolum in cathedralibus, & non extendi ad canonicos in collegiatis, nec etiam habere locum in dignitatibus & dimidijs portionibus.

25 DICO vndecimo. Epiſcopus poteſt diſpenſare cum illegitimo,vt poſsit obtinere dimidias portiones,ſeu inferiora beneficia Eccleſiæ Cathedralis, ita Gonzalez in regul. 8. Cancell.gloſa 5. num 98. Barboſa de offic.Epiſcop.par.2.allegat. 45.num. 23. Gomez de expectatiuis num.98. Pariſ.lib. 2.de reſignat. quæſt 1.numero 117. Bellettus par. 1. diſquiſ. Clerical.§.3.num.25. Garzia de benefic. par.7. cap.2. num. 69. Rota ſic etiam cenſuit teſte Gonzalez loc. cit. num. 99.

26 nam dimidiæ portiones ordinem ſacrum nō neceſſario poſtulant,

stulant, sicut nec illam ætatẽ, quam debet habere is, qui ad ordines sacros promouetur. ita Barbosa num. 23. Gonzalez num. 92. & seqq. Garzia part.
27 7. cap. 4. nu. 38. Item Episcopus potest dispensare cum illegitimo, vt possit obtinere simplex beneficium, vel canonicatum Ecclesiæ collegiatæ, vel dimidias portiones, vel inferiora beneficia Ecclesiæ cathedralis, quamuis illis esset annexum alterum beneficium curatum. ita Gonzalez in regul. 8. Cancellar. glosa 5. §. 7. num. 18. Bellettus dicto §. 3. num. 34. qui citat Geminianum in cap. 1. de filijs presbyt. in 6. nu. 12. Rebuffum in tract. de nominatio. quæst. 16. nu. 27. sic etiam sentit Azor par. 2. lib. 6. cap. 3. quæst. 14. vbi ait hanc opinionem magis videri cum ipso iure & ratione congruere, quam alteram, quia inquit, quod accedit alteri, sequitur conditionem & naturam principalis, secus vero esset, si beneficium curam animarum habens ad se traheret beneficium simplex. Campanil. in diuersorio iuris canon. rubric. 11. cap. 13. num. 83. Stephanus Gratian. tom. 2. disceptat. Forens. cap. 273. num. 47.

28 Dico duodecimo. Episcopus post Concilium Tridentinum non potest dispensare cum illegitimo ad obtinẽdum canonicatum Ecclesiæ cathedralis, nam cum cõcilium sess. 24. de reformatio. cap. 12. requirat, vt qui obtinet talem canonicatum, habeat aliquem ordinem sacrum, & cum Episcopus non possit dispensare cum illegitimo ad ordinem aliquem sacrum, consequenter nec cum eo potest dispensare ad obtinendum canonicatum Ecclesiæ cathedralis, & ita docent Henriq. lib. 14. cap. 8. §. 10. in fine. Lessius lib. 2. de iustit. cap. 34. num. 86. Maiol. de irregularit. lib. 1. cap. 8. nu. 11. Auila de censur. par. 7. disput. 3. dub. 6. vers. tertio notãdum est. Zerola in praxi Episcopali par. 1. verbo Canoni. §. 3. Say. de censur. lib. 6. cap. 11. num. 13. Barbosa de offic. Episcopi par. 2. allegatio. 45. num. 33. Garzia de benef. par. 7. c. 2.
29 num. 65. imo nec poterat ante Conciliũ Tridentinum Episcopus dispensare cum illegitimo ad obtinendum canonicatum Ecclesiæ cathedralis. ita Io. Monach. in cap. 1. de filijs

lijs presbyt.in 6. nu.7. Rebuff. in praxi.tit. de dispensatio. super defectu natalium.num. 10. & seq. Zerola in praxi Episcopali par.1.verbo. Canoni. §.3. Vgolin. de irreg. cap.44. §. 2. num. 3.Felinus in cap. postulasti. de rescrip.nu.4. Cosmas in pragm. sanctione.tit. de collatio. §. item censuit. verbo.Cathedralibus. Sic etiam videtur sentire Rota decis. 2. de filijs presbyt. in nouis. alias 136. & decis. 3. de officio ordinarij in antiquis. alias 408. Bellamera
30 decis. 362. Alij vero probabilius putant Episcopum ante Concilium potuisse cum illegitimo dispensare ad obtinendum canonicatum Ecclesiæ cathedralis . ita Glosa in dictum cap. 1. de filijs presbyt. in 6. verbo. beneficium. & ibi Io. Andr. num.3.Geminia.num. 6. Anchar.num.1.Domin.num.7. Franch. num.6 .Campanil. in diuerso. iuris canon. rubr. 11. cap.13.num.82.Nauar. consil. 4. de filijs presb. nu. 4. vbi ait hanc opinionem esse Archidiaconi & communiter receptam.Calderin. consil.1. de filijs presb. Oldrad.cons.215.n. 6. Iason vol. 1. cons. 104. Tabena verbo.Beneficium.2. nu. 14. & 15. Sylu. beneficium 3. num. 11. Armilla verbo. Beneficium. num.25. Villadiego de irregularit. cap. 16. vers. circa irregularitatem vero.Gigas de pensio. q.17. num. 3. Rosiniac. de benefic.cap.13.num.53.Petrus Gregor. de benefic. c.35. num.7.Suarez tom. 5. disp.50. sect.5. num.6. Auila de censuris.par.7. disp.3.dub.6. versic. tertio notandum est . vbi ait . Episcopus potest dispensare ad canonicatum Ecclesiæ Cathedralis . sic Innocentius receptus communiter , vt tradit Nauar. lib.1.consil. 3. de ætate & qualitate ordinandorum ad 5. quæstionem , quia talis canonicatus non est dignitas, nec personatus , sed beneficiũ simplex . ita Nauar. cons. 43. de præbendis.num. 1. per textum in cap. statutum. in princ. de rescrip. in 6. verum est , quod quamuis dispẽset ad beneficium simplex , non videtur dispensare ad Canonicatum, nisi id exprimat. Sic Nauar. lib.1.cons.2.de filijs presbyt. & cons.3.citato de qualitate ordinandorum , vbi allegat Francum c. 1. de filijs presbyt. num.6.qui colligit hoc ex quadam decisione Rotæ. Sic etiam

etiam sentit Azor tom.2. cap. 3.q.11. vbi ait hanc opinionē videri veriorem, vtpote quæ magis est iuri consentanea.

Hanc sententiam sequuntur etiam Maiolus, Lessius, Hēriq. Zerola. Sayr. Garzia loc. cit.
31 & probatur. nam potestas dispēsandi est fauorabilis, & ample interpretanda, vt docent Glosa in cap. vlt. de simonia. & ibi Abbas nu.3. & 5. Anan. num. 5. & 8. Felin. nu.7. idem Felin. in cap. postulasti. de rescrip. num. 11. limitat. 4. Ripa in cap. ad aures.num.41.de rescrip. Garzia de benefic. par. 1.cap.6. num. 74. Barbosa de offic. Episcopi par. 2.alleg.37. num.24. Roderic.in sum. tom. 1.cap. 166.num.3.Henriq. lib. 7.cap.3. in fine. Emanuel Sà. verbo dispensatio. num.7. Angelus verbo dispensatio. num. 9. Syluest.eodem verbo. nu. 9. Tabiena beneficium 2.q.14.n. 16. Molina tom.1. de iustit. disput.173.col.4.vers. obseruandum est. Nauar. in cap.vlt. de simonia. num.3. & consil.4.de consanguinit. in fine. & Comment.4. de regular. num.15.in fine. Couar. in 4. decretal. 2. par.c. 8. §.8.num.6.vers.8.& n. 11. Alexand. in l.si ita.ff. de liber. & posth. num.3. Put. lib. 3. decis. 39.num.1. Abbas in c.at si clerici.§.de adulterijs.num. 11.de simonia. & ibi Imola in fine. Roland. volum.1. consil. 61.nu.6. Sayr. lib.6. de censur. cap.11.nu.8.Gutier.lib.2. quæstion.canon.cap.15. num.125. Borgas. de irregularit. par. 2. tit.de interpret. dispensat. nu. 23. Præposit. in cap. per venerabilē. qui filij sint legitimi. in princip.num.5.Ripa in c. ad aures. de cleric. pugnant. in duello num.5. Suarez de voto lib.6. cap. 12.num.9.Lessius libro 2.de iustit.cap.43.num.60.
32 nam potestas dispensandi est ad instar beneficij Principis, quod ample est interpretandū, vt dicitur in l.3.ff.de constitut. Princip. & in cap. cum dilecti. de donatio. & in c.olim.de verborum signif. & in c. quia circa. de priuileg. & notant Moneta de distribution. par. 2. q. 14. num.6. & 39. Carolus Tapia in rubric. ff.de constit.Princip.cap.7. Cardos.verbo beneficium. num.67.Valas.cons.58. num. 11. quare cum Episcopo cōcedatur potestas dispensandi cum illegitimo ad obtinendum beneficium sine cura in c.1.de filijs presbyt.in 6.& ca-

nonicatus Ecclesiæ cathedralis sit beneficium sine cura, sequitur Episcopum potuisse ante Concilium Tridentinum dispensare, vt illegitimus posset obtinere talem canonicatum.
33 quãdo vero Episcopus dispẽsabat cum illegitimo ad obtinendum beneficium simplex, non censebatur vigore huius dispensationis concedere illi, vt posset obtinere canonicatũ Ecclesiæ cathedralis, nisi expresse dispensasset ad illum, vt bene notant Franchus in cap. 1. de filijs. presbyt. in 6. num. 6. Auila de censuris. par. 7. disput. 3. dub. 3. notabili tertio. Campanil. in diuers. iuris. rubric. 11. cap. 13. num. 82. Nauarr. consil. 4. de filijs presbyt. in fine. vbi ait. licet Episcopus possit dispensare cum illegitimo ad omne beneficiũ simplex, & ita etiam ad Canonicatum Ecclesiæ cathedralis secundum opinionem Archidiaconi communiter receptam in cap. 1. & 2. de filijs presbyterorũ in 6. non tamen videtur dispensare ad talem canonicatum, nisi id exprimat. Barbosa de officio Episc.
34 par. 2. allegat. 45. num. 32. quia sub nomine beneficij non intelligitur beneficium curatum, nec dignitas, nec canonicatus Ecclesiæ Cathedralis, vt obseruant Rebuffus in praxi titulo. quid sit beneficium, & de dispensatione ratione ætatis. verbo. etiamsi curam habeant animarum, & de dispensatio. super defectu natalium. num. 51. & sequentib. Rota decis. 2. de filijs presbyterorum in nouis. Ferrett. consil. 220. num. 12. Selua de benefic. par. 3. quæst. 11. 21. qualitate. num. 38. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 201. nu. 62. Franc. Marc. par. 1. decis. 525. num. 17. Corras. 1. par. cap. 5. n. 4. de benefic.
35 Dico decimotertio. Capitulum, Sede vacante, potest dispensare cum illegitimis sicut Episcopus. ita Nauar. consil. 7. de filijs presbyt. Auila de censuris. disput. 3. dub. 6. vers. secundo notandum est. Zerola in praxi Episcop. par. 2. verbo capitulum. vers. tertio. Barbosa de officio Episcop. par. 2. allegat. 45. num. 25. Quaranta in summ. bullarij. verbo capitulum sede vacante. vers. secundo quæro. Campanil. in diuers. iuris canon. rubric. 11.
36 cap. 13. num. 81. nam, vt docet

cet Nauar. loco cit. Capitulū, ſede vacante, ſuccedit Epiſcopo regulariter in omnibus, quæ ſunt iuriſdictionis ordinariæ, præterquam in caſibus expreſſe exceptis, vt recte etiam tradunt Abbas in cap. cum olim. de maiorit. & obedient. nu. 2. & in cap. 1. ne ſede vacante. num. 4. Federic. de Senis conſ. 30. Alban. conſ. 80. num. 8. Purpuratus conſ. 77. Io. Andr. in c. vnic. de maior. & obed. in 6. Felin. in c. cum olim. de maior. & obed. num. 4. ad quæſt. 8. & n. 6. ad 13. quæſt. Petr. Greg. de benefic. c. 38. num. 3. Franc. Pauinus in trac. de officio Capituli ſede vacante, par. 1. cap. 1. n. 3. Aloyſ. Riccius in praxi fori eccleſiaſt. reſol. 305. num. 4. & in praxi aurea reſolut. 118. in princip. Sayr. in claui lib. 6. c. 11. nu. 24. Gutier. lib. 1. quæſt. canon. cap. 3. num. 10. Sylueſt. verbo. capitulum. §. 2. Cardoſ. in praxi Iudic. & Aduocat. verbo. Capitulum. num. 2. Rebuff. in praxi benefic. tit. de deuolut. num. 57. & ſeqq. Pariſ. lib. 7. de reſignat. q. 23. num. 11. & ſeqq. Molina de iuſtit. tract. 5. diſput. 11. num. 1. 3. & 10. Suarez tom. 5. de cenſuris. diſp. 7. ſect. 2. num 4. Barboſa nu. 27. Felinus in cap. cum omnes. de conſtit. num. 10. Selua de benefic. par. 2. q. 11. num. 4. Vgolinus de cenſur. tab. 1. cap. 10. n. 2. §. 2. Quaranta loc. cit. in princip. & conſtat ex c. cum olim. de maiorit. c. ad abolendam. de hæreticis. c. penult. & c. vlt. de ſupplen. neglig. Prælator. in 6. c. 1. de iuſtit. in 6. cap. vnico. de maior. & obedient. in 6 Clement. 1. §. 1. de hæretic. at diſpenſare cum illegitimis ad ordines minores, & beneficium ſimplex pertinet ad iuriſdictionem ordinariā Epiſcopi, & nullo iure hic caſus

37 ab hac regula excipitur. Item Capitulum, ſede vacante, poteſt in ijs omnibus diſpenſare, in quibus poteſt Epiſcopus diſpenſare ratione iuriſdictionis ordinariæ, vt docent Cened. ad ſext. collectan. 4. num. 3. Henriq. lib. 14. cap. 20. §. 1. Molin. Cardoſ. loc. cit. Sayr. nu. 84.

38 Gutierr. loc. citato. non tamen capitulum ſuccedit in iuriſdictione Epiſcopo delegata, vt bene notant Abbas in c. cum olim. q. 5. de maiorit. & obedient. Sbroz. lib. 1. de vicario Epiſcopi. quæſt. 16. num. 1. & lib. 2. quæſt. 135. nu. 4. Barboſa de officio Epiſcop. allegat.

36. num. 10. Azeuedo ad Curiam Pisanam libro 1. cap. 8. num.12. Aloysſ. Riccius in praxi aurea reſolut. 118. num. 2. Rota deciſ.6.de offic. delegat. in antiq. Roman.conſ.506.nu. 4. & ibi Mandoſ. additio. vlt. litt. I. Felinus in c. cum olim. de maiorit. & obedient. q. 10. Pauin. de offic.& poteſt.capituli ſede vacante. par.1.q.10. num.20. Notat Auila loc. cit. verſ.circa quam concluſionem notandum eſt primo. Eo fore difficiliorem diſpenſationē cū illegitimo,quo grauior fuerit culpa parentum, vt ſi fuit natus ex inceſtu intra ſecundum gradum, vel ex ſacrilegio presbyteri. & citat pro hac ſententia Henriq.

39 Dico decimoquarto. Cū in diſpenſatione cum illegitimo ponitur hæc clauſula, dūmodo paternæ incontinentiæ imitator non ſit, ſciendum eſt huiuſmodi clauſulam eſſe inſtructionem, & non conditionem, & ita defectus talis clauſulæ non reddit irritam diſpenſationem. ita Iacobus de Puteo lib. 1. deciſ. 256. num. 1. Felinus in cap. 2. de reſcriptis. num.6.Mandoſius in Signatura Gratiæ. tit. diſpenſationes ſuper defectu natalium. col.2. verſ. ſed aduertendum, quos refert,& ſequitur Sanch.lib.8. de matrim.diſp.34.n.27.in fin.

SVMMARIVM.

1 *Omnes illegitimi ſunt irregulares, & inhabiles ad omnes dignitates Eccleſiaſticas, & quæcunque beneficia.*

2 *Illegitimus, quamuis ſic occultus, & publice habeatur pro legitimo, eſt irregularis, & inhabilis ad dignitates, & officia Eccleſiaſtica.*

3 *Qui antequam promoueretur ad ordines, ex legitimo matrimonio filios procreauit, poteſt quidem ſine diſpenſatione ad ordines ſacros aſcendere, non tamen ad Epiſcopatum.*

4 *Aliqui dicuntur eum, qui habet filios legitimos, poſſe ſine diſpēſatione promoueri ad Epiſcopatum.*

5 *Leges ciuiles, niſi confirmantur iure canonico, nullam vim habent circa perſonas & res Eccleſiaſticas.*

6 *Amor paternus omnem alium amorem vincit.*

7 *Non omnia tacita, quæ potuiſſent permouere Principem ad denegandam gratiam, vel ad eam difficilius concedendam reddunt gratiam inualidam & ſubreptitiam, ſed ſolum ea, quæ de iure ſcripto habetur eſſe exprimenda.*

8 *Quando aliqua de ſtylo curiæ debent exprimi, ſi non exprimantur,*

tur, gratia obtenta est inualida, & subreptitia.

9 *Stylus curiæ facit ius, & pro lege seruatur.*

10 *Aliqui dicunt gratiam esse inualidam, quando occultatur aliqua qualitas, quæ si expressa fuisset Pontifici, eam non concessisset vel cum maiori difficultate.*

11 *Qui ex dicto matris credit se esse illegitimum, est irregularis.*

12 *Filius non tenetur credere matri dicenti, quod sit illegitimus.*

13 *In dubio facti tenetur homo se reputare irregularem.*

14 *Illa regula, quod in dubio facti debeat homo se reputare irregularem, iuxta aliquos non est vera, nisi in dubio de homicidio.*

15 *Filius, qui credit se esse illegitimum, quia mater dixit, an possit deponere dubium.*

16 *Nemo tenetur credere se esse illegitimum, quamuis ex rumore populi vel fama iudicetur talis.*

17 *Qui credens se esse legitimum, bona fide ordines suscepit, excusatur à peccato, at post habitam notitiam de illegitimatione indiget dispensatione ad hoc, vt in ordinibus susceptis possit ministrare, & ad superiores ordines ascendere, at vt possit ministrare in ordinibus susceptis potest Episcopus cum illo dispensare.*

18 *Illegitimus factus legitimus per subsequens matrimonium, vel per alium modum canonicum potest absque vlla dispensatione ad ordines promoueri & ad beneficia & dignitates Ecclesiasticas, & etiam ad Episcopatum.*

19 *Illegitimi per subsequens matrimonium facti legitimi sine expressa facultate Papæ ad Cardinalatum promoueri non possunt.*

20 *Illegitimus per subsequens matrimonium legitimatus, non solum redditur habilis ad ordines & dignitates, & beneficia Ecclesiastica, sed etiam ad succedendum in feudo patris.*

21 *Filius illegitimus, si promoueatur ad ordines, antequam parentes contrahant matrimonium, fit etiam legitimus per subsequens matrimonium, nec indiget dispensatione ad ordines, & illorum vsum.*

22 *Illegitimus si absque dispensatione ordinetur non incurrit nouam irregularitatem.*

23 *Si illegitimus promotus ad ordines sine dispensatione celebret, non contrahit nouam irregularitatem, nec suspensionem.*

24 *Illegitimus non est capax recipiendi beneficij, at est capax iuxta aliquos recipiendæ pensionis.*

25 *Nomine beneficij non venit pensio.*

26 *Illegitimus non est capax pensionis.*

27 *Stylo curiæ nempe Datariæ & Cãcellariæ est standum tanquam organo Papæ.*

28 *Qui non est capax beneficij, nec etiam est capax pensionis.*

29 *Illegitimus quamuis non sit capax pensionis, at si Papa cum eo di-*

dispenset, vt possit obtinere beneficium, vigore huius dispensationis potest etiam obtinere pensionem.

30 *Episcopus potest dispensare cum illegitimo, vt obtineat pensionem.*

QVAESTIO XLII.

An illegitimi possint ad ordines, dignitates, & beneficia ecclesiastica promoueri.

1 DIco primo. Illegitimi omnes sunt irregulares & inhabiles ad omnes dignitates ecclesiasticas, & quæcunque beneficia, vt constat ex c. cum in cunctis. & cap. innotuit. de electio. cap. 1. & finali. de filijs presbyt. cap. 1. dist. 56. cap. per venerabilem. qui filij sint legitimi. cap. cõsuluit. iuncta Glossa de seru. non ordinand. & tradunt Nauarr. in sum. cap. 27. num. 201. Suarez tomo 5. de censuris. disp. 50. sect. 3. num. 1. Salzedo in prac. cap. 14. Maiolus lib. 1. de irregular. cap. 4 num. 1. & 2. Sayr. de censur. lib. 6 cap. 10. num. 1.

2 quod est verum etiam in illegitimo occulto, & qui publice habetur pro legitimo. vt bene docent Syl. verb. irregularitas. quæst. 20. Nauar. loc. cit. vers. 9. & cap. 25. nu. 69. vers. quarto. Antonin. tertia par. tit. 28. c. 4. initio. Angelus verb. irregularitas. num. 51. Sayr. cap. 10. num. 36. Toletus lib. 1. cap. 58. num. 1. Auila de censur. par. 7. disp. 3. dub. 6. conclus. 1. Villadiego de irregularitate. c. 10. Couar. in Clement. si furiosus. par. 2. §. 3. num. 4. vers. hinc illud. Henriq. lib. 14. cap. 8. num. 10. quamuis Castro lib. 1. de lege pœnali. cap. vltimo concl. 3. à communi opinione discedens dicat illegitimum occultum non esse irregularem. Voluit vero Ecclesia, vt illegitimi essent irregulares, tum quia filij sic geniti contrahunt propter talem natiuitatem infamiam, & turpitudinem quandam, tum quia timetur, ne filij in simili crimine imitentur parentes, tum etiam id facit Ecclesia in odium, & detestationem delicti, quod parentes admiserunt vt docent Suarez dicta disp. 50. sect. 3 numero 1. Sayr. lib. 6. de censur. cap. 10. num.

num.3. & seqq. & licet filij sine culpa contrahant hanc irregularitatem, hoc tamen mirum alicui esse non debet, quia non imponitur hæc irregularitas tanquam pœna, sed tanquam impedimentum canonicum propter quandam indecentiam, & ita interdum sine culpa irregularitas ab Ecclesia imponitur. Has etiam ob causas in lege veteri nullus illegitimus poterat esse minister altaris, quare Deuteron. 23. dicitur. Non ingredietur Manzer, hoc est, de scorto natus, in Ecclesiam Domini vsque ad decimam generationem, idest in perpetuum, decimus enim numerus pro perpetuo accipitur, & per manzeres intelliguntur omnes illegitimi, vt notant Sayr. lib.6. de censur. cap. 10. num. 11. Maiolus lib. 1. de irregul. cap.4. num.1.

Obijcies. Parentes non fiunt irregulares ex eo, quod ex turpi copula filios procreāt, ergo nec filij inde nati debent esse irregulares, nam cum isti non peccent, sicut peccant parentes, maior ratio est, cur parentes debeant contrahere irregularitatem, quam filij. Resp. non esse parem rationē, quia licet peccent parentes, non tamen per tale peccatum contrahunt indecentiam, vt contrahunt filij, qui cum acceperint esse per turpem coitum, merito ratione talis turpitudinis voluit Ecclesia, vt ab ordinibus, & à beneficijs, arcerentur, parentes etiam ratione peccati, quod admittunt, in aliquibus casibus puniuntur licet non pœna irregularitatis, sed alijs pœnis tum arbitrarijs tum à iure constitutis.

3 DICO secundo. Qui, antequam promoueretur ad ordines, ex legitimo matrimonio filios procreauit, potest quidē sine dispensatione ad ordines sacros ascendere non tamen ad Episcopatum iuxta sententiā Maioli lib. 1. de irreg. c.12. Innoc. in c.1. de testam. & ibi Abb. n.2. Nauar. de spol. cleric. §.19. n.2. vbi scribit hāc sententiam esse magis consonam iuri, & Glosa in cap. priusquam 28. dist. ait, hodie iure communi nullum talem promouēdum esse in Episcopum. Suarez etiam disp.50. sec.3. nu. 3. tom. 5. de censuris opinatur, esse exprimendam summo Pōtifici, cum alicui collaturus est Episcopatum, vel confirmaturus

turus est talem electionem, conditionem personæ, quod scilicet habeat filios legitimos, nam alioqui, inquit, talis collatio vel confirmatio non iudicaretur legitima, sed potius subreptitia, quia si hoc significaretur Papæ, vel non eligeret, nec confirmaret, vel si faceret, non faceret sine notabili difficultate.

4 Alij vero absolute dicunt, talem parentem posse sine dispensatione promoueri ad Episcopatum, & patet ex cap. 1. de testam. ibi nurum. cap. sint manifestæ. vers. fortasis. 12. q. 1. & ibi Glosa verbo. aut filios. cap. Episcopus qui filios. 12. quæst. 2. & ita sentiunt Hostiens. in dictum cap. 1. & ibi Abbas num. 2. Nauar. loc. cit. nu. 2. ait ita esse vsu receptum, addens se plures vidisse Episcopos, & alios Prælatos habuisse filios, & à summo Pontifice fuisse promotos, nulla facta mentione de filijs, nec vlla habita dispensatione. Glosa item in cap. de Syracusanæ 28. dist. dicit, posse eum, qui habet filios, eligi in Episcopũ, si nullum sit periculum, quod propterea Ecclesiastica bona dilapidentur, vel si detur cautio, aut fiat inuentarium. deinde Sanctus Petrus habuit vxorem, & ex ea genuit Petronillam, & fuit promotus ad summum Pontificatum. Clemens item Quartus duas filias habuit tempore, quo *fuit* creatus Papa, teste Platina in eius vita.

Objicies. In Authent. Quomodo oporteat Episcopos 5. collat. 1. Iustinianus præcipit eligi in Episcopũ eum, qui nec vxorẽ habeat, nec filios, quod idem fecit in alia constitutione, quam refert Glossa in Authent. cit. & redditur ratio in his duabus constitutionibus; in prima quidem, quia quando Episcopus habet filios, Ecclesiastica solet periclitari substãtia; In altera vero ideo hoc prohibetur, quia est periculum, ne Episcopus, contemptis pauperibus Christi, incumbat proprijs filijs, in eosque facultates ecclesiasticas trãsferat. & experientia docet clericos & Episcopos ob amorem erga filios & nepotes multa inordinata facere, vt obseruant Glos. vlt. in cap. peruenit. 1. q. 3. Perett. in Extrauag. ambitiosæ. de rebus Ecclesiæ non alienand. verbo. ac de rebus & bonis. num. 64.

Na-

Nauarr. de spolijs clericorum. §. 19. num. 2. ergo qui habet filios, sine dispensatione Summi Pontificis ad Episcopatum promoueri non potest.

5 Respondeo. Has leges ciuiles ex se, nisi confirmentur iure canonico, nullam vim habere, cum ad Imperatores non pertineat condere leges circa res & personas ecclesiasticas. cap. finali de vita & honestate clericor. cap. 1. de immunit. eccles. in 6. cap. quæ in ecclesiarum. cap. Ecclesia S. Mariæ. de constit. cap. non minus. de immunit. Ecclesiæ. cap. quanta. de censibus in 6. & affirmāt Abbas in dicto cap. Ecclesia S. Mariæ. num. 2. & 21. & ibi Felinus num. 8. & 10. Decius n. 38. & licet Authen. quomodo oporteat Episcopos confirmetur in c. de Syracusanæ 28. d. & in cap. Catinensis. dist. 61. vbi Pontifex voluit, vt Episcopus crearetur is, qui nec vxorem haberet, nec filios, non tamen ponitur hoc tanquam impedimentum, vt scilicet eo ipso, quod quis habet filios, reddatur inhabilis ad Episcopatum, sed tanquam consiliū, & certe nō conuenit absolute promouere huiusmodi parentes ad Episcopalem dignitatē non propter impedimentum irregularitatis, sed ob periculum, ne isti nimis indulgeant filijs, & ne bona Ecclesiæ in illos transferant, & ob quandam etiam decentiam. possunt tamen interdum huiusmodi parentes promoueri iusta de causa etiam sine dispensatione Papæ, vt si fuerint homines docti, prudentes, bonæ famæ, vt patet ex iuribus allegatis. Respondet vero Glosa ad caput de Syracusanæ, quod, quando Papa ibi ait non debere creari Episcopum eum, qui habet filios, intelligatur de filijs illegitimis, & non de legitimis, at Abbas, vt refert Suarez loco cit., num. 3. in fine, dicit, illum textum etiam intelligi de filijs legitimis, & quidē ratio, quæ in eo capite affertur, magis vrget contra eum, qui habet filios legitimos, cum parentes soleant magis diligere filios legitimos, quam illegitimos, eosque magis locu-

6 pletare studeant. & cum in l. vlt. C. de curatore furiosi. & in l. isti quidē. §. finali. ff. quod metus causa. & in cap. afferte. de præsumpt. dicitur amor paternus omnem alium vincere,

quod

quod etiam dixerunt Mantica de tacitis & ambiguis conuention. tom.2. lib.21. tit.10. nu. 21. Gutier. de tutela par. 2. c. 8. num.9. Mex. in tract. tassæ panis. conclus. 2. num. 58. & sequent. Flaminius de confident. q.20. num.44. Mascard. de probat. conclus. 590. nu.3. præcipue est hoc verum de parentum amore erga filios legitimos.

Quod vero dixit Suarez nēpe Summo Pontifici esse exprimendum, cum aliquem vult creare Episcopum, vel confirmare talem electionē, quod habeat filios legitimos, alioqui talem electionem, vel confirmationem fore subreptitiā,
7 non est certum, multi enim probabiliter putant, non omnia tacita, quæ possent permouere Pontificem ad denegandam gratiam, vel ad eam difficilius concedendam, reddere gratiam inualidam & subreptitiam, sed solum ea, quæ de iure scripto habetur esse exprimenda, vel in iure est statutū, quod eis expressis gratia non fuisset concessa, vt sentiunt Nauarr. consl.1. de constit. q.19. & consil.43. de homicid. num.4. Selua de benefic. par.3. q. 11. num. 48. Mascard. de probat. conclus.846. num. 2. Rota decis. 32. de rescriptis. num. 5. in nouis. Roderic. tom. 2. quæst. regular. q.46. art.6. Henriq. in summa lib.12. cap.2. §.6. Menoch. de arbitrar. lib. 2. *casu* 201. num.26. Puteus lib. 2. decis.97. num. 6. Mandos. de Signatura gratiæ. tit. de absolutione ab hæresi. vers. dispensatum fuerat. Paris. de resignat. benefic. lib.6. q.2. nu.86. quod
8 idem est dicendum, quando aliqua de stylo curiæ debent exprimi, tunc enim si non exprimerentur, gratia obtenta esset subreptitia & inualida. vt tradunt Felin. in cap. in nostra. de rescriptis. num. 19. Decius in cap. super litteris. eodem tit. num. 9. Menoch. lib.2. de ar
9 bitrar. casu 201. num.28. Nam stylus curiæ ius facit, & pro lege seruatur cap. ex litteris. de constitutio. cap. quam graui. de crimine falsi. l. minime. ff. de legibus. l. si quando. in fine.
10 C. de iniur. Quamuis sententiam Suarez sequantur etiam Gutierrez lib.2. quæst. canon. cap.15. num.51. Rebellus de obligatio. iustit. 2. par. lib. 3. q.5. nu. 25. Mandos. in regul. 32. Cancell. q. 9. num. 10. & q.11.

q. 11. num. 4. Sanchez lib.8. de matrim. disp. 21. dum scribunt gratiam esse inualidam, quando occultatur aliqua qualitas, quæ si expressa fuisset Pontifici, eam non concessisset, vel cum maiori difficultate.

11 Dico tertio. Qui ex dicto matris credit se esse illegitimum, est irregularis. ita Abbas in cap. 1. de filijs presbyt. num. 5. Nauarr. in summ. cap.27. num.201. vers. 9. Sayr. de censur. lib.6. cap. 10. num. 37. vers. tertio. Maiol. libro 1. de irregular. cap.7. nu.3. Suarez tom.5. de censuris. disput. 50. sect. 4. num.7. Sotus lib 4. de iustit. quæst.7. art.2. ad 2.

12 Non tamen tenetur filius credere matri dicenti, quod sit illegitimus, ita Nauar. consil. 1. de filijs presbyt. num.5. vbi ait, Consulens potest, si vult, iuste firmiter credere, se esse vere legitimum, si habet iustũ motiuum ad illud, & quod habeat, probatur, tum quia lex illud præsumit, tum quia quicquid mater adultera ei affirmauerit, nunquã tamen adulter nec viuens, nec moriens id ei dixit, & populus, vbi natus & educatus fuit in sua infantia, & pueritia, credit eum esse legitimum. Tum quia matres sæpe in similibus casibus decipiuntur, & sæpe mentiuntur ob multos respectus. Et denique quod satis superque motiuum habet ad iuste credendum id, cuius contrarium nec scit, nec scire potest, per auctoritatem illam grandem legislatoris & legis id præsumentium. Quare mea sententia, si ipse adhæret prædictæ legi, & firmiter præsumeret, & crederet, quod illa præsumit benefaceret, & si ego essem ipse, ita facerem. idem affirmat. in cons. 21. num.2. de homicidio. quam sententiam sequuntur Medina C. de rebus restituendis. q.3. causa 4. vers. an autem filius. Salzedo in pract. c.14. littera C. Couar. 2. part. sponsal. cap.8. §.3. num.8. Anton. 2. par. tit. 2. cap.7. §.4. vbi ait. nec vir, nec filius, nec etiam publicus Iudex mulieri hoc reuelanti credere obligatur, nisi probet dicta sua per infallibilia signa, aut per violentas probationes, siue per idoneos testes. idem ait 3. par. tit. 28. cap. 4. init. Sayr. de censur. lib.6. cap.10. num.37. vers. quarto. Henr. lib.1. de matri-

trimon. cap.21. §.2. & lib. 14. cap.8. §.19. Sotus lib.4. de iustit. quæst.7. ar.2. ad 2.vbi ait. Spurius nõ tenetur matri quãtumlibet iuranti adhibere fidem, sed in iudicio existimandus est legitimus, vt lege infra citanda iubetur, neque etiam alleganti turpitudinem vllam debetur fides. Castro lib.2. de lege pœnali. cap.vlt. concl. 3. Comitol. lib.7. respons. q. 16. num.13.Syl. verbo adulterium. num.4. Rosella num.2.Tabiena num.7. & patet ex l. filius. ff.qui sunt sui, vel alieni iuris. & in c. officij. de pœnit. & remissio. dicitur non teneri adulteram fateri suum peccatum ad impediendum, ne hæreditas viri deueniat ad filium illegitimum, quod vt plurimum verum est,cum, vt dictum est, non teneatur filius credere in hoc dicto matris, præsertim cum sit in possessione legitimi filij, & quamuis crederet matrem fuisse adulteram, non tamen propterea tenetur credere se esse illegitimum , nam etiam filij legitimi nascuntur ex matre adultera. quod Sayrus loco citato asserit esse verum etiam quando mater iuramento adhibito affirmaret filium esse illegitimum,& quãuis esset in articulo mortis, vt etiam tradit Suarez tom.5. de censuris.disp. 50. sect.4.num.5.

Aliqui tamen putant, hoc esse falsum, quando rationes & coniecturæ valde probabiles concurrerent, ob quas filius teneretur credere, quod sit illegitimus, vt si mater bonæ famæ, & timoratæ consciẽtiæ iureiurando id confirmaret. Maiolus vero lib. 1. de irregul.cap.7.num.3. scribit ante susceptos ordines tutius esse credere, se esse illegitimũ, at post susceptos ordines debere credere se esse legitimũ.

13 Obijcies. In dubio facti tenetur quis reputare se irregularem. c. ad audientiam. c. significasti.il 2.cap.penul. de homicid. & docent Azor tom. 1. lib.2. c.19. q. 10. in fine. & q. 11.Sayr.lib.1.de censur.cap.2. num. 16. & in claui lib.1.c.13. num.23. Couarr. in Clement. si furiosus. par. 1. in init.nu.3. de homicid. Suarez tom.5. de censur.disp.40. sect.5.num.18. & 19. & sect.6. num.1.&seqq. Placa de delictis cap.12.num. 11. Lopez in instructor.par.2. vbi agit de irregularitate cap. 22.sed hic habet tale dubium,

er-

ergo tenetur se reputare irregularẽ,& ideo non debet pro-
14 moueri ad ordines. Respondeo nõnullos graues doctores sentire, illam regulam non esse veram nisi in dubio de homicidio, & ita opinantur Henriq. lib. 14. cap. 3. num. 3. & 4. & c. 14. num. 3. quod putant esse probabile Suarez tom. 5. de censur. disp. 40. sec 6. num. 10. Salas 1. 2. q. 21. tract. 8. disp. vnic. sec. 6. num. 70. Rebellus de iustit. par. 2. lib. 1. quæst. 3. sect. 2. num. 13. quæ sententia est magis probabilis, quando quis sine vlla sua culpa est in possessione alicuius rei, vt accidit in hoc casu, nam filius est in legitima possessione filij legitimi, quare potest dubium deponere, & practice se reputare regularem, & legitimum.

15 Dico quarto. Filius, qui credidit se esse illegitimum vel ex ignorantia, vel ex leuitate, vel ex alijs causis, potest etiam postea deponere dubiũ, & credere se esse legitimum, & sic absque dispensatione poterit ad ordines promoueri. ita Suarez tom. 5. de censuris. disp. 50. sect. 4 num. 7. quia propter rationes, quæ postea occurrũt, potest deponere dubium, & ita putare se esse legitimum, non enim tenetur credere testimonio vnius & præsertim fœminæ, & in re, quæ nec etiam illi potest esse satis perspecta, nam licet mulier se cognoscat adulteram, non tamen propterea potest semper cognoscere, quod filius natus sit ex adultero & non ex viro suo nisi in eo casu, in quo prius cognouit se habere fœtum in vtero, quam a marito cognosceretur, posset tamen filius conuinci ad credendum se esse illegitimum, si etiam pater diceret filio, matrem prius concepisse, quam ab eo fuisset cognita, nam tunc cum sit testimonium duorum, tale testimonium habebit vim, vt filius debeat credere se esse illegitimum, quod colligitur ex cap. transmissæ. qui filij sint legiti-
16 mi. Et sicut filius non tenetur ordinarie credere matri, multo minus tenetur credere se esse illegitimum, cum ex rumore populi vel fama iudicatur talis, nec enim huiusmodi rumor est sufficiens ad probandum quod sit illegitimus, præsertim quando à parentibus vt verus & legitimus filius cognoscitur, & tractatur. ita Suarez

loc.

loc. cit. ſect.4.num.7. in fine.

17 Dico quinto. Qui credens ſe eſſe legitimum bona fide ordines ſuſcepit, excuſatur à peccato, at poſt habitam notitiã de illegitimatione, indiget diſpenſatione ad hoc, vt in ordinibus ſuſceptis poſſit miniſtrare, & ad ſuperiores ordines aſcendere, at vt poſſit miniſtrare in ordinibus ſuſceptis poteſt Epiſcopus cũ illo diſpenſare. ita Antonin. 3. par. tit. 28. cap. 4. §. de irregul. verſ. Item dum quis ignorat. Auila de cenſuris. par. 7. diſp. 3. dub. 6. verſ. ſexto notandum. Sotus in 4. diſt. 25. quæſt. 1. art. 3. Sayrus de cenſur. lib. 6. cap. 10. nu. 37. Abbas in cap. niſi cum pridem. de renunciat. §. perſonæ. num. 6. & ibi Gloſa verbo regulariter, & verbo, culpa, & verbo, & cauſa. Idem Abbas in c. 1. de filijs presbyt. num. 4. Alexand. lib. 4. conſ. 49. Maiol. lib. 1. de irregul. c. 7. num. 1. Summa confeſſor. lib. 3. tit. 19. quæſt. 1. Piſanella verbo illegitimus. §. 2. Nauar. conſ. 3. de ætate & qualit. nu. 2. Henriq. lib. 11. cap. 20. & lib. 14. cap. 8. §. 10. Tolet. lib. 1. cap. 58. num. 3. non tamen Epiſcopus poteſt cum illo diſpenſare, vt ad ordines ſuperiores promoueatur. ita Sayr. loc. cit. in fine Henr. loc. cit. in gloſ. litt. H.

18 Dico ſexto. Illegitimus factus legitimus per ſubſequẽs matrimonium, vel per alium modum canonicum poteſt abſque vlla diſpenſatione ad ordines promoueri. ita Gloſa in cap. tanta. verbo legitimi, qui filij ſint legitimi, & in cap. ex tenore. verbo legitimum. eodẽ tit. & in cap. innotuit. de electione. verbo, coniugata. Suarez tomo 5. de cenſuris. diſp. 50. ſect. 2. num. 2. & 6. & ſect. 5. num. 10. Maiolus lib. 1. de irregul. cap. 4. num. 13. Sylu. verbo illegitimus. quæſt. 3. nu. 5. & verbo legitimus. num. 4. Sayro lib. 6. de cenſuris. cap. 10. num. 13. & cap. 11. num. 2. Henriquez lib. 1. de matrimonio. cap. 20. num. 2. Abbas in dicto cap. ex tenore. numero 9. & patet ex cap. tanta. & cap. conqueſtus. qui filij ſint legitimi, & non ſolum redditur habilis ad ordines, ſed etiam ad beneficia & dignitates eccleſiaſticas. ita Suarez dicta diſp. 50. ſect. 5. num. 10. Sayr. nu. 13. cap. 10. lib. 6. de cenſuris. Maiol. lib. 1. de irregularitate.

c. 4.

cap. 4. num. 14. nam legitimatio est totalis dispensatio, ergo tollit omnes effectus, qui oriũtur ex defectu natalium, inter quos effectus vnus est, vt illegitimus reddatur inhabilis ad ordines, & beneficia, & dignitates, quare per legitimationem canonice factam tollitur hoc impedimentum. Immo potest absque alia dispensatione promoueri ad dignitatem Episcopalem, vt colligitur ex cap. tanta. cap. ex tenore. cap. conquestus. qui filij sint legitimi. & ex cap. videtur. qui matrimon. accus. poss. & tradunt Suarez tom. 5. de censuris. disp. 50. sect. 5. n. 10. Campanil. in diuers. iuris canon. rubr. 11. c. 13. num. 127. Peregrin. de fideicomm. art. 24. num. 12. Menoch. cons. 16. num. 5. & 17. & cons. 799. num. 12. Barbosa de officio Episcopi allegat. 1. num. 33. Azor tom. 3. lib. 2. cap. 14. quæst. 14. Couar. de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 2. num. 24 Ioãnes Maria Belletus par. 1. disquisitionis clericalis. §. 3. num. 18. Syl. verbo illegitimus. quæst. 3. Summa confessor. lib. 3. tit. 19. quæst. 10. Summa Pisanella verbo illegitimus. §. quid si natu. glos. in cap. innotuit. de electiõ.

Probatur. quia legitimatio reddit personam habilem quo ad omnes effectus quos inducit defectus natalium, ergo etiam reddit habilem quo ad Episcopatum, cum in iure hoc non excipiatur.

Obijcies cum Maiolo lib. 1. de irreg. cap. 4. num. 14. Abbate in cap. ad extirpandas. de filijs presbyter. in fine, qui citat etiam pro hac sententia Raymundũ asserentibus hunc absque dispensatione non posse promoueri ad Episcopatum. In cap. in cunctis. de electione præcipitur, vt nullus fiat Episcopus, nisi ex legitimo matrimonio fuerit procreatus, ergo illegitimus, licet canonice fuerit factus legitimus, ad Episcopatum promoueri non potest. Respondeo illegitimum factum canonice legitimum censeri esse natum ex legitimo matrimonio, vt constat ex dicto cap. tanta. qui filij sint legitimi, & glosa ibi in verbo legitimus. ait hos esse legitimos quo ad omnia, & quo ad ordines, & quo ad dignitates & Syl. verbo legitimus. num. 4. ait hos filios fieri legitimos
19 quo ad omnia, excipitur tamen

men Cardinalatus, nam illegitimi per subsequens matrimonium facti legitimi sine expressa auctoritate, & facultate sedis Apostolicæ ad Cardinalatum promoueri non possunt, vt notant Sayrus lib. 6. de censuris. cap. 10. num. 14. & cap. 11. num. 2. Henr. lib. 11. cap. 20. §. 2. Barbosa de officio Episcop. par. 2. allegat. 1. num. 35. in fine. Bellett. par. 1. disquis. Clerical. §. 3. num. 22. & constat ex constit. Sixti Quinti edita anno Domini 1595. tertio Nonas Decembris. & incipit postquam, estq; constit. 50. in bullario inter constitutiones Sixti.

Obijcies secundo. In cap. innotuit. de electione. videtur dici, postquam illegitimus factus est legitimus per subsequens matrimonium, adhuc requiri dispensationem, vt hic ad Episcopatum promoueatur. Innocentius enim Tertius, qui in eo capitulo id decreuit, iudicauit esse illegitimum & inhabilem ad Episcopatum eum, qui natus fuerit ex soluto & soluta, licet postea contraxissent inter se matrimonium. Respódeo primo in nostro textu hodie hæc non legi, quamuis id habeatur in corpore iuris canonici edito Parisijs anno 1587. sed quicquid de hoc sit, cum illegitimus in dicto c. tanta dicatur absolute legitimus per subsequens matrimonium, quicquid sit de illo *cap.* innotuit. in quo est maxima diuersitas in lectione, dicendum est, talem legitimatum esse habilem non solum ad ordines, & beneficia, sed etiam ad Episcopatum. ita Suarez tom. 5. de censuris. disp. 50. sect. 5. num. 11. de hac textus diuersitate legendus est Anton. Augusti. collect. 3. ad decretal. tit. 6. cap. 5.

20 DICO septimo. Illegitimus per subsequens matrimonium legitimatus non solum redditur habilis ad ordines, & dignitates, & beneficia Ecclesiastica, sed etiam ad succedēdum in feudo patris. ita Abbas in cap. tanta. qui filij sint legitimi. num. 7. Sayr. lib. 6. de cēsuris. cap. 11. num. 2. vbi etiam ait huiusmodi filiū esse admittendum ad omnia tam primogenia quam feudalia instar aliorum filiorum legitimorum, vt etiam sentiunt Henriq. lib. 1. de matrim. cap. 20. §. 2. Couar. 2. par. sponsal. c. 8. §. 1. im-

Immo filius sic legitimatus in successione primogenij præfertur secundo filio, qui natus est ex eisdem parentibus legitimo matrimonio inter se cõiunctis. vt aduertunt Henriq. & Sayr. loc. cit. Quando vero pater, antequam contrahat cum ista, duxit aliam,ex qua filium progenium procreauit, non succedit filius illegitimus per secũdum matrimonium legitimatus,quãuis sit maior natu,sed secundus filius,qui sine culpa non est priuandus primogenitura. ita Sayr. n.2. allegato.

21 Dico septimo. Filius illegitimus si promoueatur ad ordines, antequam parentes contrahant matrimonium, fit etiam legitimus per subsequẽs matrimonium, nec indiget dispensatione ad hoc, vt possit ministrare in ordinibus susceptis, sicut nec vt possit ad maiores ordines ascendere. probatur, quia iure communi absolute & vniuersaliter dicitur, quod illegitimus fit legitimus per subsequens matrimonium, nec vllibi habetur, hoc esse falsum, quando filius suscepit ordines ante contractum matrimonium parentum, si igitur hic est legitimus, sequitur hũc esse factum habilem tum ad celebrandum in susceptis ordinibus, tum ad ascendendum ad superiores ordines, & licet peccauerit mortaliter recipiendo ordines sine vlla dispẽsatione, non tamen propterea incidit in nouam irregularitatem, vt mox dicã, cum igitur per subseques matrimonium tollatur irregularitas, tollitur etiam omne impedimentũ ad ministrandum in ordinibus susceptis, & ad suscipiendos alios superiores ordines, nec vlla deinceps requiritur dispensatio. Secũdo. Nullo iure habetur hunc esse irregularẽ, si fiat legitimus per subsequens,vt reuera fit, ergo poterit ministrare in ordinibus, quos antea suscepit, & præterea alios sumere.

22 Dico octauo. Illegitimus si absque dispensatione ordinetur, non incurrit nouam irregularitatem. ita Rebuff. in praxi benefic. in tract. de dispensat. super defectu natalium n. 13.& doctores communiter in c.finali de clerico excomm. ministran. quia in iure nõ est expressum hunc contrahere nouam irregularitatem,& tamen irregularitas nõ incurritur nisi in casibus expressis in iure.

cap. is qui. de sententia excõ-
23 municationis in 6. Pari ratione si illegitimus promotus ad ordines sine dispensatione celebret, non contrahit nouam irregularitatem. ita Maiol. lib. 1. de irregular. c. 2. n. 8. Sayr. lib. 6. de censur. cap. 10. nu. 38. quia nullus est in iure textus, in quo dicatur iste contrahere irregularitatem. cum igitur hic nouam irregularitatem nõ cõtraxerit, in obtinenda dispensatione, satis est exprimere in supplicatione, quæ Papæ porrigitur, si dicat se esse illegitimum, nec erit necesse explicare se celebrasse permanẽdo in irregularitate, vt aduertit Rebuff. in praxi benefic. tract. de dispensat. super defectu natalium. n. 13 Et sicut illegitimus si celebret, vel ordines suscipiat, non incurrit nouã irregularitatem, ita nec suspensionẽ incurrit, quia nullo iure habetur, hunc cõtrahere suspensionem, & tamen pœnæ non sunt imponẽdæ, nisi in iure fuerint expressæ iuxta regulam in pœnis. de regul. iur. in 6.

24 Dico nono. Illegitimus, quamuis nõ sit capax recipiẽdi beneficij, vt probatũ est. & patet ex c. innotuit. de elect. c. finali de filijs presbyt. c. 1. eodem tit. in 6. at multi volũt eum esse capacem recipiendæ pensionis. ita Maiol. lib. 1. de irregular. cap. 10. num. 3. & 4. Sanchez lib. 5. decalogi. cap. 5. num. 16. in fine. Gonzalez in regulam 8. Cancellar. glosa 5. §. 5. num. 2. Zerola in praxi Episcopali par. 1. verbo. ordo. §. 4. non longe à fine. Palæott. de nothis. cap. 58. nu. 4. Sarnen. in reg. de annali q. 21. nam in iure solum legimus illegitimum non posse obtinere
25 beneficium. at nomine beneficij non venit pensio, vt benè docent Felinus in c. ad audientiam. 2. de rescriptis. in princ. Palæott. de nothis. c. 58. nu. 4. Couar. lib. practic. c. 36. nu. 10. vers. quoties. Nauarr. cons. 11. de constitut. num. 8. & cons. 8. de iure patron. num. 9. Sarnẽsis in regul. de infirmis. q. 16. & de annali quæst. 21. Gonzalez in regul. 8. Cancell. glosa 5. §. 5. Suarez tom. 5. de censur. disp. 15. sect. 1. nu. 7. Mandos. in regul. 19. Cancellar. q. 11. num. 11. Selua de benefic. par. 1. quæst. 3. num. 11. Paris. de resignat. benefic. libro 11. quæst. 4. Hoieda de incompatibil. benefic. parte 2. q. 7.

Alij

26 Alij vero probabilius existimant illegitimum non esse capacem pensionis. ita Zerola in praxi 2. par. verbo. Pensionarius. § 1. Rebuff. de dispensat. super defectu natalium. num. 48. & in titulo de dispen satio: ad plura. num. 65. Cuchus institutio. canon. paru.libro 2. tit. 8. §. in primis. Nauarr. consil. 5. de filijs presbyterorum. & consil. 61. num. 3. eodem tit. vbi ait esse stylum Curiæ, eum, qui debet obtinere pensionem, debere esse
27 legitimum. & tamen stylo Curiæ nempe Datariæ & Cancellariæ est standum tanquam organo Summi Pontificis, vt docent Cassador. decis. 2. num. 7. de vnion. Paris. libro 3. de resignat. benefic. quæst. 6. nu. 33. & libro 9. quæst. 26. nu. 4.
28 Idem Nauarr. consil. 11. de tempor. ordinat. num. 2. scribit, eum, qui non est capax beneficij, nec etiam esse capacem pensionis saltem secundũ stylum curiæ, quod etiam sentiunt Zerola in praxi parte 2. verbo. irregularitas. §. 8. & verbo. pensio. §. 6. Sanchez de matrimon. lib. 7. disp. 44. num. 9. qui stylus est seruandus iuxta cap. quam graui. de crimi-
29 ne falsi. Quamuis vero illegitimus non sit capax pensionis, at si Papa cum eo dispenset, vt possit obtinere beneficium, vigore huius dispensationis potest etiam obtinere pensionem, vt docet Rebuff. loco cit. super defectu nata-
30 lium. num. 82. & sicut potest Episcopus dispensare cum illegitimo, vt obtineat beneficium simplex, ita etiam cum eo potest dispensare, vt obtineat pensionem.

SVMMARIVM.

1 *Aliqui putant, Papam extra loca subiecta sua temporali iurisdictioni non posse legitimare quo ad bona temporalia, & officia secularia, sed solũ quo ad ordines, dignitates, & beneficia ecclesiast.*
2 *Aliqui putant Papã principaliter, vel in consequentiam posse legitimare in toto mundo respectu spiritualium & temporalium.*
3 *Papa saltem indirecte potest dispensare cum illegitimo quo ad temporalem iurisdictionem, quãuis ei non sit subiectus.*
4 *Quando Papa dispensat in matrimonio irrito, vt illud de nouo celebretur, censetur etiã dispensare cum prole illegitima ex illo matrimonio habita, non tamen censetur dispensare quo ad omnia, sed solum quo ad spiritualia.*

5 *Si Papa exprimat se prolem legitimam efficere, censetur solum eam legitimare quo ad spiritualia, & non temporalia.*

6 *Ordinarie Principes per priuilegia, & rescripta non censentur velle alijs praeiudicare.*

7 *Quando Papa dispẽsat in matrimonio irrito, & dat facultatẽ permanendi in illo, non censetur dispensare in radice matrimonij, nec cẽsetur legitimare prolem etiam quo ad spiritualia.*

8 *Si Papa dispenset, vt de nouo contrahatur matrimoniũ, quod fuit inualidum ob impedimentũ dirimens, non censetur tunc dispensare in legitimatione prolis antea susceptae.*

9 *Quando Papa legitimat matrimonium ex nunc, proles antea suscepta non legitimatur, at si legitimat matrimonium ex tunc, per talem legitimationem praecedens proles legitimatur.*

10 *Si Papa vtitur absolute verbo legitimamus matrimonium vel prolem, tunc aliqui censent Papam dispensare cum prole, eamque legitimare quoad omnes effectus. alij contrarium volunt, quod est probabilius.*

11 *Si Papa legitimat prolẽ, ordinarie censetur solum dispensare quo ad spiritualia, nisi aliquid in speciali exprimat.*

12 *Papa iuxta aliquos non potest legitimare quo ad bona tẽporalia, & officia secularia extra loca sibi non subdita in temporalibus prolem procreatam ex concubitu fornicario nullo praecedente matrimonio antea inito.*

13 *Quando Papa potest in radice matrimonij dispensare, poterit etiã legitimare filios illegitimos, quamuis eorum parentes è viuis discesserint.*

QVAESTIO XLIII.

An summus Pontifex possit legitimare prolem tũ quo ad spiritualia, tum quo ad temporalia?

1 DIco primo. Papam extra loca subiecta suae tẽporali iurisdictioni non posse legitimare quo ad bona temporalia, & officia secularia, sed solum quo ad ordines, dignitates, & beneficia ecclesiastica putant Couarruuias in 4. decretal. par. 2. c. 8. §. 8. nu. 14. quod nititur probare ex c. per venerabilem. vers. insuper. qui filij sint legitimi. & citat pro hac sententia Ancharanũ consilio 320. Abbatem in dicto cap. per venerabilem. nu. 23. Decium consilio 150. & consil. 557. Alexand. volum. 1. cons.

conf. 67. num. 19. colum. finali dicentem hanc opinionem esse communem. Idem Couar. in dicto §. 8. num. 18. hanc eãdem sententiam repetit asserens Papam non posse legitimare quo ad bona prophana, muneraque ciuilia sibi nõ subditum causa ciuilis iurisdictionis. vbi citat Antonium num. 11. in dicto cap. per venerabilem. Glos. regul. Cancell. 48. Thom. Ferrar. caut. 1. vbi ait hanc opinionem esse communem, quam in praxi seruari scribit Abbas loco citato num. 22. Guliel. Benedict. in cap. Rainutius de testament. in verbo. & vxorem. num. 197. hanc sententiã sequitur Molina tomo 1. de iustit. disp. 173. in princ. vbi ait legitimationem ad spiritualia, quæ tollit inhabilitates iure canonico introductas ad solam ecclesiasticam potestatem pertinere, legitimationem vero ad secularia, quæ illegitimorũ inhabilitates abolet iure ciuili institutas, spectare ad potestatem laicam, ad ecclesiasticam vero non nisi comparatione eorum locorum, in quibus habet etiam supremũ temporale dominiũ, aut nisi legitimare eo pacto ad spirituale bonum necessarium sit, isque secularis princeps, ad quem alioqui spectat, id præstare non velit, aut non tam cito velit, aut possit, quam cito esset necessarium, aut denique nisi, qui superiorem in temporalibus nõ recognoscit, vult ea in parte se aut suos subijcere Sedi Apostolicæ. Atque hæc sunt, quæ Innocentius III. in c. per venerabilem. qui filij sint legitimi, docere intendit, sic etiam sentit Afflictus in c. 1. §. naturales. in tit. si de feudo fuerit contro. notab. 2. num. 12. Sanchez libro 8. de matrimon. disp. 7. vbi ait esse verissimam ac receptissimam sententiam, atque ita communiter tradere doctores in dicto cap. per venerabilem. sic etiam sentiunt Bernar. de Botono Parm. Glossator decretalium Greg. Noni in dicto cap. per venerabilem. in glosa 2. in verbo habet potestatem, vbi ait id Papam nõ debere facere, quia alterius iurisdictionem perturbare non debet iuxta id, quod dicitur in cap. nouit. de iudic. Marsil. Laudens. in tract. de legit. num. 34. Speculator tit. de dispensat. §. postremo. vers. sed illud.

Bart.in authent. ex complexu. C. de incest. nupt. Bald. in l. 1. C. de iure aur. ann. num. 5. & in l.eam quam. C. de fideicomm.num.28. Socin.iun. lib. 4. consi.91. num.23. Ruin.consil.77.num.3. Rota decis.200. qui filij sint legitimi in nouis. Guido Papa singul. 331. Angelus verbo legitimatio. nu.1. vers. vtrum Papa, vbi ait cum Panormitano in cap.per venerabilem. variam fuisse opinionem, sed in practica seruari opinionem Bartoli in dicta Authent.ex complexu. scilicet quod Papa ad bona temporalia, & officia secularia illegitimos legitimare non possit in terris sibi non subiectis, maxime quando tales sunt adulteri vel incestuosi,& pro hoc,inquit,est bonus textus in c. dicat aliquis. 32. q. 4. & in cap. vnico 35. q. 7. sed quo ad spiritualia non est dubium, sic etiam Molina de primogen.libro 3. cap. 2. num.11. Peregr. de fideicomm. art.23. num. 5. quod vero dixit P. Molina loco citato. nempe quod quando pertineret ad religionem christianam, vt fieret talis dispensatio, & tamen Princeps secularis nollet eam efficere, vel non tam cito vellet, vt res postularet, in tali casu posit Summus Pontifex dispensare asserit etiam Couarr. loco cit. num. 16. his verbis. Romanus Pontifex ex causa ardua, & quæ fidei, religioni Christianæ, vel Republicæ vtilitatem præseferat, poterit efficere legitimum eum, qui principi seculari subiectus sit etiam quo ad bona,muneraque temporalia obtinenda ex dicto c. per venerabilem. col. final.vbi probatur, Romanus Pontifex habere iurisdictionem in laicos casu aliquo, & eam posse exercere etiam quo ad temporalia, licet illi laici sint Cæsari,vel Regi subiecti. nam in ordine ad bonum vniuersale habet Romanus Pontifex facultatem supplendi negligentiam Principum secularium.

2 Alij putant Papam principaliter, vel in consequentiam posse legitimare in toto mundo respectu spiritualium & temporalium. ita Ioãnes antiquus gloss. in cap. per venerabilem. qui filij sint legitimi. in tertia compilatione. in verbo potestatem. vbi ait. eo ipso, quod quis est legitimatus in spiritualibus, intelligitur legitimatus

tus in temporalibus,& ibi Præpositus num. 77. refert hunc Ioannem fuisse talis opinionis. sic etiam sentit Gaufredus de Trano (qui fuit Auditor Rotæ) in summa tit. qui filij sint legitimi, vbi ait, eum,quem Papa legitimat , intelligi legitimatũ ad temporalia per quãdam consequentiam per textum in dicto cap. per venerabilem. sic etiam sentiunt Præpos. in dicto cap. num. citato. & ibi Hostien. cum scribit Papam posse legitimare in temporalibus, quod etiam asserit in summa eodem tit. §. qualiter,& à quo. num. 11. vers. salua reuerentia aliorum. huius sententiæ sunt pariter Ioannes Cald. & Gaspar eius filius addentes,ita etiam sentire Naso. vt refert Antonius in dicto c. per venerabilem. num. 10. col. 3. vers. Ioan. Calder. & filius eius. opinio Hostiensis fuit approbata à Rota decis. 202. alias prima in nouis. qui filij sint legitimi. sic etiam sentiunt Calderin. cons. 3. qui filij sint legitimi. Bald. in proœmio C. n. 9. Paulus Castrens. cons. 125. col. 1. volum. 1. Cardinal. Alexandrin. in dicto cap. per venerabilem. numero 71.

3 Dico secundo. Est communis sententia Papam saltem indirecte posse dispensare cũ illegitimo nato ex matrimonio inualido, quod tamen postea efficitur validum,quamuis ei non fuerit subiectus quo ad temporalem iurisdictionem, ita vt capax sit officiorum, ac successionis in bonis temporalibus, immo quod omnino sit legitimus, ac si natus esset ex legitimo matrimonio. & tunc censetur dispensare in radice matrimonij, & efficere, vt dispensatio retrotrahatur ad tẽpus, quo huiusmodi matrimonium contractum est, ita vt per illam dispensationem censeatur matrimonium fuisse à principio valide celebratum, quæ sententia est intelligenda, quando impedimentum, ob quod matrimoniũ fuit inualidum iure canonico fuerit inductum. ita Couarr. in 4. decretal. 2. par. cap. 8. §. 8. nu. 13. Henriq. lib. 11. cap. 20. nu. 2. Sayr. de censuris, lib. 6. cap. 10. num. 27. & cap. 11. num. 6. Nauar. cons. 2. qui filij sint legitimi. num. 12. & penult. Maiol. de irregular. lib. 1. cap. 4. nu. 20. Peregrin. de fideicom. ar. 23. num. 7. & ar. 24. nu. 80.

Angelus verbo Papa. nu. 4. & verbo legitimatio. num. 7. Syl. verbo. Papa. in fine. & verbo. legitimus. q. 4. & q. 5. dicto 5. Io. Andr. in cap. per venerabilem. num. 30. qui filij sint legitimi. & ibi Abbas num. 22. Cardin. num. 9. Anchar. num. 21. Alexand. de Neuo. num. 18. Præpositus ibidem in §. quod autem. num. 74. Molina de primogen. lib. 3. cap. 2. nu. 12. Rota decis. 207. num. 1. par. 1. diuersor. Idem Anchar. in cap. vnic. de sponsalibus in 6. num. 3. & in Clement. vnic. de immunit. Eccles. in fine, & cõsil. 409. Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum. de constitut. nu. 21. ampliat. 2. Guillel. Bened. in cap. Raynutius. verbo. & vxorem. il 1. num. 202. & seqq. Humada ad Gregor. in l. 2. tit. 15. par. 2. glos. 10. num. 8. Celsus cons. 31. num. 8. Marc. Anton. Eugenius cons. 53. nu. 51. & seq. Anton. Gabriel. conclus. 3. de legitim. num. 1. & 2. Rojas de successio. cap. 23. num. 113. Lopez in instructor. tom. 2. cap. vlt. concl. 3. Puteus lib. 2. decis. 483. Probatur quia ratio, ob quã proles in hoc casu est illegitima, & consequenter incurrit damna, quæ non incurreret, si esset legitima, est lex ecclesiastica, qua statutum est, vt impedimentum repertum in matrimonio efficiat illud inualidum, ita vt si non esset talis lex, matrimonium esset validum, & proles inde nata esset legitima, sed Papa potest suam legem reuocare, & irritare quo ad omnes effectus non solum incurrendos, sed etiam incursos, irritando omnino huiusmodi effectus, ac si nunquam fuisset lata talis lex, ergo Papa sic dispensans, potest reuocare tale impedimentum, ac si nunquam fuisset inductum, & efficere, vt dispẽsatio retrotrahatur ad principium, quo fuit contractum matrimonium, & facere, vt tale matrimonium esset huiusmodi, ac si à principio fuisset validum, & à principio nullum fuisset impedimentum, in quo casu proles esset omnino, & quo ad omnes effectus valida. probatur minor ex Clement. vnica de immunit. Ecclesiæ, vbi Clemens Quintus reuocat quasdam constitutiones suorũ prædecessorum nõ solum quo ad effectus in posterum incurrendos, sed etiam quo ad effectus antea incursos.

Obij-

Obijcies cum ijs, qui negat summum Pontificem posse id efficere, hi sunt Molina tom. 3. de iustit. disp. 624. num. 3. Antoni. in cap. per venerabilem.qui filij sint legitim. num. 10. in fine. Milis in repertorio verbo dispensatio. num. 23. vers. dispensatio Papæ. Ceruantes in l. 12. tauri. num. 106. Proles propter impedimētum matrimonij est illegitima, ergo iam incidit in damna, quibus sunt subiecti filij illegitimi de iure ciuili, at Papa in terris sibi temporaliter non subiectis non potest dispensare quo ad damna, quæ illegitimis iure ciuili imponuntur quo ad successiones & officia temporalia, cum in iure ciuili nō possit dispensare, ergo. Respondeo quāuis concederemus Papam non posse directe in iure ciuili dispensare, nec in eius effectibus, potest tamen indirecte, nam illegitimi sunt subiecti huiusmodi damnis ob legem Ecclesiasticam, quæ voluit, vt matrimonium cum tali impedimento esset inualidum, cum vero Pontifex dispensando velit, vt lex Ecclesiastica in eo matrimonio vim non habeat, consequenter & indirecte faciet, vt omnia damna cessent, ac si nunquam fuisset lata lex Ecclesiastica.

Obijcies secundo. Papa non potest efficere, vt tale matrimonium non fuerit irritum, & talia damna non fuerint secuta, ergo nulla vi humana reparari possunt. Respondeo nos concedere antecedens, negamus temen non posse summum Pontificem per dispensationē efficere, vt deleantur, & reuocentur omnia damna, quæ ob legem Ecclesiasticā illegitimi incurrerunt, nam eo ipso, quod Papa dispensat in lege Ecclesiastica, reuocat, & debet omnia damna iure humano incursa ob talem legem, & restituit illegitimos in eo statu, ac si fuissent procreati ex legitimo matrimonio, nam cum illegitimi in ea damna incidant ob legem Ecclesiasticam, eo ipso, quod lex Ecclesiastica omnino aboletur, consequenter & indirecte etiam abolentur omnia damna inde incursa.

Respondeo secundo. Consequentiam esse falsam, nam in dicta Clementina vnica de immunit. Eccles. aperte asseritur posse summū Pontificem abolere & reuocare omnia damna,

na, & omnes effectus secutos ex lege Ecclesiastica, ac si nũquam fuissent illi incursi, vt patet ex verbis illius Clementinæ cum dicit. Quicquid ex eis secutum est, vel ob eas penitus reuocamus, & eos volumus haberi pro infectis, & notant ibi Glosa verbo. Pro infectis, Imola num. 6. & Abbas in cap. non debet. in fine. de consanguin. & affin.

Obijcies tertio. Papa dispensando in sua lege potest quidem efficere, vt cessent omnia damna iure Pontificio inde inducta, non tamen vt cessent damna inducta iure ciuili, nam cum Papa non possit dispensare in iure ciuili, nec etiam poterit dispensare in damnis iure ciuili inductis. Respondeo etiam si concederemus non posse Papam in damnis iure ciuili inductis dispensare directe & primario, negamus tamen non posse indirecte, secundario, & consequenter, irritando scilicet legem Ecclesiasticam, cui tanquam radici seu fundamento illa damna innituntur.

Obijcies quarto. Additionator ad Nauar. cons. 2. qui filii sint legitimi in fine refert Gregorium XIII. anno 1584. noluisse dispensare in huiusmodi casu, & addidisse, in hoc se dispensare non posse. Respondeo Gregorium tanquam doctorem priuatum ita respondisse, quia fortasse erat huius opinionis. deinde tale responsum authentice non constat, ac proinde argumentũ nihil probat.

Obijcies quinto. Si Papa dispensare posset, talis dispensatio cederet in graue damnũ succedentium in hæreditate, nam hoc modo filius illegitimus legitimaretur, & ipse consequeretur hæreditatem, & alij excluderentur, qui debuissent succedere. Respondeo argumentum solum probare Pontificem peccare dispensando sine iusta causa, attamen non probare, quod dispensatio esset inualida, cum solum dispẽsaret in iure humano, in quo potest dispensare.

4 Dico tertio. Quando Papa dispensat in matrimonio irrito, vt illud de nouo celebretur, censetur etiam dispensare cum prole illegitima ex illo matrimonio habita, non tamen censetur dispensare quo ad omnia, sed solum quo ad spiritualia.

lia. ita Io. Andreas in cap. per venerabilem.qui filij sint legitimi. num. 30.& ibi Abbas nu. 21. Anchar. num. 22. Cardinal. nu.9.quæst.1. & ratio est, quia cum dispensatio sit stricti iuris,& odiosa cap. 1.& 2. de filijs presbyt.in 6. quando Papa dispensat, & legitimat,censetur legitimare tantum, vt Papa est, nisi aliud addatur in dispensatione, at Papa vt Papa legitimat tantum quo ad spiritualia, nec censetur velle vti iurisdictione temporali ad legitimandum,nisi peculiarem faciat mentionem,se etiam legitimare quo ad temporalia, nec censetur dispensare, quatenus dominus temporalis est sed quatenus Papa.

5 Dico quarto. Si Papa exprimat se prolem legitimam efficere, censetur solum eam legitimare quo ad spiritualia & non temporalia.ita Couarr. in 4. decretal. 2. par. cap.8. §. 8. nu. 13. Lopez in instructor. vbi agit de matrimo. cap. vlt. concl. 8. nam cum legitimatio quo ad temporalia sit ordinarie in damnum tertij, non censetur Papa legitimare quo ad temporalia, nisi expresse id dicat, nec censetur expedire huiusmodi dispensationes, vt dominus temporalis est, sed

6 vt Papa. ordinarie enim Principes per priuilegia & rescripta non cẽsetur velle alijs præiudicare iuxta l.primam §.merito.& §. si quid à Principe ff. ne quid in loca publi. & l. nec auus.C. de emancip. lib. & c. ex tuarum. de auctor. & vsu pall.& notat Pet.Anchar.consi. 241. num. 8. Hippolitus Riminald. vol. 1.consi. 46.num. 32. Salycet.in l.generaliter.§.cum autem. C.de cõstitutio. & substitutio. num. 7.

7 Dico quinto.Quando Papa dispensat in matrimonio irrito, & dat facultatem permanendi in illo, non censetur dispensare in radice matrimonij, nec censetur legitimare prolem etiam quo ad spiritualia, quicquid in contrarium velint Boerius decisi.264.num. 26. & 27. Glosa in cap.non debet de consangin. & affinit verbo.de cætero. & ibi Io. Andreas. Petr. Ancharan. & Andreas Siculus, quos refert, & sequitur Peregr. de fideicom. art. 24. nu. 79.sed nostra sententia est verior, eamq.amplectuntur Henriq.lib.11. cap.20. nu.2. Lopez in instructo. part. 2.vbi

2. vbi agit de matrim. cap. vlt. concluſ. 3. Couar. in 4. decretal. par. 2. cap. 8. §. 8. num. 13. vbi citat Baldum vol. 3. conſ. 129. Antonium de Roſellis in tract. de legitimat. lib. 2. col. 5. Iaſonem in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſu cap. num. 122. Nicolaum Boerium deciſione 264. num. 25. nam in tali caſu Papa ſolum tollit impedimẽtum matrimonij, vt eo ſublato poſſint coniuges permanere in priori matrimonio, adhibito tamen nouo conſenſu. deinde cum Papa vtatur verbo diſpenſationis, talis diſpenſatio eſt odioſa, & ſtricti iuris, & propterea non eſt extendẽda, & ita ſenſus diſpenſationis eſt, vt à tempore, quo fuit obtenta diſpenſatio, poſsint illi perſeuerare in priori matrimonio accedente iterum vtriuſq; coniugis conſenſu, quod ſi præterea faciat Pontifex mentionem de prole legitimãda, tunc cenſetur ſolum legitimare quo ad ſpiritualia, vt notat Couar. loc. cit.

8 Dico ſexto. Si ſummus Pontifex diſpenſet, vt de nouo contrahatur matrimonium, quod fuit inualidum ob impedimentum dirimens, non cenſetur tunc diſpenſare in legitimatione prolis antea ſuſceptæ ita Couar. in 4. decretal. par. 2. cap. 8. § 8. num. 13. Lopez in inſtructo par. 2. vbi agit de matrim. cap. vlt. concl. 8. Molina lib. 3. de primogen. cap. 2. nu. 10. P. Molina tom. 3. de iuſtit. diſp. 624. num. 3. in fine, nam diſpenſatio ſolum fuit conceſſa ad contrahendum de nouo matrimonium, nec in huiuſmodi diſpenſatione fit vlla mentio prolis, & diſpenſatio, cum ſit odioſa, & ſtricti iuris, non eſt extendenda, nec poteſt dici talem prolem legitimari per ſubſequens matrimonium, cum ſit ſpuria.

9 Dico ſeptimo. Quando ſummus Põtifex legitimat matrimonium ex nunc, proles antea ſuſcepta non legitimatur, at ſi legitimat matrimonium ex tunc, per talem legitimationem præcedens proles legitimatur. nam hoc modo legitimatur matrimonium, ac ſi à principio fuiſſet valide celebratum, vt colligitur ex Clement. 1. de immun. Eccleſ. & docent Abbas in cap. per venerabilem. qui filij ſint legitimi. num. 22. Cephal. conſ. 307. num. 53. Vbald. de ſucceſsio.

ab inteſtat. prima par. n. 106. Gozad. conſ. 6. num. 63. Couar. in 4. decretal. par. 2. cap. 8. §. 8.
10 num. 13. Quod ſi Papa vtatur abſolute, verbo. legitimamus matrimonium, vel prolem nihil aliud addendo, tunc Couarr. dicto n. 13. Lopez in inſtructor. 2. par. vbi agit de matrimon. cap vlt. concluſ 3. Ioan. Andr. in dicto c. per venerabilem. qui filij ſint legitimi. nu. 30. & ibi Ancharan. nu. 21. putant Papam diſpenſare cum prole, eamque legitimare quo ad omnes effectus, nam tunc cenſetur Papa approbare tale matrimonium, ac ſi eſſet ab initio contractum ſine vllo impedimento, & cenſetur retrotrahere diſpenſationem ad initiū & radicem matrimonij. at probabilius eſt in hoc caſu non cenſeri legitimari prolem quo ad omnia, niſi addatur, legitimamus vt ex tunc, quia per illa verba poteſt optime intelligi legitimatio prolis ex nunc. ita Abbas in cap. per venerabilem. qui filij ſint legitimi. n. 22. & ibi Alexand. n. 29 in fin. & num. 30. Henriq. in ſum. lib. 11. cap. 20. num. 2.

11 Nec item legitimatur proles quo ad omnia, ſi ſummus Pōtifex diſpenſet in matrimonio ob aliquod impedimentum inualido, vt de nouo contrahatur, addens prolem legitimā, ſi quæ ſit, & ſuſcipiendam exinde legitimam decernendo, quia non eſt veriſimile Pontificem ob clauſulam tam generalem, & in omnibus diſpenſationibus apponi ſolitam velle diſpenſare in re magni momēti, & in qua rariſſime ſolet concedere diſpenſationem, quare per illa verba cenſetur Pontifex ſolum diſpenſare quo ad ſpiritualia.

12 Dico octauo. Summus Pontifex non poteſt legitimare quo ad bona temporalia, & officia ſecularia extra loca ſibi non ſubdita in temporalibus prolem procreatam ex cōcubitu fornicario nullo præcedente matrimonio antea inito iuxta ſentētiam Peregrini de fideicommiſſis. art. 24. nu. 76. quia, inquit, ſic diſpenſaret directe in temporalibus, quod facere non poteſt niſi in terris ſubditis Romanæ Eccleſiæ, quod antea ſenſit Angelus verb. legitimatio. in fine. Sylueſt. verb. legitimus. q. 7. dicto 5. Ioan. And. in cap. per venerabilem. qui filij ſint legi-

ti-

timi. nu. 30. & ibi Cardinalis num. 9. q. 1. Abbas num. 21. quamuis alij, qui sequuntur sententiam Hostiensis, dicant Pontificem cum tali illegitimo posse etiam dispensare eo modo, quo supra explicui. sic etiã est dicendum de prole habita ex matrimonio, quod fuit inualidum ex defectu consensus in vtroque coniuge, vel in altero tantum, nec enim Papa potest cum tali prole dispensare ad bona temporalia extra loca suæ temporalis iurisdictionis iuxta priorem opinionem, potest vero iuxta alteram sententiam.

13 Dico nono. Quando sũmus Pontifex potest in radice matrimonij dispensare eo modo, quo supra dictum est; poterit legitimare filios illegitimos, quamuis eorum parentes è viuis discesserint. ita Peregrinus de fideicomm. art. 25. nu. 83. Angelus verb. Papa. num. 4. Syluest. eodem verb. in fin. Ancharan. cons. 409. nu. 6. sic etiam videtur aperte sentire Nauarr. cons. 2. qui filij sint legitimi. num. 13. vbi Papa, inquit, potest reuocare omnes leges à se, vel prædecessoribus suis super matrimonio latas, quatenus sunt humanæ, & ita reuocare, quod fingantur non esse factæ, & perinde iudicentur ea, super quibus factæ sunt, ac si nunquam fuissent factæ, & non solum potest Papa leges præfatas reuocare, & fingere, vt pro infectis habeantur, & censeantur non esse factæ quo ad ipsasmet, sed etiam quo ad effectus ab eis, vel propter eas productos, ita quod non habeantur pro productis, & perinde iudicandum sit de omnibus rebus, super quibus factæ sunt. ac si non fuissent factæ. vt docet Glosa in Clemẽt. 1. de immunit. Ecclesi. verb. pro infectis. vbi hæc habet. Vide quãta est Papalis potestas circa ea, quæ simpliciter sunt de iure positiuo, quia reuocat illa vt ex tunc. ait etiam ibi glosa, quod cum quis est ob aliquam constitutionem excommunicatus, si Papa illam constitutionem reuocet, & quicquid ex illa secutum est; excommunicatus virtute talis reuocationis absolutione non egeat. hãc eandem doctrinam repetit idẽ Nauarrus dicto consil. nu. 14. asserens Pontificem posse reuocare legem latam à suis prædecessoribus prohibentem cõtra-

trahere matrimonium in quarto gradu consanguinitatis, ita vt talis lex fingatur non esse facta, nec produxisse vllum effectum, & consequenter posse Papam efficere, vt filij illegitime nati fingantur esse nati legitime, vt nati fuissent, si tale impedimentum per legem non fuisset inductum, immo ita vt iudicarentur legitimi eo modo, quo solo iure naturæ & diuino inspecto nati essent, vt nascebantur omnes olim ante legũ humanarum prohibitionem, & num. 15. hoc idem repetit: quæ doctrina aperte probat Pontificem posse legitimare illegitimos, quamuis eorũ parentes è viuis discesserint; nam cum Pontifex auferat omnino legem ecclesiasticam, statim per quandam consequentiam omnes effectus ex ea producti euanescũt, & ita illegitimi poterunt succedere in bona paterna etiam post apprehensam possessionem per alios filios legitimos, vel alios agnatos & coniunctos, non solum quando dispensatio peteretur, quia pater filij illegitimi ante mortem petijt, vel iussit peti talem dispensationem, vt in hoc casu tradit Peregrinus de fideicom. art. 24. num. 83. qui refert sic fuisse decisum in vna Tarraconensi, teste Puteo lib. 2. decis. 483. sed etiam quando pater id non petijt, nec præcepit, vt peteretur, in tali enim casu valeret dispensatio, & retrotraheretur ad præiudicium etiam agnatorum & possessorũ hæreditatis paternæ, vt notat idem Peregrin. loco citato allegans Ancharanũ dicto consil. 409. colum. 2. & 3. Præpositum in c. per venerabilem, colum. 68. & Puteum in dicta decisione. nam cum proles illegitima patiatur huiusmodi damna propter legem ecclesiasticam, eo ipso, quod Papa reuocat omnino talem legem, statim euanescunt omnes effectus ex ea producti, quamuis alteri fuerit ius acquisitũ, cum ad eum deuenerit hæreditas cum conditione saltem tacita; nisi proles illegitima legitimetur à potente legitimare, quamuis Angelus verbo. Papa. num. 4. Syluest. eodem verb. negent Papam posse id facere, quando alteri esset ius acquisitum: non tamen, inquit Nauarrus dicto consil. 2. num. 15. potest Papa hoc facere absque peccato sine aliqua

qua

qua magna,& iusta causa,quia non debet vti plenitudine potestatis sine illa, licet possit ita vti, vt valeat actus. secundum Innocentium communiter receptum in cap. innotuit. de electione.

SVMMARIVM.

1 *Filij in hospitalibus expositi sunt censendi legitimi, & possunt promoueri ad omnes ordines, & dignitates.*

2 *Veritas cum non potest constare, in meliorem partem debet fieri interpretatio. In dubio iudicandum est pro legitimatione.*

3 *Filij expositi à multis censentur illegitimi & irregulares, tamen si sunt ordinati, possunt absque dispensatione ministrare in ordinibus susceptis.*

4 *Episcopus potest dispensare cum expositis, vt promoueantur ad ordines sacros, & vt possint obtinere beneficium curatum.*

5 *Expositi an sint vulgo quaesiti.*

6 *In dubio tutior pars est eligenda.*

7 *Non tenemur semper eligere, & sequi tutiorem partem, sed satis est, si sequamur opinionem tutam, & probabilem.*

8 *Expositi possunt absque peccato sequi opinionem illorum, qui sentiunt expositos esse legitimos, & posse absque dispensatione suscipere ordines.*

9 *In dubio & pari causa melior est conditio possidentis. quae regula non solum est vera in materia iustitiae, sed etiam aliarum virtutum.*

10 *In dubio an praesumatur homo legitimus.*

11 *Cum iura partium sunt obscura, reo potius est fauendum quam actori. In dubio reus est absoluendus. Pro reo regulariter praesumi debet.*

QVÆSTIO XLIV.

An filii in hospitalibus expositi sint censendi legitimi.

1 DICO primo. Esse censendos legitimos, & posse promoueri ad omnes ordines, & dignitates censent multi, vt Ananias in c. 1. de infantibus expositis. num. 11. Palæottus de spurijs cap. 63. num. 3. & 7. qui ait, hanc opinionem esse communiter receptam. Felin. in cap. cum deputati. de iudicijs. in fine. Bermondus Choneronius in comment. ad tit. de concubin. in verb. qui etiã filios. num. 90. Menoch. conf. 96. & de præsumption. libro 6. quæst.

quæst. 54. num. 29. & de arbitrar. casu 396. num. 15. & 16. Girond. de priuileg. explicatio. num. 1441. & seqq. Roderic. tom. 1. quæst. regular. q. 13. ar 1. vbi ait. Expositi legitimi censentur secundum opinionē doctissimorum virorum, vnde non videntur indigere dispensatione, vt ad sacros ordines promoueantur, nec etiam facti regulares videntur indigere dispensatione, vt ad prælationes regulares admittantur. cum tamen circa hoc sit varietas opinionum, consultius erit, vt minime ad prælationes regulares admittantur, nisi cum eis prius secundum terminos priuilegiorum regularium dispensetur. & q. 14. ar. 3. versic. quātum ad tertium. in medio, Expositi, inquit, quorum parentes adeo latent, vt prorsus sit incertum, an ex legitimis nuptijs concepti sint, non reputantur illegitimi & naturales à doctissimis viris, & consequenter sunt habiles ad sacros ordines & dignitates, quæ secundum ius ciuile & canonicum non nisi legitimis conferuntur, cum aliquando contingat ex legitimo matrimonio natos exponi, putatque hanc opinionem esse verissimam. idem etiam sentit Stephanus Gratianus tom. 1. discep. forens. cap. 135. n. 31. scribens hanc opinionem esse veriorem, & expositos esse capaces successionum, ordinum, & dignitatum, & pro legitimis esse habēdos, idem repetit tom. 2. cap. 267. num. 22. Augustin. Barbosa de officio Episc. par. 3. allegat 51. n. 150. Expositos, inquit, legitime natos esse præsumendos, & absque dispensatione posse ordinari merito resoluunt multi doctores. Io. Maria Bellettus par. 1. disquis. cleric. §. 3. n. 24. Expositi, inquit, præsumuntur legitimi, & ideo possunt admitti ad ordines etiā sacros, dignitates ecclesiasticas, atque alia publica munera. Ioannes Vela de pœnis delictorum cap. 9. Salas 1. 2. trac. 8. disput. vnic. sect. 24. nu. 246. Sayr. lib. 6. de censuris cap. 10. num. 39. ait, hanc opinionem esse veriorem de rigore iuris. Suarez tom. 5. de censuris. disp. 50. sect. 4. n. 4. scribit vtramque opinionē esse probabilē, & in praxi posse quēlibet adhærere huic sententiæ. Armend. in recopilat. legum Nauar. ad lib. 4. tit. 29. l. 1. §. 2. de hospita-

libus & infantibus expositis. n.1.vbi ait esse verius,quod isti sint legitimi, & citat pro hac sententia Cepolã cautela 118. Cotam in verbo filius præsumitur. Baldum in l. filium. nu. 1. de his qui sunt sui. & sic, inquit,non egent dispensatione. Probatur. In dubio sumenda est coniectura, quæ excludat delicti præsumptionem,sed qui dicunt expositos esse illegitimos & spurios, non solum non excludunt delicti præsumptionem, sed necessario supponit præcessisse delictum parentũ, cum tamen, qui negant eos esse illegitimos, talem præsumptionem excludant, ergo expositi non sunt censendi illegitimi. Secundo. In cap. lator. & in cap.peruenit. qui filij sint legitimi iniungitur aduersario onus probandi, quod alter sit illegitimus, ergo qui non probatur esse illegitimus, debet præsumi, quod sit legitimus, quare cum expositi non probentur esse illegitimi,censendi sunt legitimi.

Tertio. Cũ veritas nõ potest cõstare,in meliorem partẽ debet fieri interpretatio, estque inclinandum in fauorem prolis iuxta textum in cap. ex tenore. qui filij sint legitimi.ibi. In fauorem prolis potius declinamus, & in dubio esse iudicandum pro legitimatione docent Ananias in c.1. de infantibus expositis,Put.lib.3.decis. 2.Peregr.de fideic.ar.43.n.71. Gratianus cap.35.n.34. discept. forens. tom. 1. & c. 267. num.22. tom.2. & num.23.vbi ait. In exposito licet non sit certa origo, tamen est dubia, qua dubitatione stante iudicandum est potius pro legitimatione. & num.24. ait. quod quando est aliquod statutum, quod non debeant admitti ad certum beneficium ij, qui descendunt ex Iudæis, vel Mauris, vel qui aliqua macula sunt infecti, vel aliquid simile, non excludantur per tale statutum expositi, nam cum statutum sit contrarium iuri cap. eam te. de rescript. est stricte interpretandum ex Bartolo in l. omnes populi. de iustitia & iure. Roland. lib. 1. consil.21. num. 21. & non debet extendi vltra illud, quod exprimitur. l. si vero. §. de viro. ff. soluto matrimon. quod si in statuto apponeretur clausula, quod admittendus ad beneficiũ sit ex notis parentibus,aut pu-

puri sanguinis,tunc nõ possunt admitti expositi, cũ talis qualitas ab illis probari nõ possit, vt notat Perez de anniuers. & capellan.lib.2.c.4. n. 39.& seqq. Quarto. Interdum exponuntur legitimi,ergo in gratiam illorũ melius est omnes reputare legitimos, cũ magis cõueniẽs sit plures recipere,etiãsi sint illegitimi, quam expellere aliquos innocentes, & vere legitimos, quod etiam videtur esse valde cõforme mãsuetudini ecclesiæ. Quinto. Iura canonica & ciuilia in multis fauẽt expositis, vt patet ex c. 1. de infantibus expositis,& in Codice eod.tit. & in l.nemini.C.de Episcopali audientia, ergo etiã est fauendũ in illis in hoc,vt habeantur pro legitimis. Sexto. Qui non probatur malus, in iure præsumitur esse bonus. & qui non probatur indignus, præsumitur dignus ex Glosa vlt.in c.deputati. de iudic. ergo cum expositi non probentur illegitimi,in iure censentur legitimi. Septimo. In locis, in quibus sunt statuto, ne ad officia & beneficia admittãtur neophiti, admittũtur expositi,quia non probãtur esse nati ex parentibus infidelibus,ergo etiã admitti debent tanquã legitimi, quia nõ probantur esse nati ex illegitima copula. Octauo. In iure nõ habetur expositos esse irregulares, & tamen nemo est habendus irregularis,nisi id expresſũ fuerit in iure. c.is qui. de sent. excom.in 6. Nono.In pœnis & odijs benignior pars est sequẽda. & in dubijs præferenda sũt semper benigniora. reg.57. C. de reg.iur.ergo cum benignius sit dicere expositos esse legitimos,& posse promoueri ad ordines, & esse capaces successionũ,hæc pars est sequenda. Decimo. Hæc sententia habet pro se graues doctores & cõiecturas,& rationes satis probabiles,ergo expositus in hospitali potest hãc opinionẽ sequi,& sumere absq; dispensatione ordines. Huic sentẽtiæ fauet id, quod habetur in bulla quadã edita à Greg.XIV. anno 1591. in gratiã cuiusdã confraternitatis pro expositis,in qua dicitur, vt huiusmodi expositi habeãtur pro legitimis & puri sanguinis ad omnes præbendas,vt refert Hẽriq. in sum.lib.14.c.8. §.10.in Glosa.lit.K. In eo omnes cõueniunt, quando cõstat expositos esse natos ex legitimo matrimonio,eos posse susci

A 2 pe-

pere ordines, cum ex sola expositione non reddantur isti inhabiles & irregulares, cũ nullo iure habeatur hos esse irregulares. ita Maiol. lib. 1. de irregular. c. 11. n. 1. Suarez tom. 5. de censur. disp. 50. sec. 4. nu. 4.

3 Alij vero sentiunt expositos esse reputandos illegitimos & irregulares, hi sunt Maiolus li. 1. de irregul. c. 11. num. 1. & 3. Angel. in l. liberorum. ff. de ijs qui notant. infam. Iason in l. nec professio. C. de testament. Alciat. in regul. 3. de præsumptionibus. præsumptione 1. nu. 12. Viualdus de irregul. num. 123. Vasquez 1. 2. disp. 66. cap. 8. num. 48. Puteus part. 1. decisio. 435. Barbosa in rubr. ff. soluto matrim. par. 1. n. 20. Salzedo ad Diaz in pract. crimin. c. 14. Vgolinus de irregular. c. 44. §. 7. n. 1. Henriq. lib. 11. c. 20. §. 2. & lib. 14. cap. 8. §. 10. Lopez in instructor. tom. 2. part. 2. cap. 23. Sayr. lib. 6. de censur. cap. 10. n. 39. vbi ait. Quia in dubio saltem ante factum pars tutior sequenda est, & periculum peccandi vitandum est, ideo in praxi, quando non constat de parentibus expositorum, non sunt temere ordinandi, quia parentes eorum ignoti sunt, si tamen constet esse legitimos, ordinari possũt. Tolet. in sum lib. 1. cap. 58. nu. 2. in fine. Non video, inquit, qua ratione stabiliatur, vt dicatur, expositos, quorum natales ignorantur, posse admitti ad ordines, & præsumi eos legitimos, cum in dubijs debeamus potius reputare eos irregulares, est autem maxime dubium immo & probabile ex illegitimo natos esse concubitu. hi enim frequentius exponuntur. Tutius ergo puto eos affirmare irregulares sicut & cœteros illegitimos. Auila de censuris par. 7. disp. 3. dub. 9. hanc sententiam reputat probabiliorem addens cũ Couarruuia expositum, si iam est ordinatus, posse ministrare sine dispensatione, quia melior est conditio possidẽtis, & expositus habet iã ius quæsitum, nec obstat, inquit Auila, argumentũ, quo nõnulli vtũtur ad probandũ expositũ esse legitimũ. nã filius coniugatæ nõ tenetur credere matri dicenti, se esse illegitimum, non obstat, inquit, cum sit dispar ratio. cum ille habeat in sui fauorem præsumptionem matrimonij, quã non habet expositus. Garzia de bene-

benefic. par. 7. cap. 2. num. 10. Experientia, inquit, docet, quod quamuis aliqui legitimi exponantur, tamen hi sunt paucissimi, & fere omnes, qui exponuntur, sunt illegitimi, & ex centum, qui exponuntur, certum est plusquam 90. esse illegitimos. Et expositi communiter reputantur illegitimi, & vulgo vocantur bastardi, & ab eo, quod semper fit, debet sumi interpretatio potius quam ab eo, quod aliquando sed raro fit, quamuis id sit melius & benignius. additque Garzia, hac sententia admissa, nõ posse Episcopum cum eis dispensare ad sacros ordines, & beneficia curata cap. 1. de filijs presbyterorũ in 6. asserit etiã contrariam sententiam post factum posse admitti propter auctoritatem doctorum eam tenentium, vt etiam sentiunt Couarr. Salzedo, Vgolin. Henriq. Lopez locis cit. qui, quamuis putent expositos esse illegitimos, & irregulares, dicunt tamen, quod, si sunt ordinati, possint absque dispensatione ministrare, cum melior sit conditio possidentium, & habeant iam ius quæsitum. Quod expositi sint illegitimi & irregulares videntur etiam sentire Honded. lib. 2. consi. 47. nu. 23. Castillo lib. 2. quotidianarum controuersiarum cap. 19. num. 51. Couarr. vero in Clement. si furiosus par. 1. initio num. 9. ait, opinionem illorum, qui dicunt expositos esse illegitimos, videri esse magis probabilem, cum in hoc casu coniecturis sit agendum; quod non solent filij legitimi, & nati ex legitimo matrimonio exponi, sed potius ij, qui nascuntur ex furtiuis & fornicarijs congressibus. Quam ob rem ipse consulerem, inquit, expositos minime promouendos esse ad ecclesiasticos ordines absque dispensatione saltem Episcopi. Quod si promoti fuerint, non eis prohiberem ordinum vsum propter auctoritatem Ananiæ, & Felini. Hanc opinionem Couarruuiæ sibi magis placere ait Salzedo ad Bernar. Diaz in practic. cap. 14. littera C. in fine. & hoc esse tutius scribit Suarez tom. 5. de censuris. disput. 50. sect. 4. num. 4. Quamuis vero Couarr. loco cit. dicat esse magis probabile expositos esse illegitimos, idem tamen secunda parte sponsaliũ. cap. 8. §. 3. num. 1. ait exposi-

tos potius esse præsumendos naturales quam spurios, quem sequuntur nonnulli apud Menochium de præsump. libro 6. q. 54. num. 10. Petrus de Ledesma in summa vbi agit de matrimonio cap. 34. difficult. 8. dicit esse vtramque opinionem probabilem, scilicet quod expositi sint legitimi & illegitimi, vt etiam dicit Suarez dicta disp. 50. sect. 4. Ancharan. in cap. 1. de infantibus expositis ita de hac quæstione dubitat, vt nihil certi statuat, vt etiam facit Barbatius in cap.
4 cum deputati de iudicijs. Sayrus loco cit. ait in praxi, quando parentes expositorum ignorantur, illos non esse ordinandos, quod si facta diligentia de parentibus, adhuc sit dubiũ, an sint legitimi, posse Episcopum dispensare cum aliquo ex illis, vt promoueatur etiam ad ordines sacros, &, vt possit obtinere beneficium curatum, & quod Episcopus in tali casu possit dispensare docent etiam Suarez tomo 5. de censuris. disput. 50. sect. 4. num. 4. Henriq. lib. 14. cap. 8. §. 16. in glossa litt. K. Auila de censuris par. 7. disp. 3. dubio 9.

Si dicas: Solus Papa potest dispẽsare cum illegitimis, vt ordines suscipiant, ergo Episcopus non potest dispensare cum exposito, vt ad ordines promoueatur. Respondent. Cũ sit opinio probabilis posse expositos suscipere ordines, *Episcopus* potest in hoc casu declarare, exposito sine peccato licere ascendere ad ordines, & obtinere beneficium curatum, cum sequatur opinionem, quã graues & docti viri sequuntur.

Qui cõtendũt expositos esse illegitimos sic argumentantur. Nati ex legitimo matrimonio non solent exponi, sed solum nati ex illicitis fornicationibus, & congressibus, quare Vgolinus de irregularitate cap. 44. §. 7. num. 1. ait se vidisse per multos annos, qui fuit curatus, solum exponi illegitimos. Respondeo sæpe multos expositos fuisse natos ex legitimo matrimonio, vt de Semiramide, Paride, Ciro, Oedipo testantur historiæ, & de Moise sacræ litteræ Exodi 2. & sæpe exponuntur legitimi, qui à parentibus ali non possunt, &, vt dictũ est, melius est plures recipere, etiãsi sint illegitimi, quã expellere aliquos innocentes, & vere legitimos.

Ar-

Argumentantur secundo. Res diiudicanda est à communiter accidentibus. l. siue possidentis, C. de probat. & docet etiam Glosa in l. neque natales. eodem tit. at communiter, qui exponuntur, sunt illegitimi. Respondeo illam regulam intelligi, quando non agitur de magno alterius præiudicio, at reputare aliquem esse illegitimum, est illi graue præiudicium quare in hoc casu à communiter accidentibus rẽ iudicare non debemus, præsertim cum altera regula habeat, in dubio sumendam esse coniecturã, quæ excludat delicti præsumptionem. & cum veritas non constat, in meliorem partem faciendam esse interpretationem.

5 Argumentantur tertio. Expositi censentur tanquam vulgo quæsiti, qui nullum certũ patrem habent. vt docent Baldus in l. vulgo. in prima lectura. ff. de statu homin. in princ. vers. in eadem glosa. Palæott. de nothis. cap. 63. num. 2. Puteus decis. 435. num. 2. lib. 1. at vulgo quæsiti sunt illegitimi, ergo expositi sunt illegitimi. Respondeo expositos assimilari quidem aliquo modo vulgo quæsitis, non tamen proprie esse tales, vt notat Stephanus Gratianus tomo 2. disceptationum forẽsium. cap. 267. num. 23.

6 Argumentantur quarto. In dubio tutior pars est eligenda, cap. ad audientiam. cap. significasti. 1. & 2. de homicidio. c. iuuenis. de sponsalibus. & tradunt Couarr. in Clement. si furiosus. initio num. 2. Syluest. verbo dubium. quæst. 2. & 4. & homicidium 3. q. 1. regul. 1. Armilla verb. dubitatio. num. 2. & 3. Angelus verb. dubium. num. 1. & 2. sed est dubium, an expositi sint illegitimi, & an ad ordines absque dispẽsatione posint promoueri, ergo expositi debent eligere tutiorem partem, & reputare se illegitimos, & non suscipere ordines absque dispensatione.

7 Respondeo. Nõ teneri nos semper eligere, & sequi tutiorẽ partem, sed satis esse, si sequamur opinionem tutam & probabilem, vt bene asserunt Antonin. 1. part. tit. 3. cap. 10. §. 10. vers. pro cuius enodatione. Sotus lib. 7. de iustitia. q. 3. art. 2. Henriq. lib. 14. de irregular. cap. 3. num. 4. in fin. & in glosa littera F. Suarez to-

mo 5. de censuris. disput. 40. sectione 5. num.14. & seqq. & sectio.6. num. 8. Nauarr. in c. si quis autem.de poenit. dist.7. num.34. vbi ait,quod quis debeat eligere tutiorem partem, esse consilium & non præceptum, vt etiam dicunt Syluest. verbo ieiunium.num. 27. Angles in floribus 1. par. vbi agit de ieiunio q.9. art.1. dubio 2.
8 conclus.3. Quare expositi possunt absque peccato sequi opinionem illorum doctorum, qui scribunt expositos esse censendos legitimos, & posse absque dispensatione suscipere ordines.
9 Deinde in dubio & pari causa melior est conditio possidentis, regula in pari. de regul. iur. in 6. quæ regula non solum est vera in materia iustitiæ, vt putant Azor tom.1. lib.2. cap.18. q.4. & cap. 19. q.10. & lib.11. cap.15. quæst. 2. Vasquez 1. 2. q.19. art. 6. disp.65. cap.3. num. 36. & disput.66. cap.1. Antonius Perez certamine 10.scholastico dub. 2. num.132. Salas 1. 2. q. 21. tract.8. disput. vnic. sect.17.n. 152. Maiol.de irregular. lib.5. cap. 51.nu.10. limitat.2. Sayr. lib.1. de censur. cap.16. num. 30. casu 1. & in claui regia lib.1. cap.13. num 36. sed etiã est vera in materia aliarum virtutum, vt bene sentiũt Suarez tom.5. de censuris. disput. 40. sectio. 5. num. 15. & sess.6. & tom.2. de religio. tractat. 4. lib.2. cap.33. num.2.& trac.6. de voto. lib.4. cap.5. num.7.& seqq. Sanchez lib.1. decalogi. cap.10. num.11. & lib.2. de matrim. disp. 41. num. 32. sed expositi possident libertatem naturalem suscipiẽdi ordines, ergo eorũ conditio est melior, ac proinde in hoc dubio de habilitate suscipiendi ordines possunt se reputare legitimos, & habiles.

10 Argumentantur quinto. In dubio non præsumitur quis legitimus ex Angelo in l. liberorum. ff. de his, qui notantur infamia. Iasone in l. nec professio. C. de testament. Alciato in reg. 3. de præsumptionibus. præsumpt. 1. num.12. ergo expositus, de quo est dubium, an sit legitimus, non debet præsumi, quod sit legitimus. Respondeo mihi magis probari sententiam illorum, qui scribunt in dubio iudicandum esse aliquem legitimum & naturalem.ita Vasquez 1. 2. disp. 66. cap. 8. num. 44. Angelus ver-

verbo filius. num. 16. Syluest. eodem verbo. q. 12. Couarr. 2. part. sponsal. cap. 8. §. 3. n. 8. Decius in cap. per tuas. de probationib. Sayrus in claui. lib. 1. cap. 13. num. 19. Azor tom. 1. lib. 2. cap. 19. q. 7. & constat ex l. filium. de ijs qui sunt sui, vel alieni. Primo, quia in dubijs præsumitur id, quod magis est honestum, & inter inhonesta, quod est minus in-
11 honestum. Secundo, quia cum iura partium sunt obscura, reo potius fauendum est quam actori. regula cum sunt. de regulis iuris in 6. & tradũt Boerius consil. 30. nu. 8. Ioannes de Amicis cons. 79. num. 7. & in dubio reus est absoluendus ex glosa in l. 168. & fauorabiliores sunt rei, quam actores. de reg. iuris, & pro reo regulariter præsumi solet, vt probat Cephalus volum. 2. cons. 172. num. 1. & actore non probante reus absoluitur. l. qui accusare. C. de edend. l. actor. C. de probat. l. in exception. ff. de probation. cap. accusator 6. quæst. vlt. cap. vnico. §. cum enim. Vt ecclesiastica benefic. cap. inter dilectos. ff. de fide instrument. cap. finali de iure iurand. & tutius est nocentem absoluere, quam innocentem condemnare. l. absentem. ff. de pœnis. & in dubio reus magis est absoluendus quam condemnandus. l. Arianus. ff. de action. & obligatio. cap. ex literis. de probatio. nam absolutio est fauorabilis, condemnatio vero odiosa dicta l. fauorabiliores, & fauores sunt ampliandi, odia vero restringenda. l. cum quidem. ff. de liber. & posthu. cap. odia, de regul. iuris in 6. ergo in casu nostro non est quis iudicandus potius illegitimus quã legitimus, nec potius spurius quam naturalis, sed in oppositũ est inclinãdũ.

Tertio. In dubio nemo est condemnandus, nam ipsa ratio naturalis dictat nullum esse condemnandum, nisi culpa fuerit probata, cum igitur non sit probatum filium esse illegitimum, nec hoc constet, ipsa ratio dictat non esse censendum illegitimũ, sed potius legitimum, nec esse censendum spuriũ, sed potius naturalem. Quarto. Quod filius sit illegitimus, non est iudicandum nisi ob culpam parentum, at quando talis culpa non constat, non debet filius iudicari, nec condemnari tanquam

quam illegitimus. Quinto. In dubijs sententia est ferenda in fauorem matrimonij, ergo in dubijs ferenda pariter est sententia in fauorem legitimitatis filiorum. Sexto. In dubio melior est conditio possidentis, vt probatum est, ergo quãdo quis censetur ab alijs legitimus, licet ipse dubitet, an sit legitimus, potest se iudicare legitimum, & cum alijs fratribus hæreditatem obtinere.

Si dicas. Cum sint alij filij legitimi, & de vno dubitatur, quod sit illegitimus, saltem non est integra portio ei assignanda vt alijs vere legitimis, sed solum aliqua pars. Respõdeo potius esse totam integrã portionem assignandam, cum nemo in dubio sit condemnãdus, & potius sit fauendum reo, quam actori. Quod si fratres legitimi possiderent iam portiones suas bona fide, & postea superueniret is, de quo dubitatur, an sit legitimus, & peteret etiam partem suam, tunc cum in dubio melior sit conditio possidentis, nihil esset dandum ei, qui dubitatur esse illegitimus, nisi probet se ex legitimo ortum esse matrimonio.

Si iterum dicas. In dubio melior est conditio possidentis, ergo cum filij vere legitimi debeant possidere portiones suas, si is, de quo dubitatur, an sit illegitimus, iudicaretur legitimus, filij vere *legitimi* damnum paterentur, nam cogerentur extrahere ex partibus suis aliquam partem, vt assignent ei, de quo dubitatur, an sit legitimus, & ita non esset melior conditio possidẽtis. Respondeo hanc regulam, quod in dubio melior sit conditio possidentis, tolli per aliã regulam, quæ pariter habetur in iure, nempe vt cum partium iura sunt obscura, potius faueatur reo, quã actori ex Sayro lib. 1. in claui. cap. 13. num. 19. qui etiam notat, illam regulam, quod in dubio tutior pars sit eligenda, tolli per aliã regulam in dubijs melior est conditio possidentis, quando igitur est dubium, an aliquis sit illegitimus vel legitimus, fauendum est illi, estque iudicandum, quod sit legitimus.

Dictæ rationes probant, quod cum de aliquo vere illegitimo dubitatur, an sit naturalis an potius spurius, debeat iudicari, quod sit naturalis, quam-

quamuis id esset cum detrimento aliorum filiorum, quia, vt dixi, in dubio fauendum potius est reo quam actori, & in dubio nemo est condemnandus, & potius iudicandus est aliquis melioris conditionis quam peioris, licet id sit cum detrimento aliorum filiorum. Hactenus de hac quæstione, illud tantum addam filios expositos esse ciues illius loci, in quo exponuntur, quare si aliquod legatum relinquatur pro maritandis puellis alicuius loci, vel priuilegium aliquod concedatur ciuibus, pueri expositi & similiter puellæ tali legato & priuilegio fruentur, vt asserunt Gar. Girond. tract. de priuileg. explicatio. num. 150.

SVMMARIVM.

1 *Parentes, qui filios exponunt dicuntur illos necare. æquiparãtur homicidis. pœna sanguinis afficiendi sunt. & puniendi sunt iudicis arbitrio.*

2 *Parentes exponentes filios amittunt patriam potestatem in eos.*

3 *Filius expositus si patrem occidit, nõ committit peccatũ parricidij.*

4 *Pater exponens filiam tenetur eam dotare.*

5 *Nemo ex delicto debet reportare commodum.*

6 *Pater graue delictum admittit exponendo filium.*

7 *Cum quis ob culpam suam aliquid amittit, non liberatur ab incommodis, pœnis, & oneribus.*

8 *Pœna lata contra parentes exponentes filios, comprehendit etiam eosdem, quando exponunt filios spurios.*

9 *De iure ciuili pater non tenetur alere spurium, de iure canonico tenetur alere.*

QVÆSTIO XLV.

Qua pœna puniuntur parentes exponentes filios.

1 DICO primo. Parentes, qui filios exponũt, dicuntur in iure filios necare, vt constat ex l. necare. ff. de liberis agnoscendis, vbi dicitur. Necare videtur non tantum is, qui partem præfocat, sed & is, qui abijcit, & qui alimoniam denegat, & is, qui publicis locis misericordiæ causa exponit, quam ipse non habet. Ioannes à Capistrano in speculo conscientiæ. num. 297. æquiparat parentes exponentes filios

lios homicidis. Azo in summa in titulo de infantibus expositis ait, expositos appellari filios sanguinolentos, nam ij, qui filios exponunt, pœna sanguinis puniendi sunt, & hac pœna huiusmodi parentes esse afficiendos, asserunt etiã Glossa in l. 2. C. de patribus, qui filios distraxerunt, & Gregorius Lopez l. 4. glos. 1. tit. 20. par. 4. alij vero dicunt tales parentes esse puniendos iudicis arbitrio, ita Menoch. de arbitrar. casu 396. num. 5. Vulpellus in concil. crimin. 94. num. 11. Riccius in praxi aurea resolut. 28. qui citat legem secundam. C. de infantibus expositis, & Glossam ibi verbo animaduersioni. Barbosa de officio Episcopi par. 3. allegat. 51. nu, 144. & talis est praxis.

2 Dico secundo. Parentes exponentes filios amittunt patriam potestatem in eos, vt constat ex cap. vnico de infantibus expositis. Ibi à potestate patris fuit liberatus, idem colligitur ex l. 2. C. de infantibus expositis, & affirmant Abbas in cap. 1. de infantibus. num. 1. Palæottus de nothis, & spurijs cap. 63. num. 6. Menoch. de arbitrar. casu 396. num. 11. Surdus de alimentis tit. 4. q. 18. num 51. & tit. 6. quæst. 18. num. 19. & tit. 8. priuileg. 63. num. 4. & priuil. 64. num. 2. & seq. Azor tom. 2. lib. 2. cap. 26. quæst. 1. Stephanus Gratianus tom. 2. cap. 267. num. 1. & 34. Bald. in l. 2. C. de infant. expositis. Pet. Gerar. singulari 2. num. 9. Ascan. Clemen. de patria potestate. cap. vlt. num. 96. quamuis aliqui velint patrem ob expositionem filij non perdere ius patriæ potestatis. ita Salicetus in l. finali C. de infantibus expositis. num. 3. asserens esse communem sententiam, idemque videtur sentire Glosa in l. patre. C. de nuptijs, cum ait legem secundam. C. de infantibus, ex qua doctores citati colligunt, parentes sic exponentes filios amittere patriam potestatem, procedere solum in seruis & libertis, qui exponuntur, non vero loqui de filijs pariter expositis, sed prior sententia est sequenda. amittit vero pater ius patriæ potestatis, siue pater ipse exponat filium, siue alius eo consentiente, vel ratum habente, vt patet ex cap. 1. de infantibus expositis, & asserunt ibi Ananias in princ. Abbas

bas num. 1. & 2. Gratian. in dicto cap. 267. num. 1. qui n.
5 3. ait, quod cum pater amiserit ius patriæ potestatis in expositum, si accidat, vt talis filius patrem occideret, hic non committat peccatum parricidij, vt etiam non committere sentiunt Menoch. de arbitrar. in additio. ad casum 356. num. 39. Decian. lib. 9. cap. 8. num. 9. & cap. 11. nu. 29. Petr. Sanct. singulari 2. num. 9. Plaz. in epit. delicto. cap. 22. nu. 27. in fine. Carrerius in §. homicidium. num. 143. Farinac. in praxi criminal. quæst. 120. numero 164.

4 Dico tertio. Licet cessante patria potestate, non teneatur pater dotare filiam l. finali. C. de dot. promiss. & docent Glos. in l. cum post. §. gener in verb. placuit. de iure dotium. Ascan. Clemen. in tractatu de patria potest. effectu 11. in princip. hoc tamen non procedit in patre exponente filiam, qui licet amittat patriam potestatem, non tamen eximitur ab onere dotandi filiam, cum solum hanc potestatem amittat quo ad ea, quæ sibi vtilia sunt, non vero quo ad ea, quæ onus & damnum afferunt. vt colligitur ex l. in actione. §. item qui in societatem. ff. pro socio. & l. si seruus plurium. §. 1. ff. de leg. nam pœna non debet esse causa præmij. l. siue hæreditaria. de negoc. gest. & l. si quis solidum. ff. de hæredit. instituend. & quod pater exponens filiam teneatur eam dotare, affirmant Surdus de alimentis. tit. 6. q. 18. nu. 19. Stephanus Gratian. tom. 2. discept. forens. cap. 267. nu. 38.
5 & probatur. quia nemo ex delicto debet reportare commodum. l. 2. §. nemo. de capit. diminut. nec enim odium debet alicui prodesse, vt notant Io. Andr. in cap. intelleximus. de iudic. Cardinal. in cap. Ioānes.
6 de testibus. at parens cum graue delictum admittat exponēdo filiam. cap. vnico de infantibus expos. Ibi relegato pietatis officio, & notant Azor to. 2. lib. 2. cap. 26. q. 2. Barbosa par. 3. de officio Episcopi allegatione 51. num. 157. si eximeretur ab onere dotandi filiam, ex suo delicto commodum reportaret. atque odium illi prodesset, & præmium cō-
7 sequeretur. Deinde cum quis ob culpam suam desinit esse hæ-

hæres, non propterea liberatur ab incommodis & oneribus, quibus sunt expositi hæredes. cap. intelleximus. de iudicijs. cum quis item ob suũ delictum fit exul, quãuis amittat iura suæ ciuitatis, ex qua relegatur, non propterea liberatur ab oneribus, quæ alij ciues debent sustinere, vt notãt Nellus de bannitis in prima par. 2. temporis, q. 5. qui citat Bartolum in q. 15. statuto Lucanæ ciuitatis, Baldus, & Doctores communiter in l. 1. C. de hæred. instituen. Cum quis item ob aliquod delictũ amittit nobilitatem, non propterea eximitur à pœnis, & ab oneribus, quæ alij nobiles debent perferre ex Bartolo in l. 1. C. de infantibus. lib. 10. & l. 1. C. de dignitate, lib. 2. num. 92. ergo etiam pater, quamuis ob delictum, quod admittit, exponendo filiã, amittat ius paternum in filiam, non propterea liberatur ab onere illam dotandi.

8 Dico quarto. Pœna lata contra parentes exponentes filios comprehendit etiam eosdem, quando exponunt filios spurios. ita Riccius in praxi aurea resolut. 28. num. 2. Si dicas cum Vulpello id negante consil. crimin. 94. num. 12.

9 & 13. De iure ciuili pater nõ tenetur alere spurium, vt patet ex §. finali in Authentic. quibus mod. nat. effic. sui. & Authentic. licet. C. de natural. liber. & Authentic. ex complexu. C. de incest. nupt. & notant Couar. in epito. de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 6. Cephalus consil. 48. nu. 10. & consil. 226. num. 29. ergo in hoc casu nõ loquitur lex necare. ff. de liberis agnoscendis. vbi legimus filium necare, qui illi alimenta non præbet, vel eum exponit in publicis locis. Respondeo primo. Iura ciuilia prohibentia, ne filijs spurijs præbeantur alimenta, esse intelligenda non de alimentis, sine quibus filij spurij vitam conseruare non possent, nam hæc de iure naturali tenentur parẽtes spurijs præstare, neque enim potestate humana potest tolli filijs etiam spurijs ius, quod habent, vt à parentibus debeant ali, vt notant Couarr. de sponsalib. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 3. Specul. tit. qui filij sint legitimi. S. 1. vers. sed pone. num. 12. & si ius ciuile aliud vellet, esset

aper-

aperte iniquum, sed intelligēda sunt, quando spurij aliunde sibi alimenta comparare possent, nempe vel proprio labore, vel industria, vel alijs modis, tunc enim parentes de iure ciuili non tenerentur eis alimenta præbere. vt notant Molina tom. 1. de iustit. disput. 168. in princip. Azor tom. 2. lib. 2. cap. 4. q. 7. Respondeo secundo. Hodie parentem teneri alimēta præbere filio spurio, vt docent Rolandus volum. 1. consil. 74. num. 39. & 47. volum. 1. consil. 26. num. 4. vbi ait esse communem sententiam, Decius consil. 312. num. 4. Bertazolus volum. 2. consil. crimin. 522. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 5. num. 12. Surdus tract. de alimentis. tit. 1. quæst. 10. num. 5. 6. & 7. vbi ait: Cum de iure canonico pater teneatur alere spurium, vt patet ex cap. cum haberet de eo, qui duxit in matrimon. quam polluit per adulterium, hæc dispositio est seruanda in vtroque foro tam canonico, quam ciuili, aitque esse communem opinionem, & ita seruari in praxi, & ius canonicum potest supplere ius ciuile æquitante cogente, vel persuadente, vt notat Iason in l. duo ex tribus. ff. de re iudic. n. 5.

SVMMARIVM.

1 *Ante bullam Pij V. census vitalitius personalis erat licitus.*

2 *Post bullam Pij V. census vitalitius personalis est licitus.*

3 *Consuetudo potest derogare legi positiuæ.*

4 *Exponere se periculo amittendi sortem principalem est iusta causa accipiendi aliquid vltra id, quod datur.*

5 *Contractus, qui potest interpretari in bonam partem, non debet interpretari in malam.*

6 *Omnis interpretatio fieri debet, vt excludatur vsura & iniustitia.*

7 *Ordinarie quilibet contractus est præsumendus iustus & verus.*

8 *Contractus, in quo æqualiter contrahentes exponunt se periculo lucri & damni, est licitus.*

9 *Contractus redditur licitus ratione incertitudinis vitæ, qui alias esset illicitus.*

10 *Census vitalitius personalis, si nō sit licitus ex parte census, erit licitus ex parte contractus innominati do, vt des.*

11 *Contrahentes volunt celebrare contractus omni meliori modo, quo possunt ad hoc, vt sint tuti in conscientia.*

QVÆ-

QVAESTIO XLVI.

An census vitalitius personalis post bullam Pij Quinti sit licitus.

1 DIco primo. Ante bullam Pij V. cēsus vitalitius personalis erat licitus, vt bene tradunt Arrag. 2. 2. q.78. art. 4. conclus. 3. & ibi Salon.art. 3. controu. 5. num. 6. Bannes artic. 4. de censibus. dub. 1. Lessius lib. 2. de iustitia. cap. 22. dub.4. num. 18. Felicianus de Solis. de censibus. tom. 1. lib. 1. cap. 8. num. 4. & tom. 2. lib. 1. cap. 8 num. 1. Couar. lib. 3. variar. cap. 7. nu. 5. vers. ego sane. Bonac. de contract. disp. 3. q. 4. punc. vnic. num. 3. Scaccia de commerc. §. 1. q. 1. num. 204. Andr. Gail. lib. 2. practic. obseruation. obseru. 7. num. 13. & alij plures. Solū potest esse difficultas, an post hanc bullam sit licitus, & quāuis Molina tom. 2. de contractibus disp. 388. vers. illud est. & disp. 389. in prima clausula bullæ Pij. vers. per hanc. putet censum vitalitium personalem esse nunc illicitum, quod etiā asserit Lessius de iustitia lib. 2. cap. 22. dub. 12. num. 78. scribens per Bullam Pij illicitos esse omnes census personales, & etiam mixtos, siue hypothecam habeant, siue non, quia obligatur implicite persona,

2 attamen mihi videtur esse probabilius, quod nunc etiam talis census sit licitus, & huius sententiæ sunt Lupus cōment. 2. de vsuris. §. 2. num. 83. Garzia de contract. c. 29. Roderic. in sum. lib. 1. cap. 44 num. 2. Lopez lib. 1. de contract. c. 55. conclus. 3. vbi ait post bullam Pij V. in multis locis celebrari censum vitalitium, & posse etiam celebrari in alijs locis, in quibus nondum fuit introducta consuetudo celebrādi hunc contractum. Salas de censibus dub. 5. num. 2. vers. tertio probatur. vbi ait Piū V. non agere. de censibus vitalitijs. Emanuel Sà verbo census. num. 3. Non prohibet, inquit, bulla emere certam pecuniæ summam ad vitam. id enim non est census, sed contractus. Do, vt des. solent quidem ad vitam emētis dari octo pro vno, possuntque pro tali pensio-

sione obligari omnia bona. & probatur hæc opinio.nam censsus, de quo loquimur, non videtur requirere rem, in qua constituatur, cum fundetur in periculo, cui vterque contrahentium se exponit, quare hic contractus censualis æquiparatur contractui sortium, cum vterque contrahens se exponat periculo lucri & damni, si nempe is, qui dedit pecuniã, diu vixerit, vel post paucos dies moriatur. ita Roderic. loco cit. Garzia tract. de contract. dicto cap. 29. non igitur Bulla Pij Quinti excludit cẽsum vitalitium personalem. Secundo. Si Bulla Pij excluderet, cum tamen sit consuetudo, vt celebrentur census vitalitij personales, adhuc poterunt celebrari, cum consuetudo posit derogare legi positiuæ, vt dicitur in cap. finali. de consuetudine, & docẽt ibi Abbas num. 24. & in cap. 2. de probation. num. 8. vbi Decius num. 68. in noua editione. Felin. num. 11. Aretin. nu. 34. Tabiena verb. consuetudo. q. 4. num. 5. Angelus eodem verbo num. 9. Armilla num. 4. Sylu. quæst. 6. Zauallos in quæstio. practic. quæst. 704. numer. 6. Rochus de Curte de consuetud. sectio. 7. num. 11. Duenn. regula 144. limitatio. 1. Ioan. Lupus in cap. per vestras. de donatio. inter vir. & vxor. notab. 2. in princip. num. 2. & 3. Anton. Gabriel. tom. 1. comm. lib. 3. ver. consuetudo. Brunor. in compendio litt. C. verb. cõsuetudo. Couarr. lib. 3. variar. cap. 13. num. 4. Anton. Gomez in l. si tauri. num. 26. in fine. Dominic. in cap. 1. de constitut. in 6. prope finem. & ibi Franch. num. 19. Petrus Rauenn. de cõsuetud. sect. 3. num. 11. & 16. Barbat. in cap. final. de consuetud. num. 81. Bald. Nouell. de dote part. 6. priuilegio 21. num. 19. Gutier. lib. 4. pract. q. 31. num. 12.

3

4 Præterea hanc sententiam videtur sequi Nauarrus in Commentario de vsuris quæst. 45. num. 128. cum ait, post bullam Pij V. licitum esse contractum, in quo homo donat alteri mille aureos irreuocabiliter cum pacto, vt donatarius se obliget ad dandum donatori centum singulis annis, dum viueret, ita quod post mortem eius nihil deberetur illi, nec eius hæredibus. nam talis donatio non videtur con

Bb ti-

tinere modum aliquem iniustum, tum quia exponere se periculo est iusta causa accipiendi aliquid vltra id, quod datur. l. 1. & 2. C. de naut. fœno. & tradit Decius cons. 123. & in casu nostro donator subijt periculum perdendi omnia mille, vel magnam partem illorum, quæ donat, nā si paucis, vel nullis annis vixerit, lōge minus quam donauit, vel nihil accipiet, tum quia hic cōtractus videtur esse contractus innominatus, do vt des. tum quia licitum est donare alteri cum pacto, quod si vixerit certos annos, reddatur ei duplū, & alioqui nihil. tum quia nō obstat extrauagans Pij Quinti, quia loquitur de censu constituto per viam emptionis, vel alterius contractus ei æquipollentis, at nos loquimur de cēsu constituto per viam donationis factæ sub modo, & ita non videtur ad ipsum extendi, cum quisque possit traditioni rei suæ modum imponere. l. in traditionibus. ff. de pactis. cap. verum. de conditio. apposit.

Hæc opinio videtur probari etiā Virginio de Boccacijs in tract. de societat. offic. nu. 36. vbi ait quosdam contractus esse licitos propter periculum vitæ, quod æstimabile est pecunia, quia si moritur definito tempore is, qui dedit pecuniam, alter, qui se obligauit ad dandam illi certam pensionem, lucratur sortem. & num. 196. ait. cum quis dat alteri scuta 100. vultque ea stare sub periculo vitæ ipsius dantis, ita quod si moreretur intra sex menses, lucraretur pecunias is, qui eas accepit, si vero vixerit, det ei sex aureos. hic contractus est licitus propter periculum vitæ, quod est pecunia æstimabile, sicut in ludo, & alijs fortuitis casibus fieri consueuit, quare cum is, qui dedit pecunias, submiserit se periculo perdendi totam sortem principalem, poterit licite percipere fructus. quod idem asserit n. 178.

Hæc opinio videtur etiam probari Ioanni de Salas in tractatu de censibus non solum dubio 5. supra allegato, sed etiam dubio 58. nu. 2. vbi putat esse licitum hunc contractum. Ex ciuitatis statuto Petrus, qui filiam habet vnius anni, centum dat ciuitati ea lege, vt si ad 15. annum ea per-

peruenerit, quingentos in dotem tribuat, quod si antea moriatur, ciuitas centum lucretur, quia hic non est mutuum, sed ludus fortunæ, & tam Petrus quã ciuitas æquali periculo se exponunt, ciuitas perdendi 500. pro 100. acceptis, quod est maius periculũ ex parte obiecti. Petrus vero se exponit periculo amittendi cẽtum spe quingentorũ, quod periculum est longe probabilius. licet minoris damni, & citat pro hac sentẽtia Tabienam verbo vsura 16. quæst. 10. qui licet primo videatur sentire hunc contractum esse vsurarium, postea tamen resoluit esse immunem ab vsura ratione periculi. citat etiam Syluestrum & Comitolum lib. 3. Responsor. moralium q. 25. n. 4. & 5. qui ait tutum esse ab huiusmodi contractu abstinere, sed si fiat, & celebretur, nõ esse condemnandum, cum eum nulla certa vel ratio, vel humana lex, vel communis cõsensio doctorum condemnet. sic etiam sentit Toletus lib. 5. cap. 34. in fine. vbi ait. si quis mutuaret alicui mille aureos hoc pacto, vt si intra decennium mortuus fuerit, vel dans, vel accipiens, sit accipientis, & hæredum, si vero vterque superstes fuerit, teneatur reddere mille & quingentos, in hoc modo contrahendi non interuenit vsura, cum hic non intercedat vere mutuum, sed est sors quædam, & dummodo seruetur æqualitas in sorte ex vtraque parte, non est malus contractus, neque vsurarius. Azor tom. 3. lib. 9. cap. 10. q. 1. vers. certi iuris est. scribit aliquos viros doctos sentire esse licitum hoc pactũ, quo Titius dat Caio centum ea conditione, vt si intra sex menses obierit, ea vt sua Caius retineat, ac proinde periculo suam pecuniam subijcit, & ratione periculi potest lucrum exigere. deinde perinde est, ac si Titius ludo suam pecuniam exponeret, in quo posset eam perdere, & posset item ex ea tantũdem lucrari. addit tamen Azor. Ego sane nunquam consilium darẽ, vt contractus hoc modo celebrentur, si tamen celebrati fuerint, haud facile secundum conscientiam condemnauerim, nec Caium, si lucratus est sortem principalem ob mortem Titij, qui pecunias dedit, cogerem ad restituen-

dum, nec Titium, qui ad sex menses lucrum accepit, ad red dendum illud, siue ad computandum in sortem, quia probabiles sunt Doctorũ opiniones in hac parte. citat Azor pro hac sententia Nauarrum consil. 29. de vsuris. num. 2. qui ait hunc contractum posse iustificari propter periculũ perdendi totam sortem, si moriatur is, qui dedit pecuniam. & quidem incertitudo, vel dubiũ perdendi facit aliquem cõtractum censeri iustum, qui alias non esset talis censendus. citat etiam Sotum lib. 6. de iustitia q. 6. art. 2. in fine. vbi ait, iustum apparere hunc contractum, nam periculũ illud, quod centum conferens subijt, vt si vita tunc fuerit defunctus, illud amittat, æstimabile est pecunia, atque adeo sicut in ludo, atque itidem in alijs fortuitis fieri consueuit, iuste videntur pro illo periculo centum aureorum recipi sex intra semestre.

Et probatur rationibus, hũc contractum non esse illicitum. In cap. in ciuitate. de vsuris. dicitur, eum, qui vendit res credita pecunia, posse pluris vendere, quã si venderet præsenti pecunia, si illas merces esset seruaturus vsque ad tempus futurum, in quo probabiliter creditur plus vel minus valituras, & hoc iustificatur propter dubium euentum maioris vel minoris pretij, ergo hic contractus, de quo loquimur, erit etiam licitus propter dubium euentum, & ob periculum, cui pecunia exponitur, nec in tali casu ratione mutui lucrum exigitur, sed ratione periculi, & incertitudo, & periculum amittendi aliquid facit, vt aliquis contractus sit licitus, qui alioqui esset illicitus. vt tradunt Nauar. Azor, Boccacius, & alij supra citati.

Secundo. Communiter doctores in cap. nauiganti. de vsuris. dicunt esse licitum con tractum hoc modo celebratũ. Tradit quis Collegio clericorum vel monasterio mille aureos, vel res tantidem valentes ea conditione, vt dum ipse vixerit. monasterium illi assignet tot aureos, vel fundum, ex quibus possit sustentari, si vero moriatur, illa mille lucretur Collegium, & dicunt hunc contractum esse licitum propter periculum, cui exponitur pecunia tradita, & non es-

esse contractum mutui, sed esse contractum innominatum, do vt des, ergo etiam erit licitus hic cõtractus noster propter periculum, cui exponitur pecunia, & ita ratione periculi poterit exigi lucrum. Tertio. Si non esset hic contractus licitus, id esset, quia ex mutuo lucrum exigeretur, at hic contractus licet nomine posset dici mutuum, at re vera non est mutuum, cum mutuum debeat in omnem euentum restitui, quamuis fortuito pereat. l. incendium. C. si certum petatur. at si Titius dans pecuniam moriatur, Caius, qui eam accepit, non tenetur illam reddere, sed poterit tuta conscientia retinere, ergo talis contractus non erit contractus mutui, & consequenter, nec erit vsurarius, cum vsura sit lucrum ex mutuo.

Quarto. Contractus ludi, in quo Titius ponit centum ea conditione, vt si intra decem annos moriatur, illa lucretur Caius, si vero vixerit ipse Titius, lucretur alia centũ, est licitus, cũ vterque exponatur periculo lucri & damni, & vterq; sit par, cum non magis vnus, quam alter possit lucrari, sed hic contractus, de quo loquimur, non est mutuũ, sed ludus quidam, & vt bene notat Toletus loco citato, mutuũ in hoc casu non interuenit, sed potius degenerat, & trãsit in contractum sortis, vt etiam asserit Tabiena verb. vsura 15. q. 10. ergo hic contractus est licitus.

Quinto. Cõtractus innominatus. Do, vt des, est licitus, quando vterque exponitur æque lucro & damno, sed cõtractus hic noster est innominatus, nam Titius dat centum cũ prædicta conditione, vt ea lucrifaciat Caius, si ipse Titius moriatur, sin minus alia centũ lucrifaciat Titius, ergo hic cõtractus erit licitus. Sexto. In Belgio est consuetudo, vt quis ab vno accipiat centum cum cõditione, vt si, visa Roma, post biennium Belgiũ redierit, reddat ducenta. si vero moriatur, illa centum nec ipse, nec eius hæredes teneantur reddere. quam cõsuetudinem approbat Nauarr. cons. 29. de vsuris. n. 4. propter dubium euentum, cum ambo sint in cõditione pares; & æqualiter exponantur periculo lucri & damni. ergo idem dicendum est de hoc cõtractu. & propter prædictam rationẽ

affirmat libitum esse contra-
ctum receptum in Gallia, vt si
quis det alteri cẽtum cũ pa-
cto, vt si intra certum tempus
vxorem duxerit, vel sacros or-
dines susceperit, illi restituat
ducenta, alias illa sibi lucretur,
& hoc propter incertitudinem
matrimonij & ordinis. Propter
eandem rationem licita est cõ-
suetudo alicubi recepta, vt pa-
ter det ciuitati ducentos vel
trecentos aureos cum pacto, vt
si filius impubes vltra septem
annos vixerit, reddat Ciuitas
singulis annis duodecim pro
centum, & prӕterea pecuniam
traditam, nempe illos ducẽtos
vel trecẽtos aureos, si vero in-
tra septennium moriatur, ciui-
tas totam illam pecuniam sibi
lucretur. & hoc redditur licitũ
propter periculum, quod ex v-
traque parte in hoc contractu
interuenit, & propter dubium
& incertum euentum. hoc mo-
do etiã putatur esse licita con-
suetudo recepta in Anglia. So-
let enim ibi fere totum patri-
monium dari primogenitis &
ad subueniẽdum alijs filijs vsu
receptum est, vt pater det pro
filio centum aureos Reipubli-
cӕ cum conditione, vt si filius
ad decimumquintum annum
peruenerit, teneatur Respu-
blica reddere trecentos, vel
quadringentos aureos, sin mi-
nus illos centum sibi lucretur
Respublica.
5 Septimo. Contractus, qui
potest interpretari in bonam
partem, non debet interpre-
tari in malam, vt dicit Baldus
lib. 3. cons. 210. & patet ex l.
si ea pactione. C. de vsuris. &
6 omnis interpretatio fieri de-
bet, vt excludatur vsura, & in-
iustitia ex Glosa in l. si fratres.
§. item si ex facto. versic. in
certa quantitate. ff. pro socio.
Baldo in l. rogasti. §. si tibi. ff. si
certum petatur. num. 19. & ibi
Decio num. 6. Socino iuniore
lib. 2. consil. 83. num. 3. Ale-
xandro lib. 2. consil. 200. num.
4. & fuit decisum in Rota vl-
tima Aprilis 1593. sed hic cõ-
tractus potest interpretari in
bonam partem, vt dicatur esse
contractus innominatus, Do,
vt des, ergo hic contractus ex
7 natura rei non est illicitus. &
fauet doctrina Bartoli consilio
65. num. 2. vers. his prӕmissis.
Parisij lib. 1. cons. 54. n. 6. Ay-
mon. cons. 145. n. 1. asserentiũ
ordinarie quemlibet contra-
ctum esse prӕsumendum iu-
stum & verum.

Octa-

Octauo. Qui dat centum, vt singulis annis recipiat ab altero decem vel duodecim, subijcit se periculo fortunæ, vnde si quid lucratur, est pretium periculi, nam si statim moriatur, qui dedit pecuniam, is, qui se obligauit ad dandum singulis annis decem vel duodecim, statim lucratur illa centum, ergo in hoc contractu nulla interuenit iniustitia.

Nono, qui soluit decem vel duodecim ei, qui dedit sibi centum, emit spem lucrandi centum duodecim traditis aureis, quod non videtur illicitum, nec ex parte dantis, nec
8 ex parte recipientis. Decimo. quādo contractus celebratur, in quo æqualiter cōtrahentes se exponunt periculo lucri & damni, talis contractus non est illicitus ex Baldo lib. 3. cōsil. 210. & patet ex l. si non fuerint. §. 1. ff. pro socio. sed in hoc contractu æqualiter contrahentes se exponunt periculo lucri & damni, ergo hic contractus non est illicitus.

Vndecimo. Cū hi & similes contractus celebrentur in Belgio, in Gallia, in Anglia, & in alijs multis prouincijs, immo alicubi sunt statuta, in quibus permittuntur, huiusmodi contractus ab omni iniustitia & vsura videntur esse liberi; nam, vt notat Oldrad. cons. 207. in fine, consuetudo vniuersalis est magnum argumentum, quod tales contractus non sint illici-
9 ti. Hoc, quod diximus, confirmari potest auctoritate multorum doctorū, qui vniuersaliter docent cōtractum reddi licitū ratione incertitudinis vitæ, qui alias esset illicitus, cū is, qui dat pecuniam alteri, exponat se periculo illam amittendi. & ita docent Baldus lib. 1. consil. 18. & lib. 4. cons. 427. Decius libro 1. consil. 123. Paulus de Castro consil. 19. Præsens dubium. Romanus consil. 302. Ego hunc contractum. & consil. 423. pro pleniori. In tertio dubio. Ioannes de Anania in cap. in ciuitate. de vsuris. pag. 4.

10 Dico secundo. Ex dictis sequitur censum vitalitiū personalem esse licitum, cum fundetur in periculo, cui vterque contrahentiū se exponit. quod si hic contractus non redditur licitus ex parte contractus censualis, reddetur licitus ex alio capite, nempe contractus innominati, Do, vt des, seu

contractus sortis, & fortunæ, & erit nomine contractus censualis personalis, cum tamen re vera sit contractus sortis & ludi, seu fortunæ. & cũ hic contractus posſit interpretari in bonam partem, non debet interpretari in malam, & omnis interpretatio fieri debet, vt

11 excludatur iniustitia, præsertim cum contrahentes velint celebrare contractus omni modo licito & honesto vel expresse, vel tacite, & si de hoc interrogarentur, ita responderent, quare quando contractus ex vno capite non est licitus, si ex alio capite sit licitus, absolute dicendum est, hunc contractum esse iustum, nec enim vt dicitur in l. 3. C. plus valere quod agitur & per totum titulum. ad verba contrahentium est attendendum, sed ad substantiam cõtractus, & voluntatem, & mentem contrahentium, qui volunt ex contractibus, quos celebrant, percipere lucrum omni meliori modo, quo possunt, & omni iusto titulo, & alij, cum quibus contrahunt, pariter volunt dare lucrum sub eodem titulo. vt hoc modo ambo sint tuti in conscientia.

Hac ratione Lessius lib. 2. de iustitia cap. 20. dubio 12. per totũ, & præsertim nu. 108. ait. Censetur quis implicite intendere iustum titulum in celebratione contractus, si ex vi præcedentis propositi, quo statuit in contrahendo exigere lucrum omni titulo, quo potest, sese applicet postea ad aliquem contractum in particulari celebrandum, tunc enim etiamsi actu id nõ cogitet, tamen implicite censetur velle ita contrahere, & re ipsa sic exequi, sicut ante proposuit. & num. 109. Censetur, inquit, implicite intendere iustum titulum, qui cupit iusto modo lucrari, & non aliter. hic enim intendit formaliter iustum titulum, & ita est affectus, vt si sciret titulum huius contractus non esse iustum, nollet contrahere. sed faceret alium contractum, vel statim iustum titulum inueniret, & deduceret in pactum, vnde videtur iste virtute intendere titulum omnem iustum, qui subest, neque se alligare ad vnam solam formam cõtractus. nam ita actu est dispositus, vt si rogaretur, quo titulo, quaue forma contractus velit lucrari,

ri, responderet, omni meliori modo, quo possum. Quam clausulam Notarij plerumque solent addere instrumentis, quia censetur ea esse mens contrahentium. Hoc animo viri iusti Deumque timentes solent contrahere, dum res est obscura. Iuxta hanc rationem excusari possunt multi, qui pecuniam apud homines industrios, vel mercatores deponere solent, hi enim non intendunt nisi licito modo hoc lucrum percipere, & si rogarentur, ex vi suæ consuetudinis & præsentis affectus id ipsum responderent, & quod dixi, est magis certum, quando contrahentes exprimunt se velle contrahere meliori modo, quo possunt. Idem Lessius eodem lib. 2. cap. 22. dubio. 10. numero 62. hoc modo, inquit, videntur posse excusari contractus quidam valde vsitati, quibus solet pecunia tradi mercatori vel alteri, vt det quinque pro centum, & quamuis contrahentes non cogitent expresse de contractu aliquo particulari, sub cuius iusto titulo posset exigi certum lucrum, tamen videntur implicite in illum consentire, dum is, qui pecuniam tradit, intendit hoc lucrum percipere omni modo, quo iuste id fieri potest, & alter intendit eo titulo, quo ille accipit, dare.

Hoc idem antea asseruit Valentia tom. 3. disp. 5. quæst. 25. puncto 2. colum. 1. vers. neque vero. vbi ait. licite posse à contrahentibus exigi lucrum in contractibus, non solũ quando contrahentes expressa intentione, disertisque verbis contractus quosdam ineunt, sed etiam quando eos celebrant intentione saltem implicita. vt si aliquis pecuniam dans ei, qui multum est lucraturus, putaret se iuste posse ab illo exigere quinque pro centum, quia vult contrahere eo modo, quo iuste posset fieri. & similiter si mercator protestaretur, se paratũ esse ad ineundum certum contractum licitum cum quouis, & aliquis non intelligens expresse rationem & naturam illius contractus vellet cum eo mercatore pacisci iuxta protestationem & intentionem illius. Et sane videtur implicita intentione contractus licitus ab ijs exerceri, qui cum intentionem vsurariam nõ habeant,

beant, dant pecuniam suam mercatoribus, & idcirco volunt modo, quo iuste fieri possit, habere ab illo quinque, saluo capitali, & lucro.

Hanc sententiam sequitur Nauarrus in summa cap. 17. num. 255. citatus à Valentia. vbi ait, non solum formaliter & explicite, sed etiam æquiualenter, & implicite posse celebrari contractus licitos. quare si quis negotiator publice protestaretur se paratum ad accipiendam pecuniam, à quocunque volente illi eam tradere, & inire cum illo iustum contractum, & postea alius sciens hanc protestationem traderet ei centum dicens. Ego do tibi centum, vt des mihi certum lucrum, illudque sit securum iuxta protestationem tuam.

SVMMARIVM.

1 *In Romana curia sunt aliqua officia, quæ vendi solent.*

2 *In Societatibus officiorum requiritur, vt vnus tantum sit officialis, cuius obitu officium vacet.*

3 *De Societatibus officiorum variæ sunt editæ cōstitutiones à Romanis Pontificibus.*

4 *Societas officiorum multis modis potest contrahi.*

5 *Quis nam lucretur pecuniam capitalem, quando præmoritur socius.*

6 *In societatibus officiorum hoc tempore seruatur constitutio Pij IV.*

7 *Societas potest constitui in officio alterius, & non eius, qui accipit pecuniam.*

8 *In contractu societatis non interuenit mutuum.*

9 *Societas debet necessario institui in aliquo officio.*

10 *Qui officium habet, non potest in eo plus pecuniæ accipere, quam illud valeat.*

11 *Societates possunt iniri vsque ad valorem officij non tamen vltra valorem.*

12 *Est consentaneum rectæ rationi, vt societas non possit iniri vltra valorem officij.*

13 *Census non potest collocari in re, quæ non reddit tot fructus, quot requiruntur ad soluendam pensionem censualem.*

14 *Ratione periculi, cui contrahentes se exponunt, lic tum est exigere aliquid vltra valorem officij.*

15 *Societates officij solum esse validas vsque ad valorem officij, & non vltra est decisum sæpe in Rota Romana.*

16 *In contractu societatis tenetur restituere pecuniam is, qui habet officium.*

17 *Licitum est aliquid exigere vltra sortem in mutuo, quando timetur periculum in recuperanda sorte.*

18 *Quod in societatibus debeat dari* cer-

certum lucrum pro singulis centenarijs condemnatur à doctoribus tanquam vsurarium.

19 *Officialis accipiens centum ad societatem post finitam societatem non tenetur quicquam soluere ei, qui dedit pecuniam. quamuis pecunia apud officialem remaneat.*

20 *Ex mutuo nihil potest exigi absq; vsura.*

21 *Quando quis per vsuram solet aliquid exigere non solum pœna pecuniaria est puniendus sed etiã pœna corporali.*

22 *Cum aliquid promittitur vltra sortem ob mensium vel annorum dinumerationem, est vsura.*

23 *Ad Iudicem pertinet definire, quod damnum patitur mutuans, vel creditor ex eo, quod illi non redditur pecunia.*

24 *Si in contractu fiat pactum, vt loco damnorũ vel interesse debeat dari aliquid alteri ob pecuniam traditam, est vsurarium.*

25 *Ad hoc, vt possit is, qui dedit pecuniam, exigere aliquid vltra sortem, debet coram Iudice probare lucrum vere illi cessare, & pati interesse.*

26 *Qui promisit se soluturum interesse, tenetur solum soluere verum interesse, & non fictum.*

27 *Quantum ordinarie possit exigi pro sorte principali.*

28 *Interesse non potest in principio celebrationis contractus taxari ex contrahentium conuentione.*

29 *Interesse ordinarie est valde incertum & variabile.*

30 *Statutum, quo præcipitur, vt matrimonio dissoluto per mortem viri, vxori viduæ soluatur certa quantitas pro singulis centenarijs, donec ei restituatur dos, est validum.*

31 *In foro externo & iudiciali interesse non debetur, nisi debitor fuerit interpellatus.*

32 *Interesse non debetur nisi ratione moræ. quæ non committitur nisi post interpellationem. Mora supponit dolum & culpam.*

33 *Interesse est pœna, quæ sine culpa non committitur.*

34 *Quando de aliquo contractu dubitatur, an sit licitus, si ex consuetudine reputatur licitus, talis consuetudo excusat contrahentes ab omni culpa.*

35 *Aliqui dicunt consuetudinem facere, vt contractus, qui alias est illicitus, non sit iudicandus talis.*

36 *Consuetudo potest facere de prohibito permissum.*

37 *Consuetudo potest facere de prohibito permissum, & è contra de permisso prohibitum.*

38 *Scientia, & tolerantia Principis arguit consensum, & voluntatem.*

39 *Consuetudo facit, vt contractus qui ex sua natura est illicitus, fiat licitus quo ad exemptionem à pœna, non tamen potest facere, vt sit licitus, & absque culpa.*

40 *Consuetudo sicut non excusat à culpa, ita nec excusat à restitutione vsurarum.*

Con-

41 *Consuetudo vim non habet contra ius naturale, & diuinum.*

42 *Consuetudo, statutum, & pactum in vsuris nihil operantur.*

43 *Creditor, si ob non restitutionem pecuniæ patitur damnum, potest pro interesse aliquid petere.*

DE SOCIETATIBVS officiorum.

QVAESTIO XLVII.

An societates officiorũ sint libera ab vsura, et ab omni iniustitia.

1 A Dissolutione præcedentis difficultatis pendet solutio huius quæstionis, in qua re.

Dico primo. In Romana curia sunt aliqua officia, quæ fructus ferũt, & redditus quosdã habent, & auctoritate summi Pontificis vendi solent, & si vnus non poteſt cõmode totum officium emere asciscit sibi socios, qui partem officijs emant, in vno tamen est officiũ, cum tamen pro rata socijs fructus distribuantur. sunt vero huiusmodi officia instituta ad commodam gubernationem Cancellariæ & Curiæ Romanæ, & quamuis officia omnia fructus pariant, non tamen fructus sunt æquales, aliqua enim officia reddunt singulis annis quinque vel 6. vel septem, alia octo, nouem, & 10. alia etiam duodecim pro centum, sunt etiam aliqua officia, quæ fructus afferunt, etiamsi non exerceantur, aliqua etiam fructus pariunt, & lucrum, quantus est labor exercentis illa officia quæ cum sint temporalia, licite vendi possunt. Camerariatus olim vendebatur 50. & 60. & nunc venditur 100. mille aureis. Clericatus 40. mille. Notariatus 10. mille. Secretariatus Apostolici octo mille. Venduntur item Equitatus S. Petri & S. Pauli.

2 Dico secundo. In societatibus officiorum requiritur, vt vnus tãtũ sit officialis, cuius obitu officiũ vacet, & huiusmodi officia emũtur interdum ad vitam propriam, aliquando ad vitam alterius, scilicet eius, qui

qui exercet. Multi enim ſunt, qui emunt officium, non vt illud exerceant per ſeipſos, ſed per ſuos miniſtros. & ita emũt officium ad vitam miniſtri, per quem officium exercent. sẽper tamen emitur officium ad vitam vnius, quem deſignauerit is, qui pecuniam tradit ei, qui officiũ habet, vel exercet. hinc fit, vt ſocietates officiorum interdum diſſoluantur per obitum officialis, vel per obitum miniſtri, ad cuius vitam officium eſt emptum, vel per venditionem officij, vel per illius reſignationem in manibus Datarij, vel per priuationem officij, vel per ſpontaneam, vt vocant, diſdictam factam ab altero ſocio poſt ſex mẽſes elapſos. formulam ſeu inſtrumentum ſocietatis officiorum refert Virginius de Boccacijs in tractatu ſocietatis officiorum in principio, & incipit. In nomine Domini &c. Per præſens.

3 Dico tertio. De ſocietatibus officiorum variæ editæ ſunt conſtitutiones à Romanis Pontificibus, eas refert Caſtracanius in tractatu de ſocietatibus officiorum ad finem. Et quidem Leo X. edidit conſtitutionem, quæ incipit. Ad perpetuam rei memoriam. Inter cæteras. & eſt ſexta in bullario. Aliã cõſtitutionem edidit Paulus Quartus, quæ incipit. Ad perpetuam rei memoriam. eſtque 12. in bullario. Tertiam edidit Pius Quartus, cuius initium eſt: Motu proprio & cæt. Cum ſicut accepimus, eſtque 150. in bullario inter conſtitutiones huius Põtificis: Iſtæ ſocietates ſunt licitæ, ſi celebrẽtur cum debitis & legitimis conditionibus, cum fundentur in officijs, quæ fructus ex ſua natura afferunt, & hæc officia ſunt bona ſummi Pontificis tanquam Principis. præterea ſocius pecunia data ad ſocietatem emit partem fructuum illius officij, & ſeruat conditiones, quas in ſocietatibus requirunt, & approbant Romani Pontifices, ſed licitum eſt emere fructus alicuius rei, ergo pariter erunt licitæ ſocietates officiorum.

4 Dico quarto. Societas officiorum tribus modis poteſt contrahi. Primo quidem cum officialis non poteſt totũ pretium ſoluere, & ita aſſumit ſocium, qui partem pretij ſoluat, & recipiat partem fructuum. Secundo poteſt celebrari, ſi poſt-

postquam fuerit officium emptum ab officiali, adiungantur illi alij socij, qui aliquam partem pretij iã soluti reddant officiali. Tertio modo celebratur societas ad partem officij non in vtilitatem, & commodũ officialis, sed alterius tertij. si enim verbi gratia Petrus pecunijs egeat, & propterea rogat habentem officium, vt pro illo centum aureos ad societatem accipiat, & inueniatur Paulus, qui vult dare centum ad societatem pro Petro, tunc contrahitur societas, & officialis recipit à Paulo socio centum aureos, quos mutuo dat Petro, qui rogauit officialem, vt ad societatem admitteret alium. In quo casu celebrantur duo contractus. vnus enim celebratur inter officialem & socium dantem pecuniam. Secundus contractus celebratur inter Petrum, pro quo accepta est pecunia, & officialem. Et Petrus recognoscit officialem pro se pecuniam accepisse, & obligat se, quod velit indemnem illum seruare, & pro hac obligatione dat etiam fideiussores. hoc autem est licitum, vt notat Toletus in summa lib. 5. cap. 40. num. 8. versic. tãdem quartum. nam licet officialis mutuet Petro indigenti pecunias, non tamen obligat ipsum Petrum ad soluendum duodecim pro centum ratione mutui, sed ratione damni & grauaminis, quod in suo officio patitur, & cum Petro accommodet officialis suũ officium, poterit officialis se indemnem seruare. nam sicut licitum est vendere suum agrũ vel domum, vt possit habere pecuniam, quam alteri mutuet, ita officialis poterit in totum, vel ex parte vendere fructus sui officij, vt amico ex pecunijs acceptis loco pretij subueniat. ita Montalcinus in summa c. 19. §. 8. n. 8.

5 Dico quinto. Quando celebrata est societas hoc tertio modo in gratiam scilicet tertiæ personæ, si præmoriatur socius, pecuniam principalem, seu capitalem non lucratur officialis, sed tertius ille. & ita seruatur in praxi, vt notat etiam Montalcinus in tractatu de societatibus officiorum §. 8. num. 4. nam inter officialem & illum tertium celebratus est contractus, vt duodecim pro centum soluat socio ille tertius, at qui sentit dam-

damnum, grauamen, & onus soluendi, debet etiam habere emolumentum & lucrum. Verum tamen est, officialem semper aliquid lucrari in celebratione cótractus, vt scribit etiã Montalcinus num.4. & 17. vbi addit illicitum esse officiali, dum celebrat, vel permittit nouas societates, exigere vnũ aureum pro centum.

Obijcies. Officialis illam pecuniam, quam accepit à socio, mutuat illi tertio, ergo tenetur illam hæredibus socij restituere. Respondeo. In hoc tractatu non reperiri mutuum, cum, vt dictum est, si socius præmoriatur, totam pecuniã ille tertius lucretur, sed interuenit quoddam accommodatum, quo officialis partem sui officij amico accommodat, qui amicus in locum officialis succcedit quoad lucrum, & damnum.

Obijcies secundo. Talis societas est constituta in officio Petri officialis, ergo ipse Petrus debet soluere. Respondeo esse quidem constitutam societatem in officio Petri, sed in gratiam & commodum illius tertij, cum igitur hic sentiat ex hac societate commodum, debet etiam sẽtire onus, præsertim cum si interim moriatur is, qui dedit pecuniam, illam sibi lucretur ille tertius, & non Petrus, qui illi suum officium accommodauit.

6 DICO sexto. Ad hoc, vt societas hæc officiorum sit licita, requiritur, ne pacta aliqua contra bonos mores in ea apponantur, &, vt re vera sit officium, in quo societas consistat, vt habetur in allegatis constitutionibus. & quamuis Leo X. & Paulus IV. requirãt, ne vlla pacta posSint apponi in hoc contractu, nisi coram Papa in Signatura proponantur, vel super eis supplicationes expediantur, & signentur manu Papæ, in quibus huiusmodi pacta exprimantur, quod si societates aliter fuerint celebratæ, essent nullius momenti, nihilominus tamen Pius IV. statuit, vt hæ societates essent validæ & licitæ, quamuis in Signatura non proponerentur, & hoc tẽpore ita fit, nec enim amplius supplicationes proponuntur in Signatura. & quãuis constitutio Pij IV. non inueniatur fuisse promulgata, tamen verisimile est, quod fuerit publicata, vt dictum est in Ro-

Rota in quadam causa, præsertim cum publice illa vẽdatur, & reperiatur descripta in registro Secretariæ Apostolicæ typis mandata ab Impressoribus Cameralibus, & iuxta hãc bullam Romæ societates officiorum constituuntur, & illa bulla nunc obseruatur, & secundum eam Iudices Rotæ Romanæ decidunt, an societates sint licitæ, an vero illicitæ; nam societates celebratas cum conditionibus prædictæ bullæ iudicant esse licitas, aliter vero celebratas dicunt esse illicitas. In bulla Pauli IV. prohibetur, ne societates possint celebrari super alia officia quam Romanæ curiæ, quod si celebrentur, damnãtur tales societates tanquam vsurariæ. putat tamen Toletus, libro 5. cap. 40. in princip. posse societates fieri etiã super officia Principum ex natura rei seclusa lege positiua.

7 Dico septimo. In dictis constitutionibus non prohibetur, vt non possit societas constitui in officio alterius, & non eius, qui accipit pecuniam, quare si dem tibi centum, & cum nullum habeas officium, rogas Petrum, vt suum officiũ tibi commodet, tunc societas constituitur in officio Petri in gratiam & commodum tuum, vt dictum est. tu vero obligas te mihi ad soluẽdum ad semestre sex, quod si intra hoc spatium decessero è vita, amitto centum, quæ tibi dedi, & tu illa tibi lucraris, quod si vixero ad sex menses, teneris mihi restituere centum, quæ tibi dedi, & dissoluitur societas, & quod hoc sit licitum, & non prohibitum in dictis constitutionibus probatur à Toleto in sum. dicto lib. 5. cap. 40. Montalcino cap. 19. §. 8. num. 8. nam talis societas contrahitur vere in officio, & constitutiones Pontificum Romanorum solum volunt, vt societas constituatur in aliquo officio, nec dicunt debere constitui in officio suo, & parum refert, si societas constituatur in aliquo officio siue suo, siue commodato accepto, sicut etiã census potest constitui vel in fundo suo, vel in fundo alieno, si dominus voluerit, & si interim moritur Petrus, cuius est officium, dissoluitur societas.

Obijcies cum Castracanio in tract. de societatibus officiorum cap. 5. vbi hanc societatẽ hoc modo initam videtur dãnare tanquam vsurariam, quãuis

uis ob consuetudinem Romanæ curiæ dicat posse liberari ab vsura ratione lucri cessantis, quia scilicet is, qui dat tibi pecuniam, destinauerat illam dare alteri, qui officium habebat. Nam ego do tibi centum cum pacto, vt ad semestre reddas mihi centum, & vltra sortē sex, ergo hæc societas est vsuraria, vel saltem magnā vsuræ similitudinem habet. immo nō tam est societas, quam merum mutuum.

8 Respondeo. In hoc contractu non intercedere mutuum, nam mutuum in omnem euentum est restituēdum, at si ego, qui dedi tibi pecuniam, intra sex menses decessero è vita, eā totam tibi lucraris, nec teneris meis hæredibus eam restituere, nōn igitur in hoc contractu reperitur mutuum. Præterea soluis sex ad semestre non ex pecunia mutuo accepta, sed quia à me eam pecuniam accepisti in societatem officij, quod tibi Petrus cōmodauit, quam pecuniam poteris tibi lucrari, si intra illud tempus ego, qui eam dedi, migrauero ex hac vita.

9 Dico octauo. Si Petrus det tibi, qui nullum officium habes nec proprium, nec commodatum centum cum pacto, vt si intra semestre ipse moriatur, tu illa centum lucreris, si vero superuixerit, tenearis illi reddere centum, & prætereа sex, talis contractus non est contractus societatis officij, cū societas debeat institui in aliquo officio, at tu nullum habes officium, nec etiam commodato acceptum. An vero hic modus contrahendi sit licitus, patet ex quæstione præcedenti, vbi late probauimus ratione periculi, cui vterque contrahens se exponit, hunc contractum esse immunem ab vsura, & ab omni iniustitia.

10 Dico nono. In prædicta bulla Pij Quarti habetur posse quidē tot societates iniri, quot officium valet, non tamen eū, qui habet officium, posse plures socios adsciscere, aut plus pecuniæ accipere, quam officium valeat. & præterea ibi statuitur, teneri eum, qui habet officium, si rogetur ab illo, cū quo societatem contrahit, exprimere, an aliquas alias societates inierit, quod si negauerit, vel occultauerit ex toto vel ex parte, eo ipso est priuatus officio, in quo societas

 est

est instituta, tenetur tamen satisfacere ei, à quo pecuniam accepit. quare vi huius conditionis, qui habet officium, quod valet mille aureis, non potest acipere in societatem
11 mille & ducentos aureos. hic notandum est in bulla Leonis Decimi requiri, vt saltem tertia pars officij sine grauamine remaneat. Immo Paulus IV. in constitutione, quam edidit de hac materia, prohibuit, ne societates inirentur vltra dimidium valorem officij. Verum hoc abrogatum est in allegata constitutione Pij Quarti, vbi dicitur posse iniri societates vsque ad valorem officij, non tamen vltra valorem. & hæc nũc obseruatur. Dicitur vero officium tanti valere, non quanti emptum est, sed quanti emptũ est, sed quanti vendi potest, cũ Societas contrahitur, merces enim tanti æstimantur, non quanti emptæ sunt, sed quanti æstimantur, cum venduntur l. pretia rerum.ff. ad legem Falcidiam.
12 Dico decimo. Hæc conditio est consentanea huic cõtractui. Nam sicut Societas est nulla, si non sit officium, in quo constituatur, ita pariter erit nulla ex ea parte, qua cõtrahitur vltra id, quod officiũ valet; nam quo ad eam partẽ non est officium. Secundo. Eo ipso quod officialis admittit socium ad officium, communicauit illi officium, & cum totũ officium sit illi communicatũ, & non supersit de illo aliquid, quod alteri possit communicari, non poterit officialis alios socios admittere ad illud offi-
13 ciũ. Tertio. Census nõ potest collocari in re, quæ nõ reddat tot fructus, quot requiruntur ad soluendam pensionem cẽsualem. vt bene asserunt Angelus vsura 1. n.78. Sylu.vsura 2. q. 12. Medina de rebus per vsuram acquisitis. q. 12. Nauar. comm.de vsuris. num.79. & 85. Azor tom.3. lib.10. c.6. q.1. Virginius de censibus par. 3. num.28. Molin. de contract. tom.2. disp. 389. clausula 1. vers. quatenus vero. Lopez libro 1. de contract. cap. 56. ad 3. & cap.60. vers.deinde cum. & vers.sequent. Laurent. de Rodulph. de vsur. par.2. q.12. num.46. Tolet. lib.5. cap.47. n. 1. Garzia de contract. cap. 28. num. 4. Gutier. lib. 2. practic. quæstion. cap. 177. ergo nec societas potest collocari in officio,

ficio; quod non reddat tot fructus, quot requirit societas in eo constituta. Quarto. Quia alioqui emptio esset ficta, cum emerentur fructus, qui nec in re, nec in potentia existerent, & tamen officialis, qui admittit socium ad officiũ, ideo admittit, vt illi communicet fructus, at in hoc casu non potest fructus cõmunicare, cũ officiũ non reddat tot fructus, qui possint socio cõmunicari, ergo in hoc contractu emptio fructuũ esset ficta. & cõsequenter societas constituta in tali officio esset ficta, ac proinde nulla.

14 Obijcies. Romæ est consuetudo, vt in officio constituatur societas vltra id, quod officiũ valet, ergo falsum est id, quod à nobis probatum est, alioqui enim innumeri Romæ essent in statu peccati mortalis, nec possent absolui, cum tamen passim isti absoluantur à confessarijs doctis, & timoratæ cõscientiæ. Respondeo hoc non posse fieri ex vi contractus societatis, posse tamen fieri ex vi cõtractus fortunæ & sortis, seu ludi, quatenus scilicet is, qui dat alteri pecuniã ad societatem officiorũ, dat cũ pacto, & cõditione, vt si intra sex menses moriatur, totam pecuniam lucretur is, qui eam accepit ad societatem, si vero superuiuat is, qui eam dedit, recipiat integram pecuniam, & præterea sex pro singulis centenarijs in fine semestris, & ratione huius periculi, cui vterque se exponit, licitus est hic modus contrahendi. qui enim dat pecuniam, potest lucrum & fructum percipere ob periculum, cui suam pecuniam exponit. quare non peccant officiales, si vltra valorem officij socios admittũt, aut non declarant officium esse grauatum vltra valorem, quia non admittunt socios ex vi contractus societatis, sic enim peccarent, sed admittũt ratione periculi, cui socius suam exponit pecuniam, quã amittit, si infra sex mẽses præmoriatur. Hic nota, quod quãdo officiales admittũt ad societatẽ vltra valorem officij, tunc officiales obligant se & omnia bona sua ad soluendam pẽsionem. verum ex vi contractus societatis aliqui putant non posse socios vti huiusmodi obligationibus, cum societas constituatur, & contrahatur in officio, & non in alijs bonis, ac proinde officiũ, & non alia bo-

na debēt manere obligata, poterūt tamen vti huiusmodi obligationibus rōne alterius contractus innominati, do vt des.

15 Obijcies secundo. Multi, qui de societatibus officiorum scripserunt, sentiunt has societates esse illicitas, & in illis percipi lucrum ex mutuo, & non tam esse societates quam mera mutua. & quidem ita videtur sentire Castracanius in tract. de societate officiorum. sic etiam sentit Montalcinus in summ. cap. 19. §. 8. de societat. num. 14. vbi dicit hūc contractum esse vsurarium, sic etiam Toletus in summ. lib. 5. cap. 40. num. 9. & 10. Virginius de societ. officiorum num. 102. & 126. & in Rota Romana sæpe fuit decisum societates officij solum esse validas vsque ad valorem officij, & nō vltra. & ita fuit dictū in causa Romana societatis de Ferris 6. Nouembris coram Seraphino. & in vna Romana societatis de Lucchinis 24. Ianuarij 1575. coram Cardinali Blanchetto. & in alia Romana societatis. 1. Iulij 1596. & in alia causa 1591. fuit item decisum huiusmodi societates esse inualidas, & restituendum esse lucrum ex huiusmodi societatibus acquisitum, cum huiusmodi societates prohibeantur in bulla Pij Quarti. Præterea consuetudo, quæ est Romæ, non suffragatur, nec enim consuetudo potest efficere, vt societates contractæ vltra valorem officij sint validæ, nam in Vrbe sæpe à Iudicibus Rotæ fuit decisum, vt dictū est, tales societates esse illicitas, & nunquam talis cōsuetudo in iudicio fuit approbata, & cōsuetudo nō potest facere, vt contractus ex sua natura illicitus & vsurarius, sit licitus & iustus.

Respondeo. In foro exteriori huiusmodi societates dānari, tum quia habent similitudinem vsuræ, tum quia vidētur factæ in fraudem legis, & constitutionū Pontificiarum. Respōdeo secūdo hunc modū contrahendi esse illicitum ex vi contractus societatis, esse vero licitum ex vi contractus sortis & fortunæ, cum vterque se exponat periculo lucri & damni, & talem contractū nominē tantum esse contractū societatis, at re vera est contractus ludi & fortunæ, & exigi aliquid vltra sortem ratione periculi, cui is, qui pecuniā

dat,

dat,illam exponit, nec in hoc cōtractu interuenit mutuum, cum dans pecuniam,si præmoriatur, illam amittat, eamque lucretur is,cui pecunia fuit data, & tamen mutuum in omnē euentum est restituendum, nō igitur in hoc contractu reperitur mutuum,nec etiam reperitur aliqua iniustitia, cum ex periculo,& non ex mutuo exigatur lucrum.

16 Dico vndecimo. In contractu societatis officiorum requiritur, vt teneatur restituere pecuniam is, qui habet officium, si superuixerit is, qui eā in societatem dedit, & prætera debet ad semestre soluere aliquod incremētum,quod est licitum,vt dixi,nā sicut, si intra sex menses decesserit is, qui pecuniam dedit,totam illā integram lucratur is, qui habet officium, ita cōgruum est, vt si superuixerit, teneatur integram pecuniam restituere officialis, & præterea soluere aliquam partem lucri.

Obijcies. Lucrum quod ex cōtractu societatis percipitur, est incertum,& dubium, ergo, non potest is,qui dat pecuniā, exigere certam partem lucri, cum hoc sit contra naturam contractus societatis. Respondeo. Pactum, quod teneatur officialis soluere certam partem lucri, non est contra naturam Societatis, sed præter naturā, at pacta, quæ sunt præter naturam contractus, non reddūt contractum illicitum. Respondeo secundo. Hunc contractū nomine tantum esse societatē, at re vera esse contractū innominatum, Do,vt des. quod si dicamus esse societatem, erit etiam hoc pactum licitum; cū tale pactum non sit,vt dixi,cōtra naturam societatis, sed solum præter naturā.quæ doctrina melius infra explicabitur.

Obijcies secundo. Si ex contractu societatis nihil lucri percipiatur, socij non possunt aliquid acquirere, ergo si is, qui habet officium, ex illo nullos fructus collegit nō poterit tūc aliquid lucrari is,qui dedit pecuniam ad societatē. Respondeo hunc contractū esse contractū innominatū, Do,vt des, & teneri soluere officialē aliquam partem lucri,etiamsi ex officio nullos fructus perceperit,vel etiamsi intra sex mēses officiū deposuerit,vel amiserit non quidem ex vi cōtractus societatis,sed ex vi pacti,ratione

cuius sicut tenetur dare in fine semestris sex pro centum sibi traditis, ita etiā poterit lucrari centum, si interim is, qui pecuniam dedit, diē suum obierit.

Obijcies tertio. Nō semper officiū in Romana curia reddit duodecim pro centum, sed interdū reddit nouem, vel octo, vel sex, ergo pactū, quod is, qui accipit ad sex menses centum, teneatur in fine semestris soluere sex tanquam fructū & lucrum certū, videtur illicitum. Respondeo posse ab eo, qui pecuniam dedit, exigi sex, & officialē illa dare ratione periculi, cui se exposuit, qui pecuniā dedit ad societatē, vt bene sentiunt Nauar. consi. 29. de vsuris ad primum. n. 4. Montalcin. in summa cap. 19. §. 8. de societ. offic. num. 6. nam si decesserit ex hac vita is, qui pecuniā dedit, vel alius, quem ipse designauit, & nominauit, totā illā pecuniam lucrabitur officialis, quare mirum esse non debet, si possit is, qui pecuniam dedit, exigere in fine semestris sex aureos, cū se exponat periculo amittendi centum, præsertim cum ea non possit repetere ante sex menses, & vt sæpe dictū est, dubium & periculum amittendi capitale facit, vt aliquis contractus sit iustus, qui alias esset iniustus. & sub hoc mo-
17 tiuo Lessius lib. 2. de iustit. c. 20. dub. 13. num. 111. Molina disp. 304. concl. 2. & disp. 356. Valentia tom. 3. disp. 5. q. 20. punc. 2. concl. 4. Angelus vsura. 1. n. 38. Sylu. vsura 2. q. 35. Petrus Nauarra de restit. lib. 3. c. 2. num. 110. & 343. Cordub. in summa q. 78. Medina C. de restitut. q. 38. §. ad tertiam causā: & in quarta causa. Roderic. in sum. 2. par. cap. 83. num. 3. Emanuel Sà verb. venditio. num. 3. Arag. 2. 2. q. 77 ar. 4. Salon 2. 2. q. 78. art. 2. controuersia 26. Gabriel in 4. d. 15. q. 11. ar. 1. 5. ad idem etiam. Couar. lib. 3. var. cap. 2. num. 5. Io. de Salas tract. de vsur. dub. 27. num. 3. dicunt licitum esse aliquid exigere vltra sortem in mutuo, quando scilicet timetur periculum in recuperanda sorte.

Respondeo secundo. Officia in Romana curia solere iuxta aliquos ordinarie reddere duodecim pro centum singulis annis, immo interdum aliquando plus solent reddere, (quod tamen mihi non constat) at fructus incerti & dubij possunt certo & determina-

tó

to pretio reddi, cum socius & officialis æque se exponant periculo lucri & damni, nam aliquando perdit officialis, aliquando socius, & aliquando lucratur vnus, aliquando alius, quare in hoc contractu, in quo vterque se exponit periculo lucri & damni, seruatur æqualitas.

Respondeo tertio. Si officium non reddit ordinarie duodecim pro centum, ex vi contractus societatis non potest is, qui dedit pecuniam, exigere duodecim pro cētum, cum exigeret pensionem maiorem, quam sit annuus redditus & fructus officij, vt asserit Angles in floribus in quæstione de contractu societatis dubio 4. & patet ex bullis Leonis Decimi, Pauli Quarti, & Pij Quarti. nam tunc esset ficta societas, & ficta emptio, & venditio. sed poterit illa duodecim exigere ratione alterius contractus innominati, Do vt des, seu ratione periculi, cui suam exponit pecuniam.

Obijcies quarto. Toletus in summa lib. 5. cap. 40. num. 4. ait, quod si officium non reddit duodecim pro centum, nō possit is, qui dedit pecuniam, exigere duodecim, additque contrariam consuetudinem esse mirabilem abusum, & hoc tempore raro officia reddere duodecim pro centum, nec isti excusantur, quatenus scilicet socius locat fructus suos officiali exigendo duodecim pro centum ratione illorum fructuum, quos posset percipere ex huiusmodi societate, nam hoc non excusat, vt propterea posit exigere duodecim, cum ordinarie vix officium reddat duodecim, sed nouem, & septem, & quinque. & cum fructus sperati sint incerti, non possunt locari tanto pretio, sed debent locari minori pretio. ergo sentit hic sapientissimus doctor, & in causis Romanæ curiæ diu versatus non posse eum, qui dat centum ad societatem, exigere ad finem anni duodecim. Respondeo non posse exigere duodecim pro cētum ex vi contractus societatis, sed ratione periculi, cui exponit suam pecuniam.

Obijcies quinto. Si esset licitus hic modus contrahendi, id esset, quia in ea celebraretur census ad vitā pro sex mensibus, nā officialis lucratur pecuniam acceptam, si intra sex

menses præmoriatur is, qui eã dedit, & census hic nõ constituitur super persona officialis, qui se & omnia bona sua obligat ad soluendam annuam pẽsionem, at hic modus contrahendi non potest iustificari ratione census, vt aduertunt Nauarrus consl. 29. de vsuris. n. 2. ad 1. Lopez lib. 1. de contract. cap. 66. in principio. tum quia in bulla Pij V. prohibetur, ne census constituatur super persona, tum quia pecunia census vitalitij repeti non potest, at qui dat pecuniam ad societatem, potest illam repetere post sex menses elapsos, ergo non potest in hoc contractu interuenire ratio & natura census vitalitij. Respondeo hunc modum contrahendi reddi licitũ ratione periculi, cui vterque contrahens se exponit.

18 Obijcies sexto. Quod in societatibus debeat dari certũ & determinatũ lucrũ pro singulis cẽtenarijs, cõdemnatur tãquam vsuræ similitudinẽ & effigiem habens à Decio consil. 116. num. 2. & consl. 322. col. finali n. 3. in fine. vers. & idem Alexand consl. 55. n. 7. lib. 6. Roman. consl. 320. col. 2. in fin. n. 8. Capic. decisl. 65. n. 11. ergo illicita est societas officij, in qua datur certum & determinatũ lucrum. Respondeo hoc esse speciale in societate officij. & quidem quando in societate sors principalis exponitur periculo eam amittendi ob incertitudinem vitæ, talis societas est licita, vt probatũ est, & aduertit Natta lib. 3. consl. 498. & præterea in ea potest exigi certum & determinatum lucrum, at in societate, de qua loquimur, pecunia tota exponitur periculo, nam si is, qui eam tradit, intra sex menses diem suũ obeat, illam lucratur is, qui habet officium.

Obijcies septimo. In hac societate officiorũ is, qui habet officium, & pecuniam ad societatem accepit, tenetur lucrũ certum anticipato soluere in principio scilicet semestris, hoc autem aperte est contra omnẽ rationem, cum lucra ex societate non debeantur nisi ea finita, non enim socij diuidunt inter se lucra, nisi compleatur, & perficiatur societas, præsertim quod si socius accipiat sex in principio semestris, non tã diceretur dedisse centum officiali, quam 94. & ita non poterit exigere lucrũ ex centum,

qua-

quare Toletus in sum. lib. 5. c. 40. in fine. solent, inquit, dare quingentos aureos pro societate, & statim accipere pro fructibus quinquaginta, vnde nõ dant vere nisi quadringentos quinquaginta. hoc autẽ nullo modo fieri potest. Respondeo id esse speciale in hoc contractu societatis, quamuis in alijs societatibus lucrum nõ debeatur nisi perfecta societate. Exigitur vero sic anticipate lucrũ non ex vi cõtractus societatis, sed ex vi cõtractus innominati, Do vt des. cũ is, qui dat pecuniam, ita accipiat sex pro centum datis in principio semestris, vt exponat se periculo amittẽdi illa centũ, si intra semestre ex hac vita decesserit.

19 Dico duodecimo. Qui habet officium, & accipit centum aureos ad societatẽ sui officij, post finitam & dissolutã societatem non tenetur quicquã soluere ei, qui dedit pecuniã, nec alter potest quicquã exigere, quãuis pecunia non fuerit reddita, sed adhuc remaneat penes officialem, quod si exigat, committet peccatum vsuræ. & ita fuit decisum in Rota corã Cardinali Lãcellotto 28. Aprilis 1570. & 10. Maij 1578. coram Cardinali Blanchetto. & 3. Iunij 1575. coram Cotta. & sæpe in alijs causis, & docent Sotus de iustit. lib. 6. q. 6. art. 2. ad finem. Montalcinus in sum. c. 19. §. 8. n. 10. & seqq. qui etiã dicit Pium V. ita declarasse. Bald. in l. cunctos populos n. 4. vers. itẽ ponitur. C. de sum. Trinit. & fide cathol. Lanfrancus decis. 355. Afflictus super constitut. lib. 1. rubrica 6. in const. incip. vsurariam. n. 14. vers. item si de pecunia. Dec. cons. 123. per totum. & cons. 116. nu. 1. & 2. Natta cons. 498, n. 14. lib. 3. Roman. cons. 520. nu. 1. 4. & sequentib. Primo quia pecunia, quæ fuit data ad societatem, nõ est, illa finita, amplius subiecta periculo, vt amittatur, ergo qui eam dedit, nihil poterit vltra sortem exigere, nã ideo poterat ante finitam societatem accipere duodecim pro singulis cẽtenarijs, quia pecunia tradita erat subiecta periculo, vt amitteretur, si is, qui eã dedisset, intra asignatũ tempus societatis diem suum obijsset. Secũdo. Cũ contrahitur societas officij, socius promittit, se restituturum pecuniã acceptã, quare dissoluta societate, non remanet pecunia apud socium, ni-

nisi tanquam mutuum,& contractus societatis cõmutatur in contrarium mutui, vt notat Dec.cons.123.col.2. vers.ista enim.& vers. potissima etiam.
20 At ex mutuo nihil potest exigi absque labe vsuræ. c.cõsuluit de vsuris. c. si fœneraueris. c. vsura.14. q.3. & l.rogasti. §. si tibi. ff.si cert. pet. si igitur qui dedit pecuniam,finita societate,exigeret ad rationẽ duodecim pro centum, vt exigebat tempore societatis, tenebitur, quod accepit,restituere.ita Decius cons.116. n.1. vers. & retenta ista conclusio. Clar.in §. Vsura.vers. itẽ tenetur.& patet ex c.1.& 2.& c.conquæstus.de vsuris.& puniendus est nõ solũ pœnis in iure canonico inflictis cõtra vsurarios, sed etiam pœna extraordinaria arbitrio Iudicis ob vsuras perceptas.ita Menoch.de arbitrar.casu 398. n.1. & seqq. decis.Pedemont. 137.per totam.& multo magis est puniendus, si in alijs etiam societatibus aliquod lucrum accepit, illis pariter dissolutis.
21 nam quando quis per vsuram solet aliquid exigere, non solum pœna pecuniaria est puniendus, sed etiam pœna corporali, vt tradunt Glos. in c.1. dist.5. de pœnit. Glos. in l.seruos. verb. sæpius. C.ad l.Iuliã. de reipub.Grãm.decis.16. Bartol.in l.1.n.2.C. de superexact. lib.10.& in l.si vnus. §. pactus ne peteret.n.26.ff. de pactis.
22 Tertio probatur. Cum aliquid promittitur vltra sortem ob mensiũ vel annorũ dinumerationẽ,est vsura, vt docet Bartol.in l.cũ stipulati sumus.in fi. ff.de verb.oblig.Bald.in l.cum allegas.nu.13.& 15.C.de vsur. Anch.cons.150.n.6.sed in hoc cõtractu solutio duodecim pro singulis cẽtenarijs promittitur vltra sortẽ iuxta mensiũ numerationem,ergo in hoc cõtractu reperitur vsura; & nisi hoc dicatur, aperietur ianua vsuris; nec hoc argumentũ potest fieri cõtra eũ qui tẽpore societatis exigit duodecim pro centũ, nã cum tũc pecunia sit exposita periculo, ne amittatur,rõne huius periculi,qui dedit centũ, poterit tuta cõsciẽtia exigere 12.vltra sortem principalẽ, at dissoluta societate,pecunia nulli periculo est exposita, quare qui aliquid vltra capitale exigeret, non posset excusari ab vsura.

Obijcies. Finita societate is, qui dedit pecuniam illam

non

non recuperat, ergo ratione interesse & damnorum, quæ patitur, poterit lucrum exigere. Respondeo cum finita societate, pecunia nulli periculo sit exposita, est contra omnem rationem, vt qui nondum recuperauit pecuniam, possit exigere duodecim pro singulis cẽtenarijs, & tamen societates, officiorũ sunt licitæ eo modo, quo nunc fiunt, solum ob periculum, cui exponitur pecunia.

23 Respõdeo secũdo. Hunc, qui sic lucrũ exigit in foro exteriori, de quo nunc loquimur, esse puniendũ tãquam vsurarium, nã quod patiatur aliquod dãnum ex eo, quod non redditur illi pecunia, probandũ est corã Iudice, ad quem pertinebit definire, quod damnum alter patitur, nam à contrahentibus id non potest taxari sine similitudine & effigie vsuræ, vt docent Decius cons. 116. col. 2. vers. circa secũdum dubium. Aymo consil. 189. n. 8. Natta cõs. 490. per totum lib. 3. Baldus in l. Rogasti. §. si tibi. col. 2. vers. quid ergo si mutuo. ff. si certum petatur, & in l. cunctos populos. col. 4 vers. deinde porro.

24 C. de summ. Trinit. Quare si in societatis instrumento fieret pactum, vt loco damnorum, vel interesse debeant dari ei, qui pecuniam dedit, duodecim pro singulis centenarijs finita societate, illicitum & vsurariũ est, quod etiam notant Decius cons. 119. per totum. Bald. in dicta l. cunctos populos. num. 4. vers. item ponitur. C. de sum. Trinit. Lanfranc. decis. 355. Cinus in l. 1. C. de sentent. quæ pro eo, & ibi Bartol. num. 16. Rebuff. in l. 1. C. de summ. Trinit. num. 34. qui dicit ita fuisse iudicatum in Senatu. Nauar. consil. 25. de vsuris. num. 25. quamuis in foro interiori possit exigere verum interesse, quod patitur, siue damni emergentis siue lucri cessantis.

Præterea. Cũ fuit celebratus contractus, interesse tunc non erat, ergo non poterat tunc in instrumento certum interesse taxari, at si fieret pactum, vt finita societate, darentur duodecim pro singulis centenarijs, taxaretur certum & determinatum interesse, quod vero interesse nondum existens taxari non possit, asserit etiam Anchar. cons. 150. nu.

25 6. quare ad hoc, vt possit is, qui dedit pecuniam, exigere duodecim pro centum, debet

co-

coram Iudice probare, huiusmodi lucrum vere illi cessare, & pati hoc damnum & interesse, vt affirmant Decius cons. 119. Alexand. lib. 4. cons. 27. n. 11. Cagnol. in repetit. l. curabit. C. de action. empt. col. 6. Puteus lib. 1. decis. 232. Mohedanus decis. 208. quod si non constet, eum, qui dedit pecuniam, pati aliquod interesse, non poterit hic ob tale pactum in instrumẽto appositum aliquid exigere finita societate, & multo minus poterit exigere duodecim
26 pro centum, & quamuis ille, qui habet officium, promiserit in instrumento, se soluturum interesse, hoc intelligitur de vero & reali interesse, & non de ficto. vt afferunt Decius cõs. 539. n. 10. Ambros. de Vignat. in repetit. c. salubriter. de vsuris. n. 49. vers. sed in contrariũ, & n. 256. Socinus cons. 253. nu. 12. poterit tamen exigere illud interesse, quod reuera patitur, ita Socinus vol. 2. cons. 253. col. finali. Cinus in l. seruus ea lege. ff. de seruis exportãdis. & patet ex l. socium qui. in princ.
27 ff. pro socio, & quidem quod finita societate nõ possint exigi duodecim pro centum, afferit etiam Parisius vol. 1. cons. 34. nu. 37. & seqq. ibi enim scribit non posse taxari nec etiam decem, si interesse non esset tantum, immo dare decem pro centum ordinarie excedere valorem damnorum & interesse, & Federicus de Senis cõsilio finali scribit nec etiam posse exigi ad rationem quinque pro centum, si vere is, qui dedit pecuniam, non patitur tale damnum, quod etiam tradunt Alexand. cons. 27. numero 9. vol. 4. Ambros. de Vignat. in dicto cap. salubriter. de vsuris. Decius etiam cons. 39. numero 5. ait esse illicitum, & vsurarium non solum exigere duodecim pro cẽtenario, sed etiam septem, & Puteus lib. 1. decis. 71. & 107. scribit esse per dominos Rotæ Romanæ resolutũ legatũ quinque pro centenario loco fructuũ & interesse, donec sors debita solueretur, esse vsurarium.

Obijcies secundo. Sæpe ipsi debitores post finitã societatẽ antequam pecuniã restituant, solent etiã dare sex pro singulis centenarijs vsque ad semestre, ergo is, qui pecuniam dedit, poterit illud lucrum retinere, & cum pecuniam suam non receperit, non est priuandus

dus

dus fructu. Responsteo. Hoc non efficere; vt non sit vsura accipere sex pro singulis centenarijs, vt obseruant Romanus consi.520. num.9. & seqq. Natta lib.3. consi.400. num.6. nec enim contrahentes possũt efficere, vt aliquis contractus non sit vsurarius, si ex natura sua fuerit talis. & cum pecunia sit sterilis, nec fructus parere possit. l. vsus pecuniæ. ff. de verbor. signific. qui pecuniam iam datam nondum recepit ab officiali, non debet dici, quod priuetur fructibus, cum pecunia nullos pariat fructus. & recipientes finita societate aliquid vltra sortem principalem, possunt condemnari tanquam vsurarij in foro exteriori, quamuis dicant se illud auctuarium recipere ratione damnorum & interesse ex Bartolo in l. si forte. num. 5. vers. & per hoc dico. ff. de castren. pecul. & deberent præsumi; quod exerceant vsuram mentalem sub titulo & nomine damnorum, quæ dicunt se pati, & consequenter deberet puniri grauioribus pœnis. Multi enim asserunt eos, qui exercent vsuram mentalem, esse grauioribus pœnis afficiendos, quam qui vsuram formalem exercent, ita Natta lib.6. consil. 498. num.6. & seqq. lib.6. & alij, & colligitur ex l. contra legem. & l. seq. ff. de legibus, vbi dicitur magis esse in dolo is, qui aliquid facit in fraudem legis, quam qui expresse facit contra legem, & quo dolus magis latet, & magis est callidus, eo magis debet puniri. l. 2. §. penult. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. & vt docet Bald. consi.9. col.3. lib.1. ficta æquitas duplex est iniquitas; cum igitur in casu nostro is, qui dedit pecuniam, velit, finita societate, sub titulo damnorum, & interesse exercere vsuram mentalem, grauiter debet à Iudicibus puniri, & condemnandus est tanquã vsurarius.

Obijcies tertio. Qui est causa, vt alius patiatur interesse, debet illud soluere, sed qui accepit pecuniam, est causa, vt is, qui eam dedit, patiatur interesse, si illi, finita societate, non restituatur pecunia, ergo tenetur illud soluere, & consequenter qui dedit pecuniam, poterit licite exigere duodecim pro singulis centenarijs? Respondeo teneri quidem debi-

bitorem soluere interesse, at
28 cum interesse non possit in principio celebrationis cōtractus taxari ex contrahentium conuentione ex Baldo in l. Rogasti. §.si tibi. ff.si cert. petat. Anchar. cons. 150. Alexand. cons. 221.num.10. lib.2.Decio cons. 119.& cons. 111.colum. 2. versic. non obstat. & cons. 116.num.3.vers.3. ista conclusio, propterea non potest in instrumento poni hæc conditio, vt quandiu is, qui pecuniam accepit, illam non restituerit, teneatur soluere duodecim pro centum etiam finita societate, nam alioqui facile aperiretur ianua vsuris, si contrahentes possent inter se conuenire de certo interesse.

Obijcies quarto, qui dedit pecuniam ad societatem, vere patitur interesse, si soluta societate illam non recuperat, ergo poterit illud exigere, nec vllam meretur pœnam. Respondeo posse exigere, at illicitum est in celebratione contractus ex partium conuentione certum & determinatum interesse constituere, cum in-
29 teresse sit, ordinarie loquendo valde incertum & variabile, vt dictum est, & asserunt etiam Roman. cons. 520. nu. 8. Capicius decisio. 65. nu. 10. Alexand. cons. 27. numero 9. vol. 4. Gorus in addition. in l. seruus ea lege. ff. de ser. expon. Ambros. à Vignat. in tractatu de vsur. §.1. num. 52. & in repetit. cap. salubriter. num. 46. qui dicit hanc opinionem teneri pro Euangelio, & num. 256.& in iure sæpe prohibetur, ne in contractibus certum taxetur interesse ob periculum
30 vsuræ, quapropter aliqui opinantur non valere statutum, quo præcipitur, vt matrimonio soluto soluatur vxori viduæ certa quātitas pro singulis cētenarijs, donec ei fuerit dos restituta, & ita opinantur Capicius decis. 67. num. 11. Crot. in l. omnes populi. num. 51. vers. 19. conclus. ff. de iustit. & iur. quamuis hoc statutum valere dicant. Couar. lib. 3. variar. cap. 1. num. 3. vers. septimo, & vers. seq. Cardinalis in Clemen. 1. de vsuris quæst. 6. Rocch. Curt. in cap. finali de consuetud. q. 1. nu. 19. Afflict. decisio 284. num. 1. & seq. Alexand. in l. diuortio. in princ. col. 3. ff. solut. matrim. Cynus in l. vnica. §. exact. C. de rei vxor. actio. Bald. in Auth. ei qui iurat. C. de bo-

bonis auth. iudic. possid. & in l. finali in fine. C. de petitio. hæred. Ioseph. Ludouic. in decisio. Lucensi 21. n. 34 & sequ. part. 1. & Romæ est statutum cap. 137. lib. 1. vt viro ex eo, quod illi non fuit soluta dos, & viduæ ex eo, quod illi non fuit restituta dos, debeant dari fructus ad rationem septem cum dimidio pro centenario; quod statutum est validum & iustum, cum à Papa sit confirmatum.

Respondeo secundo. Quamuis qui dedit pecuniam, dissoluta societate, patiatur interesse, si pecunia illi non restituatur, non tamen poterit exigere duodecim pro centum, cum enim pecunia non sit amplius exposita periculo, exigere duodecim pro centum, est
31 nimis graue auctuarium. Adde, quod in foro externo & iudiciali interesse non debetur, nisi debitor fuerit interpellatus, vt sentiunt Bartol. in l. ita stipulatus. num. 54. ff. de verb. obligation. Aretin. cons. 72. col. finali vers. ad octauum. Ruinus cons. 55. nu. 4. & seqq. & num. 11. vol. 2. & cons. 33. num. 7. vol. 3. Aymo cons. 89. n. 4. vol. 1. & quando in instrumento apponitur pactum, vt soluta societate teneatur debitor interesse, intelligitur, si fiat interpellatio, alioqui nõ tenetur illud soluere, vt dicit Decius cons. 2. vers. sed tamen iis non obstantibus, & num. 3. vers. cum ergo, vbi scribit, esse communẽ opinionem. Præ-
32 terea interesse nõ debetur nisi ratione moræ ex Decio consil. 119. num. 3. in fine, & patet ex l. lecta. ff. si cert. petat. & l. socium. ff. pro socio, at mora non committitur nisi post interpellationem, vt docent communiter doctores in l. si ex lege. ff. de verb. obligatio. & patet ex l. nulla. ff. de regul. iuris. Item mora supponit dolum & culpam ex Bartol. in l. quod te. ff. si cer. petat. at debitor non est in culpa, si non
33 fuerit interpellatus. item interesse est pœna l. qui sine. ff. de negoc. gest. & l. lecta. ff. si certum petat. sed pœna sine culpa & dolo non committitur. l. sancimus. C. de pœnis. ergo debitor sine interpellatione præmissa nõ tenetur soluere interesse, cum nullam contraxerit culpam, nec fuerit in dolo.

Obijcies quinto. In instrumen-

mento apponitur, quod, finita societate, loco damnorum & interesse debeant solui fructus ei, qui pecuniam dedit ad societatem, at in contractibus & in instrumentis cum dies apponitur talis dies interpellat pro creditore, ergo non requiritur aliquid aliud.

Respondeo primo. Non debere poni hanc conditionem, quia, finita societate, pecunia remanet apud debitorem tanquam mutuum, ex quo non potest aliquid vltra sortem exigi. Secundo, Illa doctrina non est vniuersaliter vera, nã quando dies est incerta, tunc debet haberi pro conditione, euentus vero conditionis non facit, vt aliquis sit in mora; vt docent Decius consil. 2. Bart. in l. ita stipulatus. nu. 50. ff. de verb. oblig. & in l. quod te. in 2. lect. col. 4. in vltim. verbis. ff. si certum pet.

Obijcies sexto. Quando fuit celebratus contractus societatis, fuit appositum pactum, quod, finita societate, deberẽtur fructus ad rationem duodecim pro centum loco damnorum, & interesse, & qui pecuniam accepit, promisit se illa soluturum, ergo tenebitur illa soluere, & alter poterit exigere. alioqui non obseruando promissionem grauiter peccabit. Respondeo tale pactũ in iure reprobari, vt dictũ est, cum præsumatur esse factum in fraudem vsuræ. deinde non valet hæc consequentia. promisi tibi dare duodecim pro centum pro interesse, ergo vera poteris illa exigere, ac si tale interesse patereris. vt bene notant Bald. in l. rogasti. §. si tibi. colum. 2. versic. quid ergo. ff. si certum petat. Decius consl. 119. colum. 4. num. 3. versic. sexto ad hoc bene facit. & consl. 183. num. 3. Cagnol. in l. curabit. C. de action. empt. n. 54. & seqq. & in l. vnic. nu. 49. & seqq. C. de senten. quæ pro eo quod. Purpurat. in l. rogasti. §. si tibi. num. 39. & seqq. ff. si certum pet.

Obijcies septimo. Si ei, qui dedit pecuniam ad societatẽ, restitueretur, finita societate, pecunia, emeret merces, vel annuos census, vel pariter illam traderet ad societatem officij, ergo tenetur hoc interesse soluere is, qui eam accepit ad societatem, & non restituit, illa finita. Respondeo. In foro exteriori, ad hoc vt possit exi-

exigere interesse, deberet probare creditor, quod ob defectũ pecuniæ, quam non potuit à debitore recuperare, merces, vel census non emerit, vel ad societatẽ non dederit, & quod tantundem fuisset lucratus. ita fuit sæpe decisum in Rota, vt referunt Mohedan. decis. 182. & 203. & 205. Put. decis. 3. de vsuris. & lib. 2. suarum annotationum. num. 176. sic etiam Afflictus decis. 20. quamuis in foro interiori possit aliquid accipere ratione lucri cessãtis, requiritur tamen, vt lucrum re uera illi cesset, quia scilicet capitalem pecuniam erat alteri daturus ad negociandum; & quod tantum accipiat, quantũ est lucrum, quod illi cessat, deductis periculis, expensis, laboribus, &c.

Obijcies octauo. In instrumentis societatis per centum & viginti annos semper solitũ est apponi pactum, vt, dissoluta societate, soluerentur fructus ad rationẽ duodecim pro centenario loco damnorum, & interesse: & aliqui dicunt huiusmodi pactum fuisse semper obseruatum in curia: Ergo non videtur esse illicitum, finita societate, exigere duodecim pro

34 centum. Item multi doctores scribunt, quod si de aliquo cõtractu dubitetur, an sit vsurarius, si ex consuetudine reputetur licitus, talis consuetudo excuset contrahentes ab iniustitia, & ab omni culpa, vt Bartol. in l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de edilitio edicto. Bald. in l. vnic. colum. 7. vers. & hoc facit ad quæstio-
35 nem. C. de his quæ. Immò aliqui dicunt, consuetudinem facere, vt contractus, qui alias esset illicitus & vsurarius, non sit iudicandus talis. ita Bartol. loc. cit. Bertachin. in tract. de Episcopis. lib. 3. par. 1. quæst. 41 versic. quæ consuetudo. Verol nens. de simulat. contract. q. 5. colum. vlt. Bald. in l. per diuersas. num. 2. in fine. C. manda-ti. Alexand. lib. 3. cons. 39. n. 2.
36 vt etiam videntur sentire ij qui scribunt consuetudinem posse facere de prohibito per-
37 missum, & è contra de permisso prohibitum. Oldrad. consil. 105. Crauetta cons. 8. num. 6. Serader. in tract. de feud. p. 10. sect. 9. num. 233. Item contractus societatis cum hoc pacto videntur fuisse approbati à Romanis Pontificibus, qui sciebant illos celebrari cum hoc

pacto, & tolerabant, quod argumento est iudicasse, eos fuisse licitos, & ab omni iniustitia
38 immunes. Nam scientia & tolerantia Principis arguit cōsensum & voluntatem. Glos. in cap. si aliquando. de senten. excomm. Cassadorus decis. 5. num. 2. de constitut.

Item Paulus IV. anno 1555. edidit bullam de societatibus principaliter, vt tolleret pacta illicita, quæ in societatum instrumentis apponebantur, & tamen hoc pactum nō sustulit, sed illud expresse, & de certa scientia approbauit, vt patet ex supplicationibus plurimis illi datis, quibus huiusmodi pactum apponebatur, & ipse tale pactum approbauit, & supplicationes cum tali pacto expediuit. & alij Pontifices pariter expedierunt, & signarunt supplicationes plurimas immo innumeras cum inclusione huius pacti, quod scilicet finita societate soluerētur fructus loco damnorum & interesse.

Præterea constat in Romana curia esse infinita registra, quibus præcipitur, vt executioni mādentur huiusmodi pacta, &, vt finita societate soluantur fructus loco damnorū & interesse. Quis igitur audebit dicere esse illicitas huiusmodi societates approbatas à tot summis Pontificibus.

39 Respondeo. Licet consuetudo faciat, vt contractus, qui ex sua natura est illicitus & vsurarius, fiat licitus quo ad exemptionem à pœna, non tamen facit, vt fiat licitus quo ad exemptionem à culpa. vbi enim est consuetudo celebrandi contractus vsurarios, non puniuntur in eo loco, qui illos exercent, nō tamen propterea excusantur à culpa, nec faciunt cōtractus alias illicitos & vsurarios licitos, & absque labe vsuræ. vt bene asserunt Butr. in c. cum venerabilis. num. 13. de consuet. & ibidem Abbas num. 5. Roman. singul. 19. & cons. 466. num. 1. & 2. Grammat. decis. 30. num. 3. Tiraquell. de pœnis tēperand. causa 42. num. 2. & 4. & de vtroque retract. in præfat. num. 67. Intrigl. de casib. conscientiæ casu 8. num. 212. Beroius in cap. quia in omnibus. num. 8. & seq. de vsuris. Couarr. lib. 3. variar. cap. 1. num. 8. vers. secundo ex præmissis. Roland. lib. 2. cons. 96. n. 31. Io. Baptist. Ploc. cōs. 105. n. 122. inter consil.

fil. crimin. diuerf. tom. 1. in 4. Menoch. conf. 37. num. 110. Cremenf. fingulari 149. Farinac. de delict. & pœnis q. 20. num. 45. & de pœnis temperand. q. 95. num. 38. Baiard. ad Clarum in §. falfum. num. 24. verf. item poteft excufari. Rota fic etiam dixit in vna causa 1570. 2. Iunij.
40 Et ficut confuetudo non excufat à culpa, ita nec etiam excufat à reftitutione vfurarum, ita Menoch. de præfump. lib. 3. præfump. 122. num. 97. Natta confil. 498. num. 26. lib. 3. Roland. confil. 75. num. 47. lib. 1. aliqui etiam dicunt confuetudinem non excufare, nec à culpa, nec à pœna. ita Ludouic. Pegueri. decifione criminali 30. per totam. Beroius conf. 157. per totum lib. 1. hinc fequitur, quod quamuis in curia Romana fuerit confuetudo, vt in inftrumentis focietatum apponeretur dictum pactum, non tamen propterea hæc confuetudo reddat tale pactũ licitum, fi ex natura rei fit, illicitum. Quod fi interdum Papa fignauit aliquas fupplicationes, in quibus continebatur hoc pactum, fuit dictum in Rota hoc feciffe fine intentione id faciendi, quia nempe fuit male informatus. In tolerantia Pauli IV. ob fupplicationes ab eo fignatas Iudices Rotæ non fecerunt aliquod fundamentum ad excufandum hoc pactum, immo refponderunt ex eius bulla reprobari hoc pactum eo ipfo, quod in ea reprobantur omnia pacta illicita.

41 Præterea confuetudo, vt poffint, finita focietate, exigi ad rationem duodecim pro cẽtum, non eft vocanda confuetudo fed corruptela, cum introducere vfuras fit contra ius naturale & diuinum, contra quod ius confuetudo vim non habet. cap. final. de cõfuetud. & notãt Petr. Rauen. in trac. de cõfuetud. fect. 1. nu. 47. Rocch. de Curte trac. de confuet. in §. feu fectio. incip. cũ tanto. n. 14. & feq. Ant. Piagg. trac. de confuetud. q 6. n. 121. Io. Faber in Authen. hoc ius. verf. fed quid fi cõfuetudo. C. de facrof. Eccl. Suarez allegat. 17. nu. 6. Bero. in cap. ficut. nu. 32. & feq. de probat. & ibi Alexander de Neuo num. 14. Claud. Tucc. allegat. 24. num. 3. Alba Mandel. lib. 1. conf. 159. n. 8. Marc. Mantua lib. 2. confil. 11. nu. 27. Albert. Brun. conf. 43 num. 20.

Parif. lib. 1. conf. 27. num. 44. & feqq. & lib. 4. conf. 68. nu. 52. Natta lib. 1. conf. 136. nu. 4. quod vero confuetudo exigendi duodecim pro centum, finita focietate, vim non habeat, fuit etiam decifum in Rota 2. Iunij anno 1570. vbi etiam fuit dictum, tale pactũ effe illicitum, nec reddi licitũ & validum ex confuetudine
42 Curiæ Romanæ, cum confuetudo, ftatutum & pactum in vfuris nihil operẽtur. Clement. 1. in princip. de vfuris. & docẽt Valaf. confultat. 8. per totam Io. Andr. & Cardinalis in cap. falubriter. de vfuris. Couarr. lib. 3. varia. cap. 1. Corn. lib. 4. cõf. 71. Soccin. lib. 4. conf. 88. nu. 10. & conf. 130. num. 10. Dec. conf. 126. num. 3. Ruizius in 5. decifione Lituanica num. 114. Quod vero fuit dictum in argumento fuiffe per Iudices cõftitutum, vt executioni mãdaretur tale pactum, id non operatur, vt fit licitum, fed ideo ita conftituerũt, quia fuit præftitum iuramentum de foluendis fructibus ratione intereffe, & damnorum, finita focietate, quod iuramentum eft feruandum cap. debitores de iureiur.

Obijcies nono. Qui dedit pecuniã ad focietatẽ, adhibuit diligentiã in recuperanda fua pecunia poft finitam focietatem, & tamen non potuit recuperare, ergo poterit exigere ad rationẽ duodecim pro centum. Refpon. fi adhibuit diligentiam, putant aliqui poffe tunc illi dari intereffe quinq; vel fex pro centenario, prout folent reddere pecuniæ, quæ non funt expofitæ periculo vitæ; quod tamen eft intelligendum, fi patiatur aliquod intereffe, fi vero nullam fecit diligentiam, nihil effe illi dandum quia præfumitur id feciffe in fraudem vfurarum.

Obijcies decimo. Interdum venditur officium, cum tamen de hac venditione nullam habeat cognitionem is, qui dedit pecuniam, ergo quamuis tunc diffoluatur focietas, poterit, qui dedit pecuniam, exigere ad rationem duodecim pro centum.

Refpondeo non poffe exigere tantum intereffe, nam huiufmodi ignorantia non facit, quod focietas duret, vt notat Alex. lib. 7. conf. 60. n. 1. & 2. & cũ pecunia non maneat amplius fubiecta periculo amiffionis, nõ poterit creditor exigere

gere ad rationem duodecim pro centum.

Obijcies vndecimo. Is, qui retinet pecuniam, dissoluta societate, spõte soluit fructus, ergo alter licite illos potest retinere. Respondeo negãdo consequentiam, nam vsuræ sæpe sponte soluuntur, & tamen vsurarius tenetur illas restituere, vt obseruãt Bart. in l. si nõ sortem. §. si quis facto. ff. de condict. indeb. Dec. in l. cuius per errorem. n. 4. ff. de regul. iuris. Præterea cum fructus nõ dentur animo donandi, sed ne cogantur restituere pecuniam, quam non ita commode possunt reddere ij, qui eam acceperunt ad societatem, nullus est iustus titulus illos fructus retinendi.

Obijcies duodecimo. Si hoc esset verũ, sequeretur posse eum, qui accepit pecuniam ad societatem, priuare fructibus illum, qui dedit pecuniam, vendendo scilicet officium, in quo est constituta societas, quod non videtur concedendum. Respondeo hoc parum referre, non enim graue damnum patitur is, qui dedit pecuniam, cum illa non sit amplius exposita periculo amissionis, & facile etiã possit cognoscere, an societas adhuc permaneat, & possit repetere pecuniam, quam dedit, & sibi imputet, si fuerit negligens in cognoscendo, an societas duret, an vero sit dissoluta.

Obijcies decimotertio. Est consuetudo, vt quousque pecunia reddatur creditori seu illĩ, qui dedit eam ad societatem, soluantur eidem post completã societatem septem pro centum, ergo saltem poterit creditor exigere septem. Respõdeo hoc non posse fieri, nam cũ finita societate remaneat pecunia loco mutui, & societatis contractus conuertatur in mutuum, exigeretur lucrũ ex mutuo, quod est vsura. Et quãuis aliqui dicant id esse licitum, quia ab eo tempore, quo finita est societas, cœpit officialis eã accipere ad censũ, sed hoc nõ placet. nam officialis tenetur pecuniã reddere socio, at venditor census nõ tenetur illam reddere, sed satis est, si soluat annuam pensionem. Præterea ad hoc, vt census sit licitus, debet constitui in re certa, & determinata, at officialis nullam rem certã censui supponit, ergo nõ poterit exigi pensio se-

ptem pro centũ ratione cõtractus censualis. Nec itẽ poterit exigi hæc pensio rõne damni emergentis vel lucri cessãtis, nisi prius admoneatur officialis quod ei qui dedit pecuniã cesset lucrũ, vel damnũ emergat ex eo, quod illi pecunia nõ soluitur. & debet etiã reuera tãtum lucri illi cessare, & tantũ damni illi emergere, quantum accepit, tunc enim in tali casu
43 posset exigere, cum sit sententia cõmunis creditorem, si ob non restitutionem pecuniæ patiatur damnum, posse pro interesse aliquid petere tuta conscientia. vt Alex. lib. 2. cõs. 221. n. 4 Rom. cons. 94. & cons. 101. & singulari 341. Gozad. cons. 55. Dec. cons. 322. Mohed. decis. 1. de vsur. Afflic. decis. 91. Archid. in c. vsura 14. q. 3. & in c. fraternitas 12. q. 11. Ancharan. cons. 376.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus, qui prætendit suam professionem esse inualidam, non potest audiri nisi intra quinquennium à die professionis.*

2 *Professus, qui iusta de causa habitum dimisit, debet audiri si vult reclamare, quod sua professio sit inualida.*

3 *Qui intra quinquennium non reclamauit, vel quia fuit impeditus, vel quia ignorauit suam professionem esse irritam vel ob defectum ætatis, potest reclamare etiam post quinquennium.*

4 *Aliqui dicunt elapso quinquennio professam nullo modo posse reclamare.*

5 *Quando in iure dicitur quosdam non esse audiendos in iudicio, non tamen propterea probibetur illis beneficium restitutionis in integrum.*

6 *Præscriptiones quamuis sint intro ductæ ad lites tollendas, attamen prioribus dominis in aliquibus casibus conceditur posse vti beneficio restitutionis in integrum.*

7 *Quando per statuta denegantur omnia remedia, ne possit quis in iudicio audiri, non censetur per ista verba denegari beneficium restitutionis in integrum, nisi de hoc fiat specialis mentio.*

8 *Maior, qui irritam fecit professionem, potest post elapsum quinquennium petere restitutionem in integrum si ignorauit præscribi sibi tempus ad non reclamandum, alioqui non poterit.*

9 *Qui ob impedimentum vel ignorantiam non reclamauit intra quinquennium, potest petere restitutionẽ ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur.*

10 *Tunc dicitur professus nõ posse reclamare, quando commode non potest.*

11 *Ea, quæ sunt in animo, probantur solo iuramento allegantis.*

12 *Quæ sunt in animo, non probantur*

tur solo iuramento allegantis, quando præsumitur, quod quis de aliqua re habuerit scientiam.

13 *In causis magnis non admittitur iuramentum in supplementum probationum.*

14 *Minores ob solum defectum ætatis possunt potere restitutionem in integrum, quamuis nec ignorantiam, nec aliud impedimentum habuerint.*

15 *Qui intra quinquennium non reclamauit, nec suam professionem irritam ratificauit, potest iurare se nō reclamasse ob ignorantiam. & quomodo hoc intelligatur.*

16 *Si à Iudice quis interrogaretur, an promiserit matrimonium, quod ficte solum promisit, potest iurare se non promisisse.*

17 *Si quis à Iudice interrogaretur, an transierit per aliquem locum, vbi repertus est homo mortuus, vel si interrogaretur, an gladius ibi repertus fuerit suus, potest iurare, se illac non transiisse, nec gladium esse suum.*

18 *Qui ob vim, metum, vel aliquod simile professionem emisit, transacto quinquennio non est verus professus & religiosus, si illam professionem non ratificauit, & solum in foro externo præsumitur esse religiosus, & potest redire ad seculum.*

19 *Qui præscripsit, tuta conscientia potest retinere id, quod præscripsit.*

20 *Qui fictam emisit professionem, potest fugere à religione.*

21 *Prælatus regularis, cui constat professum non ratificasse suam professionem, potest occulte illum à religione dimittere etiam elapso quinquenio.*

22 *Iudex, qui scit aliquem reum esse innocentem, cum tamen secundum allegata & probata iudicetur reus, potest occulte secluso scandalo illi opē ferre, vt fugiat.*

23 *Iudex conscius innocentiæ rei tenetur secundum allegata & probata proferre sententiā in reum.*

24 *Ficte professus nō tenetur in foro interno & occulte seruare vota & regulas suæ religionis, sed solū in foro interno ad vitandum scādalum.*

25 *Inualide vel ficte professus peccat mortaliter recipiendo alimēta à monasterio, & si non ratificat professionē, & ordines sacros suscipiat, vel sine literis Episcopi sui etiam peccat.*

26 *Inualide vel ficte professus excusatur à peccato & à censuris, si non possit sine magna iactura suæ famæ & honoris vitare ordinis susceptionem.*

27 *Excommunicatus non potest exercere solemniter actum ordinis, quem habet, sine peccato mortali, & pœna irregularitatis, sicut nec suspensus, nec interdictus.*

28 *Excommunicatus vel suspēsus vel interdictus occultus si non potest abstinere ab exercitio ordinum sine periculo propriæ famæ, non peccat, nec vllam censuram, seu irregularitatem contrahit, si non abstineat.*

29 *Inualide vel ficte professus an teneatur priorem professionem ratifi-*

tificare, quando non potest fugere à religione.

30 *Si inualide vel ficte professus vult professionem ratificare, satis erit, si ipse eam ratificat, nec requiritur acceptatio de nouo Prælati superioris, qui iã illã acceptauit.*

31 *Quando matrimonium ob aliquod impedimentum est irritum, ad hoc vt conualescat, & fiat validum, requiritur necessario consensus amborum coniugum, qui debent scire prius matrimonium fuisse inualidum.*

32 *In matrimonij ratificatione aliqui putant satis esse, si renouetur consensus eius, qui impedimentum sciuit.*

33 *Si inualide professus velit ratificare priorem professionem, erit verus religiosus, nec requiritur, vt annum nouitiatus iteret.*

34 *Iurium correctio est vitanda & debet restringi, vt non alios casus, quam expressos cõprehendat.*

35 *Matrimonium celebratum coram parocho & testibus si fuerit irritum ob aliquod impedimentum occultum, si postea Papa dispensat in illo impedimento, non est necesse illud de nouo celebrare coram parocho & testibus, sed satis est, si coniuges iterum consentiãt.*

36 *Qui ad profitendum sunt inhabiles, quales sunt habentes perpetuum impedimentum, possunt reclamare etiam transacto quinquennio.*

37 *Quod in fauorem alicuius est concessum, non debet esse in illius damnum.*

38 *Fraus & dolus nemini debent patrocinari.*

39 *Dictio quicunque extenditur etiã ad casus improprios.*

40 *Vt professio irrita fiat valida, requiritur, vt professus sciat suam professionem esse inualidã, eamq. postea ratificet.*

41 *Si quis inualide vouit religionem, quod votum postea ignoranter ratificet, non obligatur vi illius voti, sed requiritur, vt habeat notitiam inualiditatis prioris voti, & postea velit illud ratificare.*

42 *Si quis contrahat sponsalia inualida, ad hoc vt postea illorum ratificatio valeat, requiritur, vt habeat notitiam nullitatis sponsalium.*

43 *Si quis contrahat matrimonium quod ob aliquod impedimentum est inualidum, ad hoc, vt conualescat, requiritur, vt contrahens cognoscat illud matrimonium esse inualidum.*

44 *Quod nullum est, ratificari non potest.*

45 *Error tollit consensum.*

46 *In dubio recurrendum est ad coniecturas & præsumptiones.*

47 *In vtroque foro nempe interno & externo idem est seruandum, quando forum externum non innititur falsæ præsumptioni.*

48 *Qui dubitat, an matrimonium sit validum nec ne, debet præsumere, quod sit validum.*

49 *In dubio pro religione est iudicandum.*

50 *Nõ est fides habẽda professo asserẽti se ficte emisisse professionem.*

Pro-

51 *Professio tacita non est per Concilium Tridentinum correcta.*
52 *Professio tacita emittitur per delationem habitus professorum.*
53 *Professio tacita inducitur per exercitium actuum, qui proprij sunt professorum.*
54 *Professio tacita & expressa eandẽ obligationem inducunt.*
55 *Par est virtus taciti & expressi, idemque operatur.*

QVAESTIO XLVIII.

In capitulo generali cuiusdam religionis editũ est decretum, vt nullus in posterum ad eam admittatur, qui alterius religionis habitum gestauerit sine consensu ipsius capituli generalis. contra hoc statutũ Generalis huius religionis dedit facultatem capitulo Prouinciali, vt in talem religionem reciperet Petrum, qui per aliquot menses fuit nouitius cuiusdã ordinis monachalis. Hoc impedimentum erat cognitum Patri Generali, non vero capitulo Prouinciali. Petrus fuit admissus in hãc religionem, perseuerauitq. in ea per annos septemdecim. nunc petit ab ea dimitti. quæritur, an possit reclamare cõtra emissam professionem, an vero debeat illi denegari audientia, propter decretũ Concilij Tridentini sessionis 25. de regularibus cap. 19. Et qui sit sensus verborum Concilij in dicto loco.

1 DICO primo. In Concilio Tridẽtino in allegato cap. 19. hæc habentur. Quicũque regularis prætendat se per vim & metum ingressum religionem, aut etiam dicat ante ætatem debitam professum fuisse, aut quid simile, velitque habitum dimittere quacunque de causa, aut etiam cum habitu discedere sine licẽtia superiorum, nõ audiatur nisi intra quinquennium tantum à die professionis, & tunc non aliter, nisi causas, quas prætenderit, deduxerit corã superiore suo, & Ordinario. Quod si antea habitum sponte dimiserit, nullatenus ad allegandam quamcun-

cũque causam admittatur, sed ad monasteriũ redire cogatur, & tanquam apostata puniatur. interim vero nullo priuilegio suæ religionis iuuetur. Hacte-
2 nus Concilium. Cum vero dicitur, taliter professum non esse audiendum habitu dimisso etiam intra quinquennium ad allegandum suam professionẽ esse inualidam, intelligendum id est, quando habitum temere absque causa dimisit, nam si haberet iustam causam dimittendi, deberet audiri, vt accideret, quando superior nollet dare licentiam ad reclamandũ, nec posset causas nullitatis suæ professionis proponere coram Ordinario, nisi habitum dimitteret. ita Azor tomo 1. lib. 12. cap. 4. quæst. vlt. vbi ait. Si quis bona fide credat ob vim & metum sibi contra ius illatum professionem irritam, & inanem fuisse, & ob id, vt reclamare commode posset, è carcere fugerit, habitum deposuerit, & iudicem adierit, pœnas apostatæ non incurrit, præsertim si secus facere nequiuerit. sic etiam asserit Nauarr. comm. 4. de regularibus num. vlt. vbi ait, id, quod Concilium statuit, non procedit in eo, qui iustam causam ea omittendi habeat, vt qui non posset habere licentiam eundi ad reclamandum, nec ire nisi dimisso habitu, vel non permittitur causas vllas proponere coram Prælato vel Ordinario, quales vidimus aliquot in Vrbe, qui resumpto in ea habitu, benigne auditi sunt. sic etiam sentit Thomas Sanchez lib. 7. de matrimonio disp. 37. num 3. addit Nauar. loco citato talem religiosum, quamuis temere dimiserit habitum, posse audiri, postquam resumpsit habitũ dimissum, nam non videtur cõforme pietati Christianæ nec rectæ rationi, vt qui temere habitum dimisit, si illum postea resumat, non posit vnquam reclamare habens iustam causam reclamandi, & probandi suam professionem esse irritam.

3 Dico secundo. Qui intra quinquennium non reclamauit, vel quia fuit impeditus, vel quia ignorauit iusta ignorantia suam professionem esse irritam, vel ob defectum ætatis, potest reclamare etiam post quinquennium, & vti remedio extraordinario beneficij restitutionis in integrum, vt

vt audiatur. ita Nauar.comm. 4. de regularibus. num.71.versic.3. vbi disputans, an iusto metu ingressus & professus religionē possit post aliquot annos reclamare ait non sufficere, quod cesset metus, nisi etiam cessent impedimenta iusta, quibus à reclamando impediatur, poterit enim reclamare longe post cessationem metus, si longo tempore illa durarent, tum quia si illa sunt iuris, ipso iure non currit tempus. l. 1. C. de annal. except. si autem sunt facti, esto currat, restituitur l. Attilianus. ff. de seruit. rustic. prædio. & docet Abbas in cap. ex transmissa. de præscript. num. 13.& ibi Felinus num.8. Parisius nu. 14. Bartolus in l. Senatusconsulto. ff. de officio Præsidis. n. 2. Baldus in l. 1. C. qui admitti. num.22. Boerius decisio 40. num. 3. Franchus in c. statutū. de præbendis. in 6. nu. 4. Tunc vero est impedimentum iuris, quando ius denegat, ne quis in iudicio compareat ad agendū. Idem repetit Nauar. cōs. 6. de his quæ vi. vbi ait. si post cessationē motus fuit iuste impeditus à reclamādo, poterit cessante impedimēto reclamare, si fuit impedimentū iuris, quia taliter impedito nō currit tempus, & si erat impedimentū facti, debet audiri per restitutionem. & cōs. 23. de regular. n. 3. ait. huiusmodi professus, si probauerit iusto impedimento, se fuisse impeditū, potest iuste ac sancte restitui in integrū ad tēpus, in quo fuit impeditus, & loquitur Nauar. etiā de professo reclamante post quinquenniū, vt patet in eodem cōsilio n. 2. & cōment. 4. de regularib. n. 76 vers. secūdo infertur. si metus, inquit, vel impotentia reclamādi plusquā quinquēnio durauerit, post illud ipso iure, vel restitutione audiri. sententiam Nauarri sequitur Azor tom. 1.

4 lib. 12. c. 4. q. vlt. in fin. quāuis cōtrariū velit Zauallos li. quæstio. practic. q. 500. in fin. scribit enim in Cōc. Triden. assignari quinquenniū ingrediētibus religionē ad reclamādum cōtra professionē per vim vel metū factā, ita tamen vt elapso illo quinquennio cōpetat minorib. restitutio. ita Humada in l. 3. & 4. tit. 7. p. 1. glos. 2. n. 2. quod tene mēti, inquit, quia sæpe contingit de facto, sed cōtrariū videtur practicari & merito.. cū Zaual. sentit Flami. Paris. li. 13.

de

de resignat. benefic. q.5.num. 46.qui notat speciale esse in cap. 19. Concilij Triden. sess. 25. de regularibus, vt elapso quinquennio dato per Concilium nō possit prætendens per vim & metū se esse ingressum religionem reclamare, etiamsi toto quinquēnio durauerit eadem causa vis & metus, vt censuit sacra Cōgregatio Illustrissimorū Cardinaliū præpositorum interpretationi Cōcil. Trid. die 21. Aug. 1572. & die 10. Decembris eiusdem anni, cum Concilium quasi præscriptione quadam velit, vt post quinquennium nemo audiatur, & vtatur dictione taxatiua tātum, cuius proprium est excludere aliud tempus. l.2. C.de patr. qui fili. distrax. pro qua opinione.

Obijcies primo. In dicto decreto Concilij dicitur religiosus non esse audiendus elapso quinquennio, ergo non potest vti beneficio restitutionis in integrum, nam alioqui deberet in iudicio audiri.

5 Respondeo negando consequentiam, nam sæpe in iure dicitur, quosdam non esse audiendos in iudicio, non tamen per illa verba denegatur, quod non possint petere restitutionem, nisi quando expresse in iure dicitur, non esse aliquem audiendum, quamuis vellet vti beneficio restitutionis, vt bene notāt Glosa in c.1. dist. 23. verbo audientia. & ibi Archid. in fine. Bellamera n. 14. Præpos. num. 33. Glos. in c. coram. de in integr. restitut. verb. duximus. & ibi Card. n. 1. Abbas n. 3. Imola num. 6.

Obijcies secundo. Conciliū ita statuit ad tollendas lites, perturbationes, & rumores in religione, at si religioso post quinquenniū cōcederetur posse vti beneficio restitutionis in integrū, & debere audiri in iudicio, non tollerentur lites, & perturbationes, ergo cōcilium absolute statuit, ne post quinquennium religiosus vllo modo admittatur ad reclamandū, & ad probandum, quod sua professio fuerit inualida.

Respondeo. argumentum
6 non concludere, nam etiam præscriptiones sunt introductæ ad lites, controuersias, & perturbationes tollēdas, & tamen prioribus dominis in aliquibus casibus cōceditur posse vti beneficio restitutionis in integrum, vt bene docent Bursat.

conf.

conf.26. num. 34. Simon de Pretis conf.157. num.18. Natta conf.162, num. 38. Corn. vol. 2. conf. 164. Roland. lib.4. consil.68. n.1. d. Tiberius Decian. lib.2. conf.2. n.134. Fabius Turret. volum.1. conf.36. n.13. Bertran. vol.1. conf.15. n.43. Curt. Iunior conf.57. n.3. Alexander lib.1. cõs.7. & conf.84. & lib.2. conf.169. & lib.4. cõs.63. & lib. 5. cõs.77. & conf.116. & lib.6. conf.59. & lib.7. conf.15. d. Roman. conf.128. & conf.149. & cõs.166. Paulus de Castro lib. 2. conf.181. & conf.439. Sozo. lib.1. conf.86. in fine. & lib.2. conf.166. & lib.3. conf.80. & conf.106. Iason lib.4. conf.118. Dec. consil.36. Sfort. Oddo cõsilio 3. num.37. & de restitut. in integ. par.1. q.15. ar.5. nu.43. & 2. par. q.90. ar.6. Becius volum.1. conf.12. num.63. Glosa in l. sicut. C. de præscrip.30. vel 40. ann. verb. militia. Matth. de Afflict. decis. Neapolit.274. & decis.329. Bartol. in l.1. §. si quis autem. ff. de itinere, actuque priuat. vbi ait, sic esse intelligendum textum in l. final. C. de præscrip. long. temp. Socinus in l. cum filius. §. in hoc ff. de verb. obligat. nu.8. Bernard. Diaz regula 571. & ibi Salzedo Couarr. in regul. possessor. 3. par. §.3. num.1. Alciat. lib.1. de verb. signif. col.35. Balbus de præscrip. 4. par. 4. partis principal. q.29. in q. Pinell. in Auth. nisi tricennale 6. de bonis quæ lib. num.58. Guildensis de arte testādi tit.11. cautela.6. Angel. in l. finali. ff. si quis testam. lib. esse iussus fuerit. & in dicta l. finali. C. de præscrip. long. tēp. Io. Matricia tract. de restitut. in integr. cap.60. Cagnol. in reg. qui in alterius. ff. de regul. iur. in 6. Boet. decis.93. num.3. & 6. & quāuis in l. finali. C. de fund. patrim. lib.11. & alibi dicatur post præscriptionem factam nō esse audiendos priores Dominos, non tamen propterea excluditur, vt illi non possint ratione iustæ, ac probabilis ignorantiæ vti hoc beneficio restitutionis in integrum.

7 Respondeo secundo. Concilium clausisse ostium litibus via ordinaria intentandis, noluisse tamen viam præcludere beneficio restitutionis in integrum, quia hoc beneficium est valde fauorabile. Quare Sfortius Oddus in tract. de restitut. in integr. 1. par. q.15. ar.6. nu. 44. Gutier. lib.2. pract. q.88. n. 3. & lib.3. q.32. num.15. & q.

34.

34.num.9. Molin.lib.3. de primog. cap.13. num.65. Beccius vol.1.consi.12.num.69.dicunt, quod quando per statuta & leges denegantur omnia,& quæcũque remedia, ne posit quis in iudicio audiri, nõ censeatur per ista verba quamuis generalia denegari beneficium restitutionis in integrum, nisi de hoc fiat specialis & expressa mentio; cum enim hoc beneficium sit valde fauorabile, non censetur exclusum, nisi expressim excludatur. Noluit vero concilium huiusmodi professis denegare hoc beneficium restitutionis, ne huiusmodi remedio destituti incidant in desperationem,& cogantur permanere toto vitæ tempore in religione, cum tamen ad viuendum in ea requiratur summa libertas,& magnus affectus ad illam. Cogere enim liberum hominem ad permanendum in religione, si ei non fuerit obligatus, est res durissima, quare in l. Titio. §.Titio. ff. de cond. & demonstr. & in l. & liberi hominis. ff. de contrahen. emption. & in l.1. §.quæ onerandæ. & in l.2. in fine. ff. quarum rerum actio. prohibetur. ne quis obligetur ad manendum alicubi, vel ad subeundum aliquod aliud onus, quod libertati valde aduersatur. Et propterea non debet talis professus cogi, cum sit liber, ad manẽdum perpetuo in religione. Item est contra rectam rationem obligare aliquem ad seruandam perpetuam castitatẽ, si ad eam nõ fuerit per votum obligatus, vt bene dicitur in c. integritas 32. q. 1.

Obijcies tertio. Si huiusmodi professi possent petere restitutionem in integrum, sequeretur illud, quod vna via denegatur, altera concedi cõtra regulam quod vna via 84. de regulis iuris in 6. & contra legem. Postquam liti de pactis, vbi dicitur, causam finitam nulla ratione esse restaurandam. Respondeo illam regulam. Cum quod vna via esse interpretandum de iure communi, nam quod illo iure denegatur, non debet eodem iure concedi per aliam viam, nõ vero intelligi de iure speciali per beneficium restitutionis in integrum. ita interpretatur illam regulam Imola in cap. eoram.de in integr. restitutio. n. 6. Ad l. postquam respondeo debere itidem intelligi de iure

re communi secus de iure speciali, vt aduertit ibi Glosa verbo. nulla.

Obijcies quarto. Ad hoc, vt aliquis restitutionis beneficio possit gaudere, requiritur, vt fuerit læsus l. nam & postea. §. minor. ff. de iureiur. l. minoribus. C. de in integr. restitut. at qui professionem emisit, nō læditur, si cogatur transacto quinquennio permanere in religione, cum suam conditionē, & statum in melius commutet l. Deo nobis. C. de Episcop. & Clericis, ergo non potest hoc beneficio gaudere. Respondeo hunc esse læsum, quia cogitur permanere in religione toto vitæ suæ tempore, & viuere in perpetua castitate, paupertate, obedientia, & disciplina religiosa, & alijs, ad quæ non sunt cogendi nisi ij, qui emiserunt professionem validam, cum igitur hoc damnum coactionis possit reparari per beneficium restitutionis in integrum, non debet hoc beneficium & remedium taliter professo denegari, quod ob maximum sui fauorem nunquam censetur sublatum, nisi de eo fiat specialis mentió.

Obijcies quinto. Sacra congregatio aliter declarauit, teste Flaminio Parisio loc. citato. Respondeo talem declarationem non authentice constare, & multa dicuntur esse à sacra Congregatione decisa, cum tamen contrarium fuerit decisum, quod si ita declarauit, stādum est huiusmodi declarationi.

8 Dico tertio. Maior, qui irritam fecit professionem, potest post elapsum quinquenniū petere restitutionem in integrum, si ignorauit præscribi sibi tempus ad non reclamandum, nam si habuit de hoc scientiam, & tamen non reclamauit intra quinquennium, non poterit gaudere hoc priuilegio, ratio est, quia maioribus conceditur restitutio in integrum, quando habent iustam causam, ita vt nullam admiserint negligentiam, nec in aliqua fuerint culpa l. 1. in fine. ff. ex quibus causis maiores. & docent Couarr. in regula. Possessor. 3. parte §. 3. num. 3. vers. Primum illud. Barbosa in l. quia tale. ff. soluto matrimo. num. 61. Matienzo lib. 5. recopil. tit. 11. l. 8. glossa 12. num. 8. ergo quando sunt culpabiles, & negligentes non possunt frui hoc

hoc beneficio restitutionis. Notat vero Matienzo loco citato tunc propter ignorantiam posse religiosum, qui emisit professionem inualidam, petere restitutionem in integrum, quando ignorantia fuit probabilis & iusta; nam si fuit crassa vel supina, non iuuabit.

9 Potest vero, qui ob ignorantiam probabilem vel ob ali 8
quod impedimentum non reclamauit intra quinquennium, petere restitutionem ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur, iuxta ea, quæ docet Glossa in l. 1. si partem mensi per fundum. ff. quemadmodum seruitutes amitt. & in l. si sic verbo. vna seruitus bers. ff. eodem tit. & in l. 2. Glossa vlt. C. de iure emphyt. & in l. cum filius familias. §. in hac stipulatione. ff. de verbor. obligat. & in §. si in fine. C. de patri. potest. & Speculator tit. de professio. §. 1. vers. pone vassallus.

10 Notat item Nauarrus comment. 4. de regular. num. 71. vers. quarto quod tunc dici professum non posse reclamare, quando commode non potest, & constat ex l. nepos Proculo. ff. de verb. signif. & ex cap. faciat. 22. q. 2. nec enim dicitur quis posse reclamare, si id nõ possit facere sine amissione suæ famæ & æstimationis. l. filius. ff. de condition. instit. vbi dicitur ea, quæ pietati & æstimationi aduersantur, dici impossibilia iuris. Notãdum item est, eum, qui per ignorantiam vel aliquod aliud impedimentum intra quinquennium non reclamauit, debere probare talem ignorantiam & impedimentum. Ad hæc vero probanda non sufficit solũ iuramentum, sed debent etiã interuenire aliquæ coniecturæ iuxta doctrinam Angles in floribus 2. par. agentis, de voto quæstionis art. 1. difficult. 4. Caiet. 2. 2. quæst. 88. art. 9. non longe à fine. Nauar. in summ. cap. 21. num. 27.

11 Obijcies. Ea, quæ sunt in animo, probantur solo iuramento allegantis, vt docet gloss. in cap. significasti. 2. de homicidio. verb. si ita est. & in §. aliæ. instit. de action. Bartol. in l. si cui. §. iisdem. ff. de acquisit. Roman. cons. 481. num. 10. Cephal. vol. 2. cons. 148. num. 17. Curtius senior cons. 70. & cons. 72. Marian. Socin. vol. 2. cons. 29. num. 19. & volum. 2. cõs. 28. n. 19. Guido pap. cons.

conf.223. nu.13.& decif. 614. Bell.conf.49.num.13.Riminal. fenior vol.2.conf.216.n. 22.Ol drad.conf.286.Ang. conf.314. Anchar.cõf.159.in fin. n.44.& cõf.174.n.4.& 5.Rom.cõf.398 in fin.& cõf.76.n.5.Alex.lib.4. conf.227.n.15.Hippol. conf.9. n. 32.& conf.96. nu.8. Barbat. vol.1.conf.42.n.14. Ruin.conf. 1.n.4.vol.5.Sanch.lib.1. de ma trim.difp.62.n.6.Couar. lib.2. var.c.10.n.1. Gratianus regula 270.n.2.Cacher. decif.71. nu. 24.& decif.101.nu.24. Alciat. de præfũp. reg.3. præfump.16. Staphil. de Signat. Grat. & Iuftit.de commif. Hippol. Marfil. in rubr.C.de probat.num.122. Gram.voto 10.n.28.Marc.Anton.Blanc.in prac. crim.de renunc.incip.datis defenf.nu.65. Io.Nicol. Arelatenfis in addit. ad Alciat.loc.cit. Quintil.Mãdof.in regul.Cãcell. reg.5. q.4. n.2.Rota decif.42. in nou. Roman.in l.gerit.ff. de acquir.hæred.n.5.Crauet.de antiq.temp. par.4.n.153.Abbas in c.de his. de accuf.num.6. Felin. in c. fignificafti. de homicidio. nu.2. ignorantia enim cum in animo confiftat,probatur iuramento, vt deducitur ex c. vt circa. & c. nulli. in fine. de elect. in 6. ergo ad probandã ignorantiã & impedimentum, fatis eft, fi profeffus iuret,fe fuiffe impeditum, nec de tali præfcriptione habuiffe aliquam notitiam.

12 Refpondeo id nõ effe verũ, quando præfumitur,quod quis de aliqua re habuerit fcientiã, tunc enim non fufficit folũ iuramentum,fed requirũtur etiã aliæ coniecturæ,& adminicula, vt docēt Bart.in l.inter omnes. §.recte. de furtis. Marfil. conf. 7.n.7.& conf.9. num.36. Menoch.de arbitrar. cafu 241. n. 6. & de recuperan. poffeff. remedio 16. num.36. Sfort.Oddus de reftitut. in integ.1.par.

13 q.38.ar.7. num.60. Idem Menochius de arbitrar. cafu 464. n. 4. ait in caufis magnis non admitti iuramentum in fupplementum probationum, quod etiam docent Alexander conf. 66. Iaf.in repetit. legis admonendi.de iureiur.nu.260. at in cafu noftro fi huiufmodi profeffus dicat fe nõ habuiffe fciẽtiam,contrarium præfumitur, nam qui per quinquennium nõ reclamauit, aduerfus illum inducitur præfumptio iuris & de iure per illud quinquennium, at per talem præfumptionem præfumitur fciẽtia, & ideo per

ſolum iuramentum non poteſt probari ignorantia, & impedimentum, ob quæ talis profeſſus non reclamauerit intra quinquennium, & cum agatur de re magna & ardua, merito non ſtatur ſoli iuramento allegantis.

14 Quod vero diximus de maioribus poſſe ſcilicet poſt quinquennium reclamare, ſi fuerint impediti, multo magis eſt dicendum de minoribus, quibus ob fragilitatem ætatis conceditur hæc reſtitutio. immo iſti poſsũt reclamare, quãuis præſcriptio fuerit finita ipſis ſciẽtibus & negligentibus. nam minores ob ſolum defectum ætatis poſſunt petere reſtitutionem in integrum, quamuis nec ignorantiam, nec aliud impedimentum habuerint, vt affirmant Barboſa in l. quia tale. ff. ſoluto matrimonio. n. 61. Couarr. in regul. poſſeſſor. 3. parte §. 3. n. 3. verſ. ſecundo aduertendum. & n. 4. verſ. tertio aduertendum, qui citat Gloſam, Bartolũ, & Doctores in Auth. quas actiones. C. de ſacroſ. Eccleſ. in verb. excluduntur, Cardinalem, Imolam, & Abbatem in Clem. 1. de in integ. reſtit. & Decium vol. 2. conſ. 29. & Abbatem prædictum in c. 1. de præſcript. & in c. auditis. eodẽ tit. quare poteſt hic profeſſus elapſo quinquennio reclamare vtendo extraordinario iure beneficij reſtitutionis in integrũ.

15 Dico quarto. Qui intra quinquennium non reclamauit, & ſciebat ſuam profeſsionem eſſe inualidam, nec vnquam illam ratificauit, & ſciebat etiam elapſo quinquennio ſe non poſſe amplius reclamare, ſi velit poſtea reclamare in iudicio petens reſtitutionẽ in integrum, affirmans ſe non reclamaſſe ob ignorantiam, ſi iudex eum de hoc interrogeт, poteſt ſine peccato iurare, ſe nõ habuiſſe ſcientiam, quod potuiſſet reclamare, vtendo ſcilicet verbis æquiuocis & amphibologicis, nam talis profeſſus non eſt vere religioſus, quia profeſſionem inualidam nunquam fecit validam ob ratificationem; quare poteſt dicere, ſe non habuiſſe ſcientiam, ſubintelligendo in mente ſua, qua ratam habuerit profeſsionem, cum Concilium Tridentinũ præſumat huiuſmodi profeſſum ratificaſſe profeſſionem inualidam, ſi intra quinquen-

16 nium non reclamauit. Sicut

ſi à

si à Iudice quis interrogaretur, an promiserit matrimoniũ, quod ficte solum promisit, potest iurare se non promisisse, ne cogatur matrimonium contrahere, cum non possit probare, se ficte illud promisisse, vt affirmant Rodericus in summ. tom. 1. cap. 245. num. 12. Nauarr. in cap. humanæ aures 22. quæst. 5. in quæstione prima num. 9. circa finem ibi. Quare concludendũ est. Sanchez lib. 3. de iuramento. cap. 6. nu. 32. & lib. 1. de matrimon. disp. 10. num. 27. & 28. intelligendo mente sua, se non promisisse, ita vt teneatur contrahere ma-
17 trimonium; sicut etiam si quis à iudice interrogaretur, an transierit per aliquem locum, vbi repertus est homo mortuus, vel si interrogaretur, an gladius ibi repertus fuerit suus potest iurare se illac non transijsse, nec gladium esse suum, quamuis tranfierit, & quamuis gladius esset suus, intelligendo in mente sua, se illac non transijsse, ita vt teneatur hoc dicere, quia Iudex interrogat, vt inde sumat indicium de homicidio, quod reuera is, qui interrogatur, non commisit, & Iudex interrogat de illis tanquam de indicijs homicidij, & ita alter respondet ad debitam Iudicis mentem. ita Rodericus tom. 4. quæst. regular. tit. 19. cap. 4. concl. 7. vers. 7. Salon 2. 2. quæst. 69. artic. 2. controu. 11. Lessius lib. 2. de iustit. cap. 31. dub. 3. num. 14. Sotus lib. de tegend. secreto mẽbro 2. quæst. 7. post tertiã conclusionem dub. 2. ita in casu nostro Iudex interrogat de scientia, vnde posset præsumi, quod professionem ratificauerit, & huiusmodi professus nõ habuit scientiam, per quam professionem irritam ratificauerit.

18 Dico quinto. Qui ob vim, metum, vel aliquod sim ile professionem emisit, transacto quinquennio, non est verus professus & religiosus, si illam professionem non ratificauit, & solum in foro externo præsumitur esse religiosus. vt dictum est, & docet Nauar. cõsil. 23. de regularibus num. 5. & cons. 89. nu. 6. & 7. vbi ait, hunc esse tutũ in cõscientia, & posse redire ad seculũ, & ducere vxorẽ, nam professio inualida nullũ inducit effectũ, vt habet Trident. sess. 25. c. 15. adeo quod neque professum faciat re-

religiosum in genere scilicet obligatum ad intrandam aliquam religionem,& comm.4. de regulari.num.penult.ait,talem professum posse cessante scandalo,cum sciat, vel iuste credat suam professionem coram Diuina maiestate non valere, ante reclamationem deserere habitum,& fugere de carcere, & non deducere causas nullitatis coram Ordinario vel superiore,& non redire ad monasterium, & non teneri ad pœnam apostatæ. sic etiã sentit Emanuel Sà verb. religio. num.71. cum ait. Apostata non est à religione, qui merito credens, se non esse professum, exit à religione, hic enim potest etiam dimisso habitu fugere, neque huic obstat Concilium Trid. Hanc sententiam sequitur etiam Sanchez lib.7.de matrim.disp.37. nu.9. Henriq.lib.11. de.matrim. c.6. in Glosa & cap.8.n.9. in Glos. probatur. in c.2.de regularibus legimus,eum,qui per vim professionem emisit, nõ posse post annum transactum à religione discedere, & tamen non propterea censetur hic vere professus, si professionem non ratificauit, sed solum in foro externo præsumitur professus, vt docent ibi Glosa in fine, & Innocentius pariter in fine.Cardinal. q.7. Item in cap. vidua de regularibus dicitur vidua nouitia sponte actus professarum exercens non posse à religione discedere, quia per tales actus censetur velle professionem facere, & tamen si vere per illos actus nõ habuit intentionem emittendi professionem, non est vere, & in foro conscientiæ professa, sed solum in foro externo præsumitur professa, ergo idem dicendum est de Concilij Tridentini decreto, nempe eum, qui intra quinquennium non reclamauit, esse præsumendũ professum in foro scilicet externo. Præterea in dicto decreto non dicitur, hunc esse vere professum, sed solum in foro externo non esse audiendum, at prohibitio, ne audiatur, non facit, vt is, qui non est vere professus, censeatur legitime ac vere professus, si nunquam Deo per propriam voluntatem voluit se obligare in statu religioso.

Obijcies. Concilium Tridẽt. dicta session. 25. de regularibus id statuit ad consulendum pa-

paci & trâquillitati religiosorum, at non consuleret, si talis professus posset à religione resilire, ergo Conciliũ per tale decretum voluit obligare religiosum ad permanendũ in religione, ita vt si fugeret, esset vere Apostata. Respõdeo Conciliũ sufficiẽter cõsuluisse statui religioso statuendo, ne transacto quinquennio religiosus admittatur ad allegandũ, quod sua professio fuerit inualida.

Obijcies secundo. Conciliũ statuit spatiũ quinquennij, vt hoc modo præscriberet religio ius in religiosos, quod scilicet quinquennio elapso nõ possint religiosi à religione discedere, quamuis antea professionẽ in-
19 ualidã fecerint, at præscriptio obligat in foro cõsciẽtiæ, & in foro externo, quare is, qui præscripsit, tuta conscientia potest retinere id, quod præscripsit, idque fuit inductũ ad extermi nandas lites à Republica, & ne dominia semper essent incerta, vt tradunt Sylu. præscript. 1. quæst. 13. Innocentius in cap. quia plerique. de immun. Eccles. Glos. in cap. vigilanti. de præscript. Sotus lib. 4. de iustit. quæst. 5. ar. 4. Paulus de Castro cons. 293. Felin. in rubric. de præscript. Couarr. in regul. possessor. par. 1. §. 1. & par. 3. initio num. 1. & §. 2. n. 3. Molina tom. 1. de iustit. disput. 61. ergo post quinquennium elapsum religio ius, dominium, & possessionem in huiusmodi religiosum acquisiuit, ita vt non possit talis religiosus tuta conscientia amplius à religione discedere.

Respondeo præscriptionem obligare in foro conscientiæ, quando non fundatur in præsumptione, at quando fundatur in præsumptione, nõ tribuit ius in foro conscientiæ, si constet de veritate. sicut olim, qui post contracta sponsalia, accedebat ad sponsam, per talem copulam sponsalia transibant in matrimonium. cap. is, qui fidem. de spõsal. quia præsumebatur sponsus accessisse ad sponsam animo matrimoniali, & non fornicario, & propterea sponsus amittebat ius agendi contra tale matrimonium, cum tamen in foro conscientiæ potuisset discedere à sponsalibus, si vere non accessit animo matrimoniali, si ex alia causa iusta habuisset ius resiliendi à sponsalibus cõtractis. ita etiam dicendum est in

hoc casu, de quo loquimur, sicut etiam in cap. ad id. de sponsal. statuitur, vt is, qui ex metu cum alia matrimonium celebrauit, diuque cum illa coniuge permansit, debeat cogi ad permanendum in illo matrimonio, quia ex tali cohabitatione præsumitur, quod fuerit purgatus metus, quo matrimonium prius contractum esset nullum, & quod per talem cohabitationẽ fuerit illud matrimonium ratificatum, & ita esset præscriptum ius in altero coniuge, vt qui per metum contraxit matrimonium, non possit amplius ab illo resilire, & tamen in foro conscientiæ non est obligatus permanere in illo matrimonio, si vere illud non ratificauit. Ita per silentiũ quinquennij religio nõ præscripsit ius in tale religiosum, ita vt non possit hic à religione discedere tuta cõscientia, si vere non habuit animũ illam professionem ratificãdi. deinde religio ex eo, quod talis professus in ea permansit per quinquennium, solum præscripsit, vt iste non possit in iudicio agere contra religionẽ petendo nimirum resilire ab ea, verum hoc non facit, vt propterea religiosus teneatur in foro conscientiæ permanere in religione, si nunquam habuit animũ profitendi, quare religiosus solum amisit ius agendi contra religionem, & reclamandi & allegandi suam professionem esse inualidam.

Obijcies tertio. Conciliũ loco citato declarat esse apostatã talẽ religiosum, si à religione discedat, ergo obligat illũ ad permanendum in religione quinquẽnio elapso, ita vt ab ea nõ possit fugere sine peccato. Respõdeo hũc esse apostatã solũ quoad forum externum, nã cũ hic nõ sit verus religiosus, nõ tenetur permanere in reli-
20 gione, & sicut qui fictã emisit professionem, potest fugere à religione, vt asserũt Arrag. 2. 2. q. 88. ar. 1. concl. 2. in fine. Nauar. in c. statuimus 19. q. 3. n. 75. Sotus lib. 7. de iustit. q. 1. ar. 2. vers. an vero qui tale votum. Roder. in sum. to. 2. c. 92. n. 5. Henriq. lib. 11. de matrimon. cap. 11. num. 3. in fine. Angles in floribus 2. par. q. 1. de voto ar. 1. difficult. 4. conclus. 3. ita hic, cum emiserit inualidam professionem, nec vnquã illam ratificauerit, poterit absq; peccato à religione discedere.

Di-

21 Dico sexto, Prælatus regularis, cui constat talem professum non ratificasse suã professionem, potest occulte illũ à religione dimittere etiã elapso quinquennio, nam cum illi constet religionem non habere verum ius in talem religiosum, sed solum ius fundatum in falsa præsumptione, si illum dimittat, nullam religioni faciat iniuriam. Secundo. Index, qui scit aliquem reum esse innocentem, cum tamen secundum allegata & probata iudicetur reus, potest occulte secluso scandalo illi opem ferre, vt fugiat, vt affirmât Alensis 3. par. quæst. 34. memb. 1. ar. 4. ad 1. Sayrus in claui lib. 12. cap. 8. num. 3. Sotus lib. 5. de iustit. quæst. 4. ar. 2. concl. 2. Cordub. in quæstion. lib. 1. q. 37. vers. ex hac opinione. Angelus verb. iudicare num. 7. Ioan. Arboreus lib. 9. Theosophiæ cap. 20. Lessius lib. 2. de iustit. cap. 29. dub. 10. nu. 78. Lyran. in cap. 23. Exodi in illa verb. innocentem & iustum. Adrian. quodlib. 6. ar. 3. Petr. Nauarr. lib. 2. de restit. cap. 3. num. 161. Ioan. Oldadorp. in tract. de formula inue. actio. cap. vlt. & in lib. de iure & æquitate tit. 13. Ioan. Coras. libro 4. Miscella. cap. 20. Martinus antiquus iuris interpres in l. illicitas. §. veritas. ff. de officio præsidis. Hugo in l. prætor. ff. de iurisdiction. omnium iudic. Emanuel Sà verb. Iudex. num. 13. ergo Prælatus regularis, cui cõstat huiusmodi professum non esse vere professum sed solum præsumptum, poterit etiam occulte illum à religione dimittere.

22 Obijcies. Cõcilium Tridentinum præcipit superiori, ne illum audiat, ergo non potest occulte illum dimittere. Respondeo. Concilium solum præcipere, ne illum audiat in

23 foro externo, nam sicut Iudex conscius innocentiæ rei tenetur secundum allegata & probata proferre sententiam in reum iuxta D. Thomam 2. 2. quæst. 67. ar. 2. & q. 64. ar. 3. ad 3. quem sequuntur Caietanus dicto ar. 2. & Bannes, Salon & Arrag. Henric. de Gandauo quodlib. 3. quæst. 25. Altisiodor. in sum. par. 3. tit. in quibus sit obediendum. Antonin. par. 3. tit. 9. cap. 2. §. 6. Abulens. in cap. 23. Exodi q. 6. Tabiena verb. iudicare. §. 5. Sylu. verb. iudex. 2. q. 5. Co-

uar. lib. I. varia. cap. I. num. 6. Ricchard. in 4. dist. 18. ar. 3. q. 2. ad primum Maior in 3. d. 33. q. 4. Valentia tom. 3. disp. 5. q. 11. puncto 2. Toletus libro 5. cap. 56. num. 3. Sotus libro 5. de iustit. q. 4. ar. 2. Nauar. in sum. cap. 25. num. 9. & 10. & in c. si quis de pœnit. d. 7. nu. 129. Bartol. in l. illicitas. §. veritas. ff. de officio Præsidis. Ioan. Andr. in speculo tit. de allegatio. & disputat. §. satis. nu. 13. Turrecrem. in cap. iudicet 3. q. 7. & tamen non propterea prohibetur, vt non possit tali reo occulte dare occasionem fugiendi è carcere, ita Prælatus regularis, quãuis non possit audire huiusmodi professum in foro externo, potest tamen secluso scandalo illum occulte dimittere.

Dico septimo. Cum hic non sit vere professus, non tenetur etiam post lapsum quinquennij ex vi voti seruare regulas religionis, nec vota se-
24 cluso scandalo, nam sicut ficte professus non tenetur in foro interno, & occulte illa seruare, secus vero in foro externo ad vitãdum scandalum, vt tradunt Caiet. 2. 2. quæst. 88. ar. I. non longe à fine. Valentia 2. 2. disput. 6. quæst. 6. puncto I. colum. 6. §. ad probationem autem. Arrag. 2. 2. q. 88. ar. I. col. 16. conclus. I. Angles in floribus 2. par. in q. vnica de voto ar. I. difficult. 4. Azor tom. I. lib. 12. cap. 5. q. I. Roderic. in sum. tom. 2. c. 92. conclus. 5. ita nec hic tenebitur prædicta seruare, cum non sit religiosus, nec professionem inualidam vnquam ratificaue-
25 rit. Peccabit tamen hic recipiendo alimenta à monasterio, vt sentit Nauar. consil. 26. de regularibus. num. 13. & cõment. 4. de regular. num. 74. §. aduertendum quarto. vbi ait, hunc teneri restituere alimenta monasterio, nisi obsequia eius alia ratione ea mereãtur. Peccabit etiã hic mortaliter, si non ratificata professione ordines sacros suscipiat. ita Nauar. consil. 6. de his quæ vi in fine. & comment. 4. de regular. num. 72. versic. non obstat regula, cum ad ordines sacros ascendat sine vllo titulo patrimonij vel beneficij, sed solo titulo professionis, quæ est inualida, & tamen ei, qui non est vere religiosus, prohibitum est promoueri ad ordines sacros sine patrimonio vel beneficio,

ne

ne cogatur cum ordinis dedecore mendicare, vel ne sordidum aliquem quæstũ exercere cogatur, vt constat ex Concil. Trident. sess. 21. de reformat. cap. 2. & ex cap. neminẽ, & cap. sanctorum. dist. 70. & c. diaconi sunt. 93. dist. & cap. Episcopus. cap. tuis. de præb. at huiusmodi professus non est vere religiosus, quare peccabit suscipiendo ordines sacros, non habens nec patrimonium, nec beneficiũ; sicut etiã peccabit suscipiendo ordines sine literis dimissorijs sui legitimi Prælati, qui est Episcopus, cum is, qui non est religiosus, vt non est, qui professionem emisit inualidam, sine literis dimissorijs sui Episcopi ordinari non posit, vt constat ex Concil. Triden. sess. 7. cap. 10. de reformat. & Extrauag. Pij II. incip. Cum ex sacrorum. & docent Additionator ad Bernard. Diaz. cap. 26. ver sic. sine licentia sui Prælati. Henriq. lib. 10. de sacram. ordinis. cap. 22.

26 Excusabitur vero à peccato, & à censuris, si non posit sine magna iactura suæ famæ, & honoris vitare ordinum susceptionem, nam si tempore, quo alij religiosi solent ad ordines ascendere, ipse cum illis non ascenderet, facile alij iudicabunt, ideo eum non suscipere ordines, quia aliquo graui facinore tenetur obstrictus. quare ad vitandam grauem infamiam, poterit absque culpa ordines suscipere, nec vllam contrahet censuram, cum à religione cõmode discedere

27 nõ posit. & probatur. Excõmunicatus non potest exercere solemniter actum ordinis, quem habet, alioqui peccaret grauissime, & contraheret irregularitatem, vt patet ex c. si quis Episcopus damnatus, & cap. si quis Episcopus in Concilium 11. q. 3. sicut nec suspensus, vt constat ex cap. 1. de senten. & re iudic. & cap. 1. de senten. excommunic. in 6. sicut etiam nec interdictus, vt constat ex cap. is cui. de senten. excommunic. in 6. & asserunt Paludan. in 4. dist. 18. quæst. 4. versic. quintus effectus, & ibi Gabriel. quæst. 2. ar. 3. Valent. tom. 4. disp. 7. q. 10. punc. 3. §. 5. ver. tertium delictum. Henriq. lib. 14. cap. 7. Couar. in cap. Alma mater. par. 1. §. 2. num. 11. Sotus in 4. d. 22. quæst. 1. ar. 4. concl. 2.

An-

Antoni. 3. par. tit. 29. de irregular. cap. 1. §. 1. Tolet. lib. 1. cap. 72. num. 3. Angel. Excomm. vlt. §. 9. & irregularitas primo. §. 40. Nauarr. in summ. cap. 27. num. 163. & 244. Sebastian. Medices par. 2. tit. 9. quæst. 35. §. 4. Sylu. verbo irregularitas. quæst. 13. Tabiena irregularitas 4. in princip. Zerola in praxi Episcopali par. 2. verb. irregularitas. dub. 2. Ledesma 2. 4. q. 26. ar. 2. de irregularit. Maiol. lib. 3. cap. 21. Viuald. in tract. de excommu-

28 nic. num. 33. & tamen si fuerit excommunicatus, vel suspensus, vel interdictus occultus, nec possit abstinere ab exercitio ordinum sine periculo propriæ famæ, non peccat, nec vllam censuram, seu irregularitatem contrahit, si non abstineat, vt notant Henriq. lib. 8. de Eucharistia. cap. 47. num. 4. & lib. 13. cap. 21. num. 3. & lib. 14. cap. 3. num. 6. Nauarr. in summ. cap. 27. num. 239. Auila de censuris par. 7. disp. 2. dub. 2. conclus. 5. & disp. 9. sect. 2. dubio 1. non longe à fine, ergo nec talis professus peccabit, nec vllam contrahet censuram, si ordines suscipiat, cū absque notabili famæ suæ detrimento eorum susceptionem vitare non possit. Secundo; Quamuis lege humana præcipiatur, ne quis sacris ordinibus initietur absque sufficienti patrimonio, & absque literis dimissorijs sui legitimi Prælati, attamen huiusmodi lex est humana, quæ non obligat cū graui periculo amissionis propriæ famæ, lex enim naturalis & diuina de cauendo scandalo & de consulendo propriæ famæ anteponēda est legi mere humanæ, ergo si talis professus ad vitandam grauem infamiam suscipiat ordines sacros sine legitimo titulo, & sine literis dimissorijs sui legitimi Prælati, non peccat, nec vllam incurrit pœnam.

29 Obijcies. Potest huiusmodi professus vitare hæc omnia incommoda ratificando priorem professionem, ergo tenebitur in conscientia eam ratificare. & quidem ita sentit Angles, quando hic non potest commode fugere 2. parte, vbi agit de voto quæstione vnic. ar. 1. difficult. 4. & Rodericus in summ. tom. 2. cap. 92. conclus. 5. num. 5. & teneri hunc ratificare professionē videtur etiam sentire Nauarr. comm.

comm. 4. de regular. num.74. §.aduertendum quarto. Respondeo negando consequentiam. hic enim non est obligandus ad suscipiendum statũ religiosum. cum hic status, si non sponte suscipiatur, sit grauissimum onus, & propterea videmus ob nullam culpam quãuis grauem aliquem astringi ad suscipiendum hunc statum, aut ad perpetuam castitatem seruandam, & ad viuendum sub obedientia.

30 DICO octauo. Si talis professus ad vitanda tot incommoda velit professionem ratificare, satis erit, si ipse eam ratificet, nec requiritur consensus, & acceptatio de nouo superioris, qui iam illam acceptauit, quocunque modo professio fuerit irrita siue ob defectum cõsensus ipsius religiosi, siue ob metum grauem, ratione cuius emisit professioné, siue ob defectum ætatis legitimæ ad profitendum, siue quia ante annum & nondum expleto nouitiatu professus est. ita Nauar. conf. 27. de regulari; vbi ait, non oportere eum publice de nouo profiteri, sed satis videtur vt ipsemet eam ratificet, & monasterium permanserit in illo consensu, quia eius professioni consensit, & eam recepit arg. cap. ad id. de sponsalib. vbi matrimonium metu contractum sit validum, si cessante metu, pars, quæ metu consensit, ratum habeat illud saltem tacite. idem asserit conf. 28. num. 3. eodem titul. de regular. Rodericus in sum. tom. 2. cap. 8. concl. 4. num. 5. Grassius in decision. par. 1. lib. 3. cap. 5. num. 24. Sorbus in compend. priuileg. Men dicant. verbo nouitius. num. 4. quam sententiam putat esse probabilem & tutam in praxi Sanchez lib. 7. de matrimo. disp. 37. num. 64. quamuis contrariam dicat esse rationi conformiorem, tutiorem, ac probabiliorem. & lib. 2. de matrimo. disp. 35. num. 4. asserit in hoc casu non satis esse solo interno actu professionem renouari, sed oportere iterum professionem recipi actu externo, & monasterij superiore denuo admittente, cum vtriusq; actus nullus fuerit, satis autem esset si ipse sciens nullitatem prioris professionis, & superiore similiter conscio, admitteretur ad actus professionem, postquam impedimentum cessauit, quia

tunc

tunc est professio tacita iuxta cap.vidua.de regular. loquitur vero in dicto num. 4. quando prof.ssio fuit omnino inualida, quia scilicet profitens incapax erat ob ætatis defectum, vel anni nouitiatus, vel aliam causam, nam quando est capax professionis, cum tamen ficte aut metu professionem emiserit, putat tum dicto num. 4. tum disput. 32. eiusdem libri secundi de matrim. num. 14. fieri hunc vere professum, si interne professionem ratificet, quia ex parte religionis admissio fuit legitima, vnde nihil oportet religioni intimare, & similiter sufficeret quacunque temporis distantia intercedente. Azor item tom. 1. lib. 12. c. 4. quæst. 7. putat, quod, quando quis ante annum probationis exactum professionem emisit, non sufficiat, si tanquam professus à cæteris professis, etiã à religionis Præfecto habeatur, si professorum opera faciat, vt si ferat suffragium in conuentu, in consessu, in comitijs, si Abbatis iussu sacris ordinibus initietur, sed oporteat, vt Abbas eum denuo scienter tanquam professum recipiat. ita Azor. & probatur requiri denuo consensum superioris.

31 Quando matrimonium ob aliquam inhabilitatem est irritum, ad hoc, vt conualescat, & fiat validum, requiritur necessario consensus amborum coniugum, qui debent scire prius matrimonium fuisse inualidum, vt docent Hostiens. in cap. 5. de eo, qui duxit in matrim. in princip. & ibi Henric. num. 5. Anton. nu. 8. Præpos. in cap. non debet. de consanguin. num. 20. D. Thom. in 4. dist. 40. quæstione vnic. ar. 4. ad 6. & ibi Ricchard. ar. 1. q. 6. Sotus in 4. dist. 27. q. 1. ar. 3. vers. sed alia hinc. Caietan. in summ. verb. matrimonium. in tit. contractus matrimonij potest reddi. ver. tertiũ caput. Arrag. 2. 2. q. 33. ar. 6. conclus. 3. Syluest. matrimonium 6. q. 5. dicto 2. Nauarr. in summ. cap. 22. num. 47. & 80. Abulens. in 1. Regum cap. 8. q. 38. Cordub. in sum. q. 189. punc. 1. & in quæstionario lib. 1. q. 11. ar. 2. dicto 1. Henriq. lib. 12. cap. 1. num. 7. Sarmiẽto lib. 6. selectarum cap. 17. in fine, ergo etiam quando professio est nulla, pariter requiritur nouus consensus superioris,

ris, qui debet scire professionem factam à subdito fuisse inualidam. Respondeo argumentum probare requiri nouum consensum, & nouam acceptationem cum scientia, quod prior professio fuerit irrita, at dicendum est, sufficere nouum consensum & nouam acceptationem Romanorum Pontificum, qui cum sint superiores omnium religionum, acceptāt illam professionem statim atq; is, qui emisit professionem irritam, illam ratificat. nam sic est in iure canonico statutum, nempe in cap. significatum. de regular. vbi Alexander Tertius statuit, quendam, qui ante decimum quartum annum professionem emiserat, non fuisse vere professum, at si post 14. annum professionem à se prius factum ratificet, per talem ratificationem priorem professionem inualidam reddi firmam & validam. Idem etiam est statutum in c. primum eodem titul. de regularib. in 6. ab Innocentio Quarto. Cum igitur Summi Pontifices statuerint, vt quando emittitur professio inualida, illa conualescat per nouam ratificationem ipsius professi, dicendum est, cum professio sic ratificata acceptetur à Romanis Pontificibus, non requiri nouum consensum nec nouam acceptationem aliorum Prælatorum illius religionis, in qua inualide est professus. Idem etiam statuitur in Conc. Trid. dicta sess. 25. de regular. cap. 19. vbi dicitur, professionem irritam ob aliquod impedimētum ratificari, quando talis professus per quinquenniū non reclamauit, nec requirit concilium nouum consensum, nec nouam acceptationem superioris, quare satis est, si Ecclesia de nouo acceptet, vt censetur acceptare, statim atque ille professus suam priorem professionem ratificat absque nouo consensu Prælati regularis.

Ad id vero, quod affertur de matrimonio, respondendum est, non esse parem rationem, nam Ecclesia non potest nomine alterius matrimonium acceptare, nec item potest supplere consensum talis professi, ita vt eius professio reddatur valida, vt bene notat Nauar. consil. 31. de regular. potest tamen professionē nomine religionis acceptare, vt de facto

eam

eam acceptant Summi Pontifices tanquam supremi Gene-
32 rales omniũ religionũ. Deinde non est ita certum in matrimonij ratificatione requiri consensum vtriusque coniugis, nam nonnulli probabiliter putant, satis esse, si renouetur consensus eius, qui impedimẽtum sciuit. ita Angel. impedimentum tertio impedimento 4. num. 10. Sotus in 4. dist. 35. quæst. vnica. art. 2. vers. sed percontatis, Petrus de Ledes. de matrim. quæst. 52. art. 1. dub. 2. Lopez in instructo. 2. part. de matrim. cap. 47. vers. prætereа.

33 Dico nono. si huiusmodi religiosus velit ratificare priorem professionem irritam, erit verus religiosus, nec requiritur, vt annum nouitiatus iteret. ita videntur sentire Azor tom. 1. lib. 12. cap. 1. quæst. 6. §. si quæras. Nauar. cons. 27. de regular. num. 2. Palacius in 4. dist. 38. disput. 1. quamuis contrarium videantur sentire Nauar. cons. 89. de regular. n. 5. & cons. 26. num. 17. & 19. eodem tit. Rodericus in sum. tom. 2. cap. 5. num. 2. Palacius in 4. dist. 27. disp. 2. col. vlti. probatur nostra opinio. Ante Concilium Tridentinum non requirebatur in hoc casu iterare nouitiatum, vt patet ex c. cum virum. cap. significatum. de regular. & cap. 1. eodem tit. in 6. ergo nec postea, cum contrarium non sit statutum in
34 Concilio Trident. & iurium correctio sit vitãda, cum enim dispositio correctoria sit odiosa, non est extendenda, sed restringenda, vt non alios casus, quam expressos contineat, & comprehendat iuxta cap. cum expediat. de electio. in 6. & l. vnic. C. de inofficios. doti. & l. præcipimus C. de Appellatio. l. sancimus. C. de testibus. §. finali in Authent. de Administra. officij. l. si furioso. C. de nuptijs. l. si vero. §. de viro. ff. solut. matrim. Authent. quas actiones. C. de sacros. Eccles. & asserunt Euerard. in Topicis legalibus in loco à ratione legis. num. 14. Surdus decis. 208. nu. 5. Matthesil. trac. de extẽsio. in princ. num. 1. Alciat. Cõment. de verb. significat. lib. 2. num. 34. & 35. Notandum tamen est in aliquibus casibus fuisse olim iterandum nouitiatum, vt de quibusdam criminosis, & de natis ex incestu & sacrilegio statuit Sixtus Quintus

tus

tus in consti tut.incip. Cum de omnibus. edita anno domini 1586. sexto Calendas Decembris, quamuis taliter natos effecerit postea habiles ad profitendum in religione Gregorius Decimusquartus præmissa quadam informatione. Sixtus enim Quintus in dicta cõstitutione in §. ne igitur contingat vult, vt talium personarum habitus susceptio, & professio sint omnino irrita. Notandum item est Clementem Octauum anno domini 1602. die secunda reuocasse prædictas constitutiones, quatenus irritabant professionem in posterum faciendam, illasque ad ius commune reduxisse, quamuis remanerent in suo robore pœnæ latæ contra superiores, qui ad religionem admittunt habentes illa impedimenta, aut in admissione nouitiorum non seruant certam formam in illis præscriptam.

Obijcies. Nouitiatus factus cum impedimentis est omnino irritus, præcipue quando deest consensus ingredientis in religionem ingrediendo scilicet in eam animo ficto, ergo nihil potest operari, ac proinde de nouo ante professionis validitatem iterandus est, cum ad professionem faciendam requiratur, vt præcedat annus integer nouitiatus ex Concil. Trident. sess. 25. de regularibus cap. 15. Respondeo talem nouitiatum esse irritum non absolute & simpliciter, sed solum quo ad forum internum, quatenus scilicet qui est ingressus religionem, non est vere nouitius, nec gaudet nouitiorum priuilegijs; at est validus quo ad effectum vt nempe hic sit expertus religionis asperitatẽ, & religio pariter eius mores sit experta, cum tamen nouitiatus propter hæc duo sit potissimum institutus. c. ad apostolicam. de regularibus, non igitur ad ratificandam professionem necesse est repetere

35 nouitiatum. sicut etiam matrimonium celebratum corã Parocho & testibus, irritum tamẽ ob aliquod impedimẽtum occultum non est omnino nullũ, cum in foro externo præsumatur validum, & propterea non est necesse post impedimentum cognitum ab ipsis coniugibus celebrare illud de nouo coram parocho & testibus, habita à Sede Apostolica dispensatione illius impedimenti,

ti, sed satis est, si coniuges iterum consentiant vt bene asserunt Palacius in 4. dist. 30. disp. prima col. 2. Philiarch. tom 1. par. 2. lib. 2. cap. 13. Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 45. art. 5. dub. penult. Vega in summa lib. 6. casu 93. in fine, & casu 143. Lopez in instruct. parte 2. agens de matrimonio cap. 47. & capite 39. & cap. 40. in fine. Nauar. in sum. cap. 16. num. 37. & c. 14. de sponsal. in fine. Rodericus in sum. tom. 1. cap. 220. nu. 2. Henriq. de matrimonio cap. 3. nu. 6.

36 Dico decimo. Qui ad profitendum sunt inhabiles, quales sunt habentes perpetuum impedimentum, possunt reclamare etiam trāsacto quinquennio, nec concilium loquitur de huiusmodi personis. ita Nauar. cons. 26. de regular. num. 12. & vlt. probatur quia alioqui contrarium esset in graue damnum religionis, quæ posset habere statuta, quibus prohibeatur, ne habentes aliqua impedimenta admittantur ad religionem, & si admitterentur, eorum admissio esset inualida, nam cogeretur religio transacto quinquennio huiusmodi religiosos retinere, & ita

37 decretum in fauorem religionis esset in illius damnum contra id, quod habetur in l. quod fauore. C. de legibus. & contra id, quod habetur in regula quod in gratiam. de regul. iuris in 6.

38 Sequeretur etiam, quod is, qui erat inhabilis, cōmodum ex suo delicto reportaret contra id, quod habetur in cap. tuæ. de clerico non residente. cap. sedes. cap. ex tenore. de rescriptis. cap. ex litteris. de dolo, & contumac. c. ad nostram. de emption. & vēdition. vbi dicitur fraus & dolus cuiquam patrocinari non debent. cap. pastoralis. de officio delegat. c. statuimus. eodem tit. in 6. cap. dictum. 30. quæst. 1. l. vlt. in fine. C. de reb. credit. l. dubium. C. de repud. l. 2. C. qui milit. non posint. lib. 12. l. si ab hostibus. §. 1. ff. solut. matrim. vbi dicitur iniquum esse ob suum facinus quempiam aliquid lucrifacere, l. itaque. in princip. ff. de furt. vbi dicitur. sed nemo de improbitate sua consequitur actionem. & l. 1. in princ. ff. de dol. mal. vbi dicitur. Nec illis malitia sua sit lucrosa. l. ne ex dolo. eodē tit. vbi dicitur. Ne ex dolo suo lucretur. l. sed & si. §. pla-

§.plane.in fine. ff.de exhib. vbi dicitur. Ne ei sua calliditas profit. l. penult. C.de legatis, vbi dicitur, vt non accipiat fructum suæ calliditatis, l.si remunerandi. §.Maurus. ff.mandati. vbi scribitur, nullam actionem propter suam calliditatem habere. l.ita demum. ff. de arbit. vbi scribitur. ne quis doli sui præmium ferat. l.verum §.tempus. ff. pro socio, vbi scribitur æquum non esse dolum suum quenquam releuare. deinde probatur. quia si contrarium esset verum, sequeretur, quod si vir ementito sexu fuerit ingressus monasterium monialiũ, ibique professionem emisisset, non posset reclamare post quinquennium, sicut nec fœmina pariter emẽtito sexu fuisset ingressa monasterium virorum, ibique professionem emisisset, nec etiam posset reclamare quinquennio elapso contra id, quod habetur in cap. definimus 18. quæst. 2.

Obijcies. In dicto decreto Concilij Trident. sess. 25. de regula. cap. 19. dicitur professos transacto quinquennio ex quacunque causa non esse audiendos, nec posse reclamare; ergo etiam habentes perpetuũ impedimentum ad profitendũ, si intra quinquennium non reclamant, non sunt amplius au-
39 diendi, nam dictio quicunque etiam extenditur ad casus improprios, vt scribũt Abbas lib. 2.cons.3.dub.3. Alexand.lib.6. cons. 7. & lib.7.cons. 95. Corneus lib.1.cons.16. Gozadinus cons.6. 8.& 14.& 104. Matth. de Afflict. decis. Neapol. 386. Curt. iunior in tract.feudali 3. par. quæst.vlt. Alciat. in l. mouentium. ff.de verb. signif. Roman. in l. id tempus. §. 1. ff. de vsucap. Socinus in l. si rem legatam.in fine.ff.de exception. Decius cons. 395. & cons. 429. Franc. Ripa in l. ex facto. §. si quis.ff. ad Senat.Consult.Trebel. num. 16. Barbat. lib.4.cõs. 18. Respõdeo dictionem illam ex quacunque causa esse interpretandam in ordine ad personas habiles, vt obseruant Rebuff.in tract. de pacific. possessoribus n. 172. Ludouicus Gomez in regula de annali possessore quæst.3.§.non obstat.

40 Dico vndecimo. Vt professio irrita fiat valida, & conualescat, necessario requiritur, vt professus sciat suam professionem esse inualidam, eamque postea ratificet, nam si eam

 rati-

ratificet ignorans priorē fuisse inualidam, professio in hoc casu non efficitur valida, ita Nauar. in sum cap. 12.num.71. & Comm. 4 de regular num.74. §. aduertendum 4. & cons. 4. de his quæ vi.num. 8. & cons. 17.in fine de regularib.& cons. 23.n.2.& cons.26.n. 15. & 18. & cōs.27.n.4.& cons.28.in fine.& cons.29.n.1.& cōs.34. in 4.& cons.89. nu. 3.& 5.eodem tit. de regular. Sanchez lib. 1. de matrim. disp. 16.num. 7. & lib. 2. disp. 36. num.3.& lib.7. disp.37.num.59.Roder.in sum. tom. 2. cap.5.num.2.& cap.8. conclus 4.num 5.Sorb.in compend. priuileg. mendican. verbo nouitius. notab.4. Azor to.

41 1.lib.12.cap.4.quæst.7.probatur. si quis inualide vouit religionem, quod votum postea ignoranter ratificet, non obligatur vi illius voti, sed requiritur, vt habeat notitiam inualiditatis prioris voti, & postea velit illud ratificare, non obstante nullitate prioris voti, vt affirmant Nauar. in sum. cap. 12. num. 71.Rosella matrimonium 4. num.5.& votum 2.nu. 13. Syluest.matrimonium 4.§. 10.Vega in sum.lib.5.casu 97. & 105. Cordub.in sum.quæst. 146. & 147.Roderic.in summ.

42 tom.2.cap. 99. num.7.Item si quis contrahat sponsalia inualida, ad hoc, vt postea illorum ratificatio valeat, requiritur, vt habeat notitiam nullitatis sponsalium, alioqui si ea ratificauerit, ratificatio non erit valida, vt sentiunt Ancharan. in cap. literas. de despon-sat. impuber.num. 8. Franc. in cap.vnic.de desponsat. impub. in 6.in princ.num.5.Brunel.de

43 sponsalib.concl.5.num.1.Item si quis contrahat matrimoniū, quod ob aliquod impedimentum est inualidum, ad hoc, vt conualescat, requiritur, vt contrahens cognoscat illud matrimonium esse inualidū, alioqui si hoc non cognouerit, tale matrimonium, quamuis ratificetur, non efficitur validum, vt scribunt Nauar. in sum.cap. 22. num. 47. & consil. 13. de sponsalibus, & consil. 4.de his quæ vi. num.8.Antoni. Cucus lib. 5. institut. tit. 12.num. 82. Philiarch.tom.1.par.2.lib.2.c. 13.Rosella matrimonium 4. n. 4.& 5.Henriq.lib.11. de matrimon. cap.9.num.7. Angel. matrimonium secundo. num. 17. Sylu. matrimonium 5. quæst. 10. Palacius in 4.dist.28. disp.

prima

prima. Veracrux par. 1. speculi. art. 29. in fine. Victor. relectio. de matrimon. par. 1. nu. 10. Glos. in c. 1. de eo qui duxit in matrim. verb. inscia. & ibi Io. Andr. in fine. Antoni. num. 8. Ricchard. in 4. dist. 40. artic. 1. q. 6. Supplement. Gabriel. in 4. dist. 35. quæst. 1. art. 2. conclus. 3. Abulens. in lib. 1. Regũ cap. 8. quæst. 38. ergo etiam, quando professio ob aliquod impedimentum est inualida, ad hoc, vt reddatur valida per ratificationem, requiritur, vt habeatur notitia nullitatis prioris professionis.

44 Secundo. Quod nullum est, ratificari non potest. cap. ad dissoluendum. de desponsat. impub. & notant ibi glos. verbo accusari. Hostien. in cap. dilectus. de sponsalib. verb. contrario. & ibi Io. Andr. num. 7. Ancharan. num. 3. Idem Hostiens. in cap. 1. de eo, qui duxit in matrimon. in fine. Abbas in c. prudentiam. de officio deleg. in princ. num. 19. sed prior professio fuit nulla, ergo profitens non potest illam ratificare, nisi conscius nullitatis professionis velit de nouo emittere professionem, nam sine tali notitia cum credat priorem professionem fuisse validam, vult solum illam approbare, non tamen de nouo facere professionem.

Tertio. Actus non operantur vltra agentium opinionem. l. omnis initio. ff. si certum petatur. sed huiusmodi professus ignarus inualiditatis prioris professionis non vult de nouo professionem emittere, sed solum approbat priorem, ergo vt ratificatio prioris professionis reddatur valida, requiritur notitia inualiditatis illius professionis.

45 Quarto. Error tollit consensum. l. si per errorem. ff. de iurisdict. omn. iudic. & nihil est magis contrarium consensui quam error, vt dicitur in l. nihil consensui. ff. de regul. iuris, sed cum ratificatur professio inualida, & ignoratur, quod sit inualida, in tali ratificatione interuenit error, & deest consensus, ergo per talem ratificationẽ professio, quæ erat inualida, non potest reddi valida.

Dico duodecimo. Si huiusmodi professus dubitet, an priorem professionem inualidam ratificauerit, debet transacto quinquẽnio præsumere, quod eam ratificauerit. ratio

46 est, quia in dubio recurrendũ est ad coniecturas & præsumptiones, vt tradunt Mascard. de probat. conclus. 94.n.4.Menoch.de arbitrar.casu 361. nu. 1. Marcus Mantua vol. 1. consil.24. num.4.Laurent.Silu.cõsil.7.num.21. Socin. volum. 1. consl.28.num.14. Mandos.in regul. Cancell. reg.5. quæst.4. num.7.Corneus volum.3.consl. 45. at Concilium Trident.sess. 25. de regular. cap.19. præsumit professum ratificasse suam professionem,si per quinquennium contra eam non reclamauit, ergo professus, qui dubitat, an priorem professionem ratificauerit, debet præsumere, quod eam ratificauerit, si intra quinquennium contra eã non reclamauerit, vt se cõformet sensui & menti Concilij, cum Concilijs peculiari prouidentia Deus assistat.

47 Secundo. Quando quis in foro externo cogitur permanere in religione, tenetur etiã in foro interno ad idem, cum in vtroque foro idem sit seruãdum,quando forum externum nõ innititur falsæ præsumptioni, nec constat de contraria voluntate,vt sentiunt Sotus libro 4. de iustit. quæst.5.art.3. vers. quarto arguitur. Couarr. in cap.cum esses.de testamentis. nu.7. Ledesma 2. 4. q. 18. art. 1. dub. 12. sed in foro externo cogeretur huiusmodi professus permanere in religione, ergo in foro interno ad idem cogitur, & propterea debet præsumere, quod priorem professionem ratificauerit.

48 Tertio. Qui dubitat,an matrimonium sit validum necne, debet præsumere, quod sit validum, vt affirmant Couarr. in 4. decretal. 1. par. c. 4. §.1.nu. 9. Menoch. de præsump.lib.3. præsump. 1. num. 30. Gregor. Lop. l. 3. tit. 1. part. 4. verbo. con ella, ergo etiam qui dubitat, an priorem professionem ratificauerit,debet præsumere, quod ratificauerit.

Quarto. Qui ante Concilium Tridentinum post spõsalia accedebat ad sponsam de futuro, si dubitasset, an ad eã accesserit animo fornicario an vero coniugali, tenebatur in foro conscientiæ præsumptioni iuris, quod scilicet accesserit animo coniugali, itaut per talem copulam sponsalia transierint in matrimonium, vt docent Couar. & Menochius locis cit. ergo etiam qui dubitat

tran-

transacto quinquēnio, an priorem professionem ratificauerit, tenetur stare præsumptioni iuris Concilij Tridentini, quod scilicet eam ratificauerit; vt præsumit Concilium.

Quinto, qui dubitat de valore professionis, tenetur ad eã, quia in dubio pro religione est iudicãdum ex Nauar. cons. 13. de regularib. n. 10. vbi allegat l. sunt personæ. ff. de religio. & sumptibus funerum, in qua dicitur. summa est ratio, quæ pro religione facit, ergo qui dubitat, an ratificauerit professionem irritã, debet præsumere, quod eã ratificauerit. Sexto. In dubio possessio stat pro religione, & pro ea etiam existit præsumptio iuris, & religio habet ius retinendi huiusmodi religiosum, & reducendi eum, si ex illa discesserit, ergo etiam in foro conscientiæ debet præsumi, quod professus intra quinquennium non reclamans habuerit animum ratificãdi professionem, nisi constet de contraria voluntate.

50 Dico decimotertio. Si professus dicat, se intra quinquennium non ratificasse professionem, non est illi credendum. ita sentire debent omnes ij, qui scribunt non esse fidem habēdam professo asserenti se fictę emisisse professionem, vt scribũt Turrian. li. de votis monastic. folio 32. Caietan. 2. 2. q. 88. ar. 1. non longe à fine. Valent. 2. 2. disp. 6. q. 6. puncto 1. col. 6. §. ad probationem autem. Arrag. 2. 2. quæst. 88. art. 1. col. 16. §. hoc proposito sit prima conclusio. Palac. in 4. dist. 38. disp. 1. col. 31. concl. 3. Sotus lib. 7. de iustit. quæst. 1. art. 2. col. 7. vers. arguitur autem. Angles in floribus 2. parte agens de voto quæst. vnica art. 1. difficult. 4. Nauar. in sum. cap. 11. num. 27.

Dico decimoquarto. Cõcilium Tridentinum dicta sess. 25. de regularibus cap. 19. loquens de professione comprehendit sub ea non solum professionem expressam, sed etiam tacitam; & quod disposuit de professione expressa, censetur idem disposuisse de professione tacita. ita Azor tom. 1. lib. 12. cap. 4. quæst. vlt. Nauarrus comm. 4. de regular. num. 73.

51 nec enim professio tacita est per Concilium Tridentinum correcta, vt bene notant Azor dicto cap. 4. quæst. 6. in fine. Nauar. cons. 28. de regular.

 nu.

num. 5. Rodericus in sum. tomi 2. cap. 8 num. 1. & tom 3. quæstio. regular. quæst. 17. art. 1. in fine. Menoch. vol. 4. cōs. 396. num. 12 Sorbus in compendio priuileg. Mendicant. verbo nouitius. notabili 3. §. primo aliquid operatur. Palacius in 4. dist. 38. disp. 1. col. 32. vers. porro autem. nam Concilium Trident. sessio. 25. de regular. cap. 15. & 16. loquens de valore professionis, nihil in illis textibus dicit, per quod significetur tolli professiones tacitas, requiritur tamen, vt præcedat annus nouitiatus, & sint expleti 16. anni illius, qui professionē tacitā vult emittere.

52 Emittebatur vero olim professio tacita per delationem habitus professorum, vt patet ex cap. ad nostram. de regular. & cap. constitutionem, eodem tit. in 6. & Clement. final. de regularib. & tradunt Abbas in dicto cap. ad nostram. num. 3. Nauar. consil. 43. de regularib. num. 2. & Comment. 4. de regularibus, num. 74. notabili 3. Rodericus tom. 3. quæst. regular. quæst. 17. art. 1. Angelus verb. nouitius. nu. 12. Tabiena eodem verbo quæst. 5. n. 6. Syluest. verbo religio. 3. q. 19. vers. secundo inducitur. Item olim

53 professio tacita inducebatur per exercitiū actuum, qui proprij essent professorum, nam cum illi actus cōpeterent professis, qui illos exercebant, solētes eos ad professos pertinere & in illis se cum alijs professis ingerentes, eo ipso censebantur velle profiteri, vt constat ex cap. vidua. de regular. & asserit ibi Abbas. nu. 6. Azor tom. 1. lib. 12. cap. 4. quæst. 3. Armilla verbo nouitius. num. 7. Angelus eodem verbo num. 12. Tabie. quæst. 5. nu 6 Sylu. verb. religio 3. quæst. 19. vers.

54 primo ergo. Hic nota in dictis cap. vidua. & c. ad nostram. de regularib. legi professionem tacitam & expressam eandem obligationem inducere, & idē dicitur in c. vnico de voto in 6. & c. 2. de regular. in 6.

Dico decimoquinto. Ad dubium principale propositum in principio huius quæstionis respondendū est Petrum posse post quinquennium reclamare, debereque audiri, eiusque professionem esse etiam inualidā, præsertim cùm illa religio, in qua Petrus emisit professionē, habeat priuilegiū à sede Apostolica, vt omnes conuentiones,

nes, obligationes, compositiones, pacta, & alia similia, quæ fiunt à superioribus religionis absque consensu capituli generalis, sint omnino inualida & irrita, si fuerint contra constitutiones decreta, & consuetudinem ipsius religionis, & probatur talem professionem fuisse inualidam. Ad valorem professionis requiritur, vt Prælatus regularis seu capitulũ possit acceptare eum, qui vult profiteri, at capitulum prouinciale non habebat facultatem acceptandi Petrum, qui antea fuit nouitius in ordine monachali, cũ hæc facultas esset ei denegata per capitulũ generale, ergo talis professio est inualida. Secundo, quãdo emittitur professio, celebratur cõtractus obligationis, & conuentionis inter religionẽ, & religiosum, quatenus nimirum religio tenetur illum alere, & religiosus tenetur obseruare regulas suæ religionis, suisque superioribus obedire, at capitulum prouinciale non potuit se ad hoc obligare, cum per priuilegium à sede Apostolica eidem religioni concessum redilantur irritæ & inualidæ omnes conuentiones & obligationes, quæ sunt contra constitutiones, & consuetudinem illius religionis, vt est admissio personæ, quæ suscẽpit habitũ alterius religionis, cum igitur talis obligatio & conuentio inter talem religiosum & religionem sit nulla, sequitur professionem factam à Petro esse omnino nullam.

Tertio. Si capitulum prouinciale, cui erat incognitum impedimẽtum Petri, illum acceptasset cum conditione expressa, dummodo non gestasset habitũ alterius religionis, admissio Petri in talem religionẽ eiusque professio in ea fuisset omnino nulla, ergo cum capitulum prouinciale admiserit Petrum ad religionem, & ad professionem cum conditione tacita, si nõ fuerit nouitius alterius religionis, admissio Petri ad hanc religionem & professio in ea facta fuit omnino nulla. Quod vero acceptauerit Petrũ cum hac tacita cõditione, patet, quia non est censendum patres magnæ doctrinæ & auctoritatis velle in admissione nouitij facere contra constitutiones, & consuetudines suæ religionis. Quod vero admissio cum hac tacita conditione sufficiat, vt admissio & profes-

55 sio sit inualida, patet, quia par est virtus taciti & expressi, idemque operatur, vt constat ex l. de quibus. in fin. ff. de legibus, & l. cum quid. ff. si certum petatur. & l. triticum. ff. de verbor. obligatio. & docet Cepola consil. 21. & sicut conditio expressa impedit ortum & natiuitatem actionis & obligationis. l. cedere diem. ff. de verbo. significat. ita etiam conditio tacita impedit ortum & natiuitatem actionis & obligationis, quod etiam docet Glosa in l. 2. §. creditum. verbo, post nuptias. ff. si certum petatur.

Obijcies. Quamuis religio prohibeat, ne admittatur is, qui fuit nouitius alterius religionis, non tamen propterea talis admissio & professio debet censeri irrita, multa enim fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent. c. ad apostolicã. de regular. ergo admissio & professio Petri nõ fuit inualida

Respondeo religionem non solũ prohibere huiusmodi admissionem & professionem, sed etiam reddere eam irritam, cum per priuilegium concessũ à summo Põtifice huic religioni sint irritæ, & inualidæ omnes obligationes, & cõuentiones, quæ sunt contra constitutiones & consuetudines huius religionis, qualis est hæc obligatio & conuentio inter Petrum & religionem.

Obijcies secundo. Quamuis professio emissa à Petro fuerit inualida, at quia non reclamauit intra quinquennium, non debet amplius audiri, vt statuit synodus Tridentina, ergo tenetur permanere in religione. Respondeo Concilium non loqui de habentibus perpetuũ impedimentum, vt dixi dictõ 10. at Petrus habet impedimẽtum perpetuum. Respondeo secundo. Concilium loqui, quando superior habet facultatem admittendi aliquem ad nouitiatum, & professionem, at capitulum prouinciale non habebat facultatem admittẽdi Petrum, qui fuit nouitius alterius religionis. Respondeo tertio sicut ei, qui habet impedimentum temporale ad profitendũ, & durat per totum quinquennium, nec potest illud tollere, conceditur, vt etiam transacto quinquennio possit reclamare, vt accidit, cum quis per metum emisit professionem, & metus adhuc duret per totum quinquenniũ, vel si alicui non-

dum

dum esset impleta ætas legitima ad profitendum, nam cum impedimentum irritet professionem, quandiu durabit, impedict, & ita non potest professio ratificari, ita etiam Petro in casu nostro debet concedi posse reclamare post quinquennium, eum adhuc habeat impedimẽtum, quod eum reddit inhabilem ad profitendum in tali religione.

SVMMARIVM.

1 *Ad sacros ordines nemo sine titulo promoueri potest.*

2 *Olim ad minores ordines non erat licitum promoueri sine titulo.*

3 *Consuetudine introductum est licitum esse ascendere ad ordines minores absque titulo.*

4 *Cõcilium Tridentinum solum requirit titulum in eo, qui sacris ordinibus initiatur.*

5 *Religiosi possunt promoueri ad sacros ordines sine titulo beneficij & patrimonij.*

6 *Religiosi Societatis Iesu possunt ascendere ad ordines sacros sine titulo beneficij & patrimonij.*

7 *Ad substantiam status religiosi non necessario requiruntur vota solemnia, sed sufficiunt vota simplicia.*

8 *Aliqui doctores asserunt hominem fieri religiosum non per votum simplex, sed per votum solemne.*

9 *Votum solemne & simplex non differunt essentialiter, sed solũ accidentaliter, & ex sola Ecclesiæ institutione.*

10 *Pius Quintus statuit, vt clerici regulares non professi non possint suscipere ordines sacros sine titulo.*

11 *Gregorius XIII. concessit Societati Iesu, vt eius religiosi non professi possint suscipere ordines sacros sine titulo.*

12 *De iure antiquo ordinatus absque titulo eo ipso suspensionem incurrebat ab exercitio ordinis sic suscepti.*

13 *Episcopus, qui ordinauit clericum sine titulo, tenetur ei prouidere necessaria ad victum, donec habeat titulum.*

14 *Quando quis ordinatur, dicens se habere beneficium vel patrimonium sufficiens, cum vere illud non habeat, talis ordinatus ipso iure incurrit suspensionem ab ordine iuxta aliquos doctores.*

15 *Aliqui dicunt ordinatum nullam incurrere suspensionem, etiam si falso diceret se habere beneficium vel patrimonium, cum vere illa non habeat.*

16 *Pœna non sunt imponendæ nisi in casibus in iure expressis.*

17 *In pœnis benignior & mitior pars est sequenda.*

18 *Dolus & fraus nemini debent patrocinari.*

19 *Pœna suspensionis imposita in cap. neminem. & in cap. sanctorum fuit sublata.*

20 *Qui ad sacros ordines promouetur* cum

cum pacto inito cum Episcopo ante ordinis susceptionem se ab illo victum nō petiturum est suspensus ab ordine suscepto.

21 *Ignorātia facti non iuris excusat, quo modo hac regula intelligatur.*

22 *Per constitutionem Sixti V. clerici sine sufficienti beneficio vel patrimonio promoti ad ordines sacros sunt suspensi.*

23 *Constitutio Sixti Quinti fuit redacta ad terminos antiquorum canonum.*

24 *An ordinator teneatur semper alere ordinatum absque titulo patrimonij vel beneficij.*

25 *Si Episcopus ordinat aliquem, qui habet patrimonium, quod postea casu pereat, non tenetur illi alimenta praestare.*

26 *Minor, qui est in dolo, qui nempe iurauit se esse maiorem, excluditur à restitutione in integrum.*

27 *Qui non facit id, ad quod tenetur est in culpa, & in dolo.*

28 *Non debet persona praesertim publica alicui credere, nisi is vel per testes, vel per instrumenta probet, quod tenetur probare.*

29 *Ad Episcopum spectat adhibere diligentiam, an ordinandus habeat verum, & sufficientem titulum.*

30 *Clericus constitutus in ordine sacro, si non habet, vnde viuat, alendus est ab Episcopo, qui illum ordinauit.*

31 *Episcopus neminem promouere debet ad sacros ordines, nisi habeat patrimonium vel beneficium sufficiens.*

32 *Tenetur Episcopus praestare alimenta ordinato iuxta dignitatem ipsius ordinati. alij contrarium volunt.*

33 *Quando clericus habet, vnde viuat, non tenetur Episcopus tunc eum alere.*

34 *Non dicitur pauper, qui habet patrem diuitem.*

35 *Si Episcopus ordinauit clericum sine sufficienti titulo, possunt cogi haeredes Episcopi ad eum alendum.*

QVAESTIO XLIX.

Quidam sine beneficio et patrimonio ordines sacros suscepit, venit Romam, vt sua conscientia consulat, quaerit, an aliquam censuram incurrerit.

1 DIco primo. Ad sacros ordines nemo sine titulo promoueri potest, vt patet ex cap. neminem. dist.70. vbi legimus, neminem absolute ordinari presbyterum, vel diaconum, vel quemlibet in ecclesia-

sia-

siastica ordinatione constitutum, nisi manifeste in Ecclesia ciuitatis, siue possessionis, aut in martyrio, aut in monasterio, qui ordinatur, mereatur ordinationis publicatæ vocabulum. vbi Glosa per illam dictionem absolute intelligit sine titulo, & per nomen possessionis intelligit titulum patrimonij, & per martyrium putat intelligi locum, vbi sunt reliquiæ martyrum, vel Ecclesiã regularem. Idem constat ex cap. sanctorum. eadem dist. 70. quod est desumptum ex Concilio Chalcedonensi actione 15. can. 6. vbi dicitur. Sanctorũ canonum statutis consona sanctitate decernimus, vt sine titulo ordinatio irrita habeatur. In cap. non liceat. de præbendis hæc habentur. Non liceat vlli Episcopo ordinare clericos, & eis nullas alimonias præstare, sed duorum alterum eligat, vel non faciat clericos, vel si fecerit, det illis, vnde viuere possint. In cap. Episcopus. eodem titulo de præbendis. legimus. Episcopus si aliquem sine certo titulo, de quo necessaria vitæ percipiat, in diaconum, vel presbyterum ordinauerit, tamdiu ei necessaria subministret, donec in aliqua Ecclesia ei conuenientia stipendia militiæ clericalis assignet, nisi talis ordinatus de sua vel paterna hæreditate subsidium vitæ possit habere. In casus positione illius textus dicitur. Nota quod nullus debet ordinari sine certo titulo, & si ordinatus fuerit, debet ei ordinator prouidere. Item ad titulum patrimonij potest quis ordinari. Glosa in dicto textu verbo. diaconum ait idem esse intelligendum de subdiacono.

In cap. tuis. eodem tit. de præbendis dicitur, clericos in minoribus ordinibus constitutos de patrimonialibus bonis habentes, vnde possint congrue sustentari, etsi nondum fuerint beneficium ecclesiasticum assecuti, ad superiores ordines posse promoueri. Idẽ constat ex Concilio Tridentino sess. 21. de reformat. cap. 2. vbi dicitur. Cum non deceat eos, qui diuino ministerio adscripti sunt cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere, statuit sancta synodus, ne quis deinceps clericus secularis ad sacros ordines promoueatur, nisi

nisi prius legitime constet, eum beneficium ecclesiasticũ, quod sibi ad victum honeste sufficiat, pacifice possidere. Patrimonium vero vel pensionem obtinentes ordinari posthac non possint nisi illi, quos Episcopos iudicauerit assumendos pro necessitate vel commoditate Ecclesiarum suarum eo quoque prius perspecto, patrimonium illud, vel pensionẽ vere ab eis obtineri, taliaque esse, quæ ei ad vitam sustentandam satis sint. citat Concilium in margine c. diaconi sunt 93. d. vbi dicitur. Mendicat infœlix clericus in plateis; & ciuili operi mancipatus publicam à quolibet deposcit alimoniam. & quidem ex eo despicitur cunctis sacerdotale officium, dum misericordia desolatus iuste putatur ad hanc ignominiam deuenisse. citat etiam Concilium caput postulasti. de rescriptis.

2 Ex dictis igitur constat neminem ad sacros ordines posse ascendere absque titulo. immo olim nõ poterat quis ad minores ordines promoueri sine titulo, vt sentiunt Glosa in d. c. neminẽ. 70. d. & in c. 2. de præbend. & c. Episcopus. eodẽ tit. Suarez tom. 5. de censur. disp. 31. sect. 1. n. 23. vbi ait in c. neminem esse sermonem de omnibus ordinibus etiam minoribus, nam verba textus absoluta sunt. sic etiã Nauar. cõs. 14.

3 de tẽp. ordinat. n. 1. Consuetudine vero introductũ est, vnũquemq; habilem posse promoueri ad ordines minores absq; vllo titulo, vt obseruant Glosa in d. c. 2. de præben. & ibi Dec. n. 29. Rota decis. 631. n. 13. prima par. diuersor. Paris. lib. 2. de

4 resign. beneficiorũ. q. 6. n. 4. Et quidem Conc. Trid. d. sess. 21. de reform. c. 2. solũ requirit titulũ in eo, qui sacris ordinibus initiatur, vt notant Pet. de Ledesm. in sum. par. 1. vbi agit de sacramento ordinis c. 7. nõ longe à fine. Roder. in sum. tom. 2. c. 15. n. 16. Salzedo ad Diaz in pract. crim. c. 18. n. 5. Vgolin. de irregul. c. 61. n. 2.

5 Dico secundo. Conciliũ Trid. dicta sess. 21. de reformat. c. 2. loquitur solum de clericis secularibus, & non de religiosis, vt patet ex illis verbis. Ne quis deinceps clericus secularis. vt etiam loquitur constitutio Sixti Quinti contra clericos male promotos, quæ habetur in bullar. in ord. 29. ibi.

Aut quo ad seculares sine titulo sufficientis beneficij vel patrimonij, vt notat Rodericus tom. 3. quæstion. regular. quæst. 23. art. 3. vbi ait, ius canonicum, quod in hoc non reuocauit Sixtus Quintus, statuens, vt nullus sine titulo beneficij, aut patrimonij ordinetur, non extẽditur ad regulares, vt aduertit Nauarrus in summ. cap. 27. nu. 159. sic etiam sentit Vgolinus de irregular. cap. 61. nu. 3. quare aliqui dicunt regularibus esse pro titulo sportam, mendicantibus præcipue.

6 Sub dicto decreto Cõcilij nõ cõprehenduntur Religiosi Societatis Iesu, qui post bienniũ probationis emiserũt vota simplicia, vt notant Rodericus dicto ar. 3. Garzia de benefic. 2. par. cap. 5. num. 9. Mandos. cõsil. 13. cum sint veri & proprij religiosi non secus ac professi cuiuscunque alterius religionis, vt declarauit Gregorius XIII. in Extrauagante ascendẽte Domino concessa Societati

7 Iesu 1584. & ratio est, nam ad substantiam status religiosi non necessario requirũtur vota solemnia, sed sufficiunt vota simplicia, vt probant Vasquez 1. 2. disp. 165. cap. 2. 3. & 9. Petrus Ribadeneira in lib. de instit. Societatis Iesu cap. 25. & seqq. Sanchez lib. 5. Decalogi cap. 1. num. 25. & colligitur aperte ex Caiet. 2. 2. q. 88. art. 7. versic. sed nec hæc opinio. vbi ait. Mutatio status mancipando hominem ad diuinum cultum, & religiosa opera stare potest cum voto simplici, vt patet, si Ecclesia instituerit, quod in sacro ordine, & religione aliqua votum simplex fieret.

8 Si dicas: communiter doctores scribunt hominem fieri religiosum nõ per votum simplex sed per votum solemne, vt Glos. in cap. 1. de religiosis domibus. verbo dedicanda. D. Tho. 2. 2. quæst. vlt. art. 2. ad 1. Angel. verbo religiosus. in princ. Tabiena verbo religio. in princ. Armilla eodem verbo religio. num. 1. Syluest. religio 1. in princ. & religio 3. in princ. Antonin. 3. part. tit. 16. cap. 3. in princ. Præterea Caieta. 2. 2. quæst. 188. art. 1. in solut. ad 4. & Sotus lib. 7. de instit. quæst. 5. art. 1. concl. 8. sentiunt non posse esse veram religionẽ absque votis solemnibus, sic etiam Nauar. in cap. non dicatis. 12. quæst. 1. num. 15.

15. in prima editione addens, eos, qui finito nouitiatu emittunt vota simplicia in Societate Iesu, non esse vere & proprie religiosos. Et Glosa in cap. porrectum de regular. ait, quempiam fieri religiosum per solam professionem, & colligitur ex Clement. 1. de religiosis domibus. in princ. vbi dicitur, quasdam mulieres non fuisse religiosas, quia non profitebantur regulam aliquam approbatam. Idem etiam colligitur ex c. religioso. de sent. excomm. in 6. vbi dicitur, eum, qui religionem ingreditur, non posse dici religiosum vere, nisi fuerit professus vel expresse vel tacite, & in dicto cap. porrectum dicitur. Cum monachum non faciat habitus, sed professio. Respondeo dictos doctores & textus non dicere, vota solemnia esse de essentia status religiosi, ita vt non possit summus Pontifex instituere religionem cũ solis votis simplicibus, sed solum ita loqui, quia tunc temporis omnes religiosi emittebant vota solemnia, & per sola vota simplicia olim non efficiebatur vllus religiosus, nam Romani Pontifices cum solis votis solemnibus instituerunt religiones, & Ecclesia tunc non acceptabat statum religiosum sine emissione votorum solemnium, non tamen auferũt dicti doctores potestatem summo Pontifici instituendi aliquam religionem cum solis votis simplicibus, vt de facto instituit Societatem Iesu, quãuis in ea plurimi sint, qui solemnem emittant professionem. Et Illustriss. Cardinales sanctæ Inquisitionis tẽpore Sixti Quinti vna cum eodem Põtifice declararunt statum religiosum consistere regulariter in emissione votorũ solemnium, posse tamen Papã aliter instituere, quam declarationem refert Ribadeneira in libro de instituto Societatis Iesu cap. 17. ad 3. Deinde

9 cum votũ solemne & simplex non differant essentialiter, sed solum accidentaliter, & ex sola Ecclesiæ institutione, vt affirmant Scot. in 4. dist. 38 quæstione vnic. & ibi Paludan. q. 4. ar. 4. conclus. 11. num. 49. Guillelmus Vorrilong. q. vnica propos. 16. Caiet. 2. 2. quæst. 88. ar. 7. dub. 1. Azor tomo 1. lib. 12. cap. 6. quæst. 1. Abulen. in cap. 30. Numer. quæst. 100. vers. respondendum est. Medina

na de sacrorũ hominum continentia lib. 4. controu. 7. cap. 22. Petrus Ribadeneira in lib. de institut. Societatis Iesu c. 15. Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 25. num. 2. & lib. 5. Decalogi cap. 1. num. 5. Vasquez 1. 2. disp. 165. cap. 2. & seqq. & deducitur aperte ex cap. vnico de voto in 6. vbi Bonifacius Octauus ait voti solemnitatẽ ex sola Ecclesiæ institutione esse inuentam, sequitur summum Pontificẽ posse instituere aliquam religionem cum solis votis simplicibus. sicut etiã sequitur, Societatem Iesu esse veram, propriam, & omnibus numeris absolutã religionem, etiamsi in illa non reperiretur vllas professus, vt affirmãt Vasquez dicta disp. 165. cap. 9. nu. 105. & 106. Sanchez lib. 5. Decalogi cap. 1. num. 28. cum igitur clerici Societatis Iesu sint veri & proprij religiosi, non cõprehenduntur sub dicto decreto Concilij Tridentini sess. 21. de reformat. requirentis in ordinandis titulum.

10 Obijcies. Pius Quintus in constit. 74. in bullario edita anno 1568. incip. Romanus Põtifex statuit, vt decretum prædictum Concilij Triden. comprehendat etiam clericos regulares non professos sub pœna suspẽsionis ab exercitio ordinum aliter susceptorũ, quod etiam notant Maiolus tract. de irregul. lib. 4. cap. 15. num. 1. Salzedo in pract. crim. Diaz cap. 18. num. 2. Paris. de resignat. benefic. lib. 2. quæst. 6. nu. 19. Vgolinus de irregul. cap. 61. num. 3. & ita declarauit sacra Cõgregatio vt refert Garzia de benefic. par. 2. cap. 5. nu. 12. his verbis. Nullus clericus secularis, aut regularis non professus debet ad sacros ordines promoueri sine sufficiẽti titulo ex bulla Pij V. data anno 3. pridie idus Octobris, & dicta cõstitutio intelligitur tam in ijs, qui non sunt professi, quam in ijs, qui nulliter sunt professi ex Rota in vna Vrgellen. Canonicatus 3. Martij 1595. coram Blanchetto. ergo religiosi Societatis Iesu non professi non possunt absq; titulo ad ordines sacros promoueri.

11 Respondeo Gregorium XIII. exemisse à constitutione Pij Quinti religiosos Societatis Iesu, isti enim possunt ad ordines sacros promoueri sine titulo, vt notant etiã Soarez tom. 5. de cẽsuris. disp.

31.

31. sec. 1. num. 38. Henriq. in summa lib. 13. cap. 37. num. 1. Genuensis in praxi Archiepis. Curiæ Neapol. cap. 83. num. 2. Roderic. in sum tom. 2. cap. 15. num. 1. & tomo 3. quæstio. regul. quæst. 23. ar. 3. Salzedo, & Paris. loc. cit. Martinus Fornarius in tract. de ordine, cap. 8. num. 9. vers. pro resol. vbi ait. est autem triplex titulus ordinandorum nempe beneficij, patrimonij, & professionis solemnis in religione approbata, ad quam reducitur titulus Societatis Iesu, in ea enim, qui post biennium probationis emittũt vota simplicia, possunt ex priuilegio ordinari non obstante constitutione Pij V. vt cõcessit Gregorius XIII. ita etiam habetur in compendio Societatis Iesu verbo ordo. §. 1. his verbis. Gregorius XIII. concessit Societati Iesu, quod qui tria vota paupertatis, castitatis, & obedientiæ in societate emiserũt, de licentia Præpositi Generalis, possint promoueri ad sacros ordines etiam ante solemnem professionem emissã, si modo sint ætate, moribus, & doctrina idonei, non obstante cõstitutione Pij V. quæ decretum Concilij Tridentini sess. 21. cap. 2. de reformat. ad religiosos non professos extendit. Ita etiam declarauit congregatio Cõcilij his verbis, teste Garzia, parte 2. de benefic. cap. 5. nu. 29. ab hac Pij constitutione Gregorius XIII. excemit clericos de Societate Iesu, aut potius declarauit in illa cõstitutione Pij Quinti eos nõ comprehendi. Hoc etiã fuit confirmatum à Gregorio XIV. in constitutione, qua Societatis Iesu institutum cõfirmatur, quæ fuit data anno 1595. quarto Calendas Iunij, & à Paulo Quinto.

Dico tertio. De iure antiquo ordinatus absque titulo eo ipso suspensionem incurrebat ab exercitio ordinis sic suscepti, vt asserunt Suarez to. 5. de censuris. disp. 31. sectio. 1. num. 33. Nauar. consil. 1. de const. quæst. 16. num. 45. & cons. 14. de temp. ordinat. num. 1. & consil. 45. num. 1. eodem tit. Maiol. lib. 4. de irregul. cap. 15. in princ. & constat ex cap. neminem. dist. 70. vbi dicitur. Eum, qui ordinatur sine titulo, decreuit sancta synodus vacuam habere manus impositionem (nempe vt ibi

ibi interpretatur Glosa verbo vacuam) quo ad executionem, & nullum tale factum valere ad iniuriam ipsius, qui eum ordinauit, vbi addit Glossa etiam ob delictũ ipsius ordinati, quia scilicet sic permisit se ordinari. Idem etiã constat ex c. sanctorum eadem dist. 70. quod est desumptum ex concilio habito Placētiæ sub Vrbano II. vbi dicitur. ordinatio facta sine titulo irrita habeatur scilicet quo ad executionem, quamuis Suarez dicto num. 33. scribat per huiusmodi verba non aperte significari, eum, qui absque titulo ordinatur, ipso iure incurrere suspensionem, nam sensus illorum verborum videtur esse, vt qui sic ordinatur, suspendatur, & propterea qui ordinatur sine titulo, non videtur ipso facto suspensus, sed quod debeat per iudicem suspendi ab exercitio ordinis sic suscepti, nam verbum suspendatur non videtur esse latæ sententiæ, sed ferendæ. Addit tamen Suarez, quia in dicto cap. sanctorum non dicitur talis ordinatio irritanda, sed irrita habenda, propterea probabilius esse per illa verba significari suspensionem ipso iure latam. Ita vero ordinatus absque titulo ipso iure est suspensus, vt etiam si ordinaretur sine titulo absque peccato, esset etiam suspensus, quando scilicet sic ordinaretur præcipiente Episcopo, nam citati textus statuunt vt sic ordinatus suspendatur ab executione ordinis suscepti in iniuriam ipsius Episcopi ordinãtis, vt dicitur in dicto c. neminem.

13 Postea vero Innocentius Tertius in cap. cum secundum Apostolũ. de præbēdis. sic statuit. licet prædecessores nostri ordinationes eorum, qui sine certo titulo promouentur, in iniuriam ordinantium irritas esse voluerint, nos autem benignius agere cupientes, tamdiu per ordinatores vel successores eorum prouideri volumus, donec per eos Ecclesiastica beneficia consequantur. quare Innocentius Tertius pœnam suspensionis, quæ imponitur in dicto cap. neminem. & in cap. sanctorum. mutat in hãc, quod scilicet Eiscopus, qui ordinauit clericum sine titulo, ipse vel eius successor teneatur prouidere ordinato ea, quæ illi sunt necessaria, donec habeat titulum; quod etiam videtur antea fuisse statutum in cap. si Episco-

ſcopus de præbendis in 6. vbi dicitur ſi Epiſcopus, cui nullis perſonis expreſsis in genere, commiſiſti, vt vice tua ordines in tua diœceſi celebraret, ad ſacros ordines promouerit quẽpiam titulum non habentem, ei, cum in culpa fuerit taliter ordinando eundem, tenebitur vitæ neceſſaria miniſtrare, donec ſibi per eum vel alium de competenti beneficio ſit prouiſum.

14 Dico quarto. Quando quis ordinatur, dicens ſe habere beneficium vel patrimonium ſufficiens, cum vere illud non habeat, nonnulli putant talem ordinatum incurrere ipſo iure ſuſpenſionem ab executione ordinis ſic ſuſcepti, vt ſtatuitur in cap. neminem. & in cap. ſanctorum. diſt. 70. nec talem pœnam in hoc caſu eſſe ſublatam per dictum cap. cum ſecundum Apoſtolum. de præbendis, nam caput cum ſecundum Apoſtolum loquitur, vt inquiunt, quando is, qui confert ordines, eſt in culpa, & nõ quando ordinatus ſolus fuit in culpa, vt accidit, cum dicit, ſe habere patrimonium ſufficiẽs, cum vere illud non habeat. ita Butrius in dictum cap. cum ſecundum. Nauar. in ſum. cap. 27. nu. 158. & conſ. 1. de conſtitut. quæſt. 16. numero 45. & conſ. 14. num. 3. de tempor. ordinat. & conſ. vlt. num. 1. & 2. eodem titulo. vbi ait in fine, ſi ordinatus decepit ſuum ordinatorem dicendo, quod habebat titulum patrimonialem ſufficientem, ita quod probabiliter ordinator credidit, & debuit credere, incurrit ſuſpẽſionem, & celebrando irregularitatem, & ordinator non tenetur eum alere. E contra vero ſi ordinatus nõ decepit ordinatorem, ipſe eſt immunis à ſuſpenſione, ordinator autem eſt obligatus ad eum alendum per dictum cap. cum ſecũdum Apoſtolum. ſic etiam ſentiunt Graffius in deciſio. lib. 2. cap. 97. num. 66. Suarez tom. 5. de cenſuris. diſp. 31. ſect. 1. nu. 33. & 35 Martinus Fornarius trac. de ordine cap. 8. nu. 9. vbi ait. Certum eſt, quod qui ſincere confitetur, ſe non habere titulum, & nihilominus Epiſcopus illum ordinat, talis non eſt ſuſpenſus, quia ſic videtur Epiſcopus ſe obligare ad alendum illum iuxta dictum cap. cum ſecundum. de præbendis. qui vero dolo & fraude ſine titulo ſuſce-

fcepit ordines facros, eſt ſuſpenſus, vt cum quis ficto titulo patrimonij ordinatur vel mētiendo, vel falſo probando, ſe habere, quod non habet, vel plus habere, quam habeat, quod tamen non ſufficit ad ſuſtentationem, quod probatur ex vi antiquorum canonum, qui non ſunt reuocati quo ad has perſonas, ſed manēt in ſuo vigore. hanc ſentētiam ſequitur etiam Comitolus lib. 6. reſponſorum moralium q. 38. n. 1. vbi ait quamuis canonum neminem & ſāctorum vim ſua ſanctione cum ſecundum ſuſtuliſſe videatur Innocentius III. decreto tamen Concilij Trid. ſeſſ. 21. cap. 2. iterū conualuerunt: vbi decretum his verbis claudit. Antiquorum canonū pœnas ſuper his innouādo. ſic etiam opinantur Vgolinus de irregul. cap. 61. num. 7. Rodericus in ſum. tom. 2. cap. 15. num. 1. & 4. Petrus de Ledeſma in ſumm. prima par. tit. de ſacramento ordinis cap. 7. concl. 6. difficult. 5. & concl. 9. diff. 2. & in puncto iuris Pariſius lib. 2. de reſignat. benefic. quæſt. 6. num. 18. Sanchez lib. 6. de matrim. diſp. 32. in fine. Spino de teſtam. gloſa 18. num. 75. Maiol. lib. 4. de irregul. cap. 15. in princip. Salzedo in pract. crim. Diaz cap. 18. num. 1. Zerola in praxi Epiſcop. par. 1. verbo dimiſſoriæ. cap. 4. & par. 2. eodem verbo dimiſſoriæ. §. 6. & verbo irregularitas. §. 2. Pedraza in ſum. par. 2. Medina in ſum. lib. 1. cap. 11. §. 8. Borgaſius de irregular. par. 1. q. 5. nu. 24. quam ſententiam ſcribit Decius in cap. 2. de præbēdis de iure videri veriorem.

15 Dico quinto. Aliqui dicunt ordinatum nullam incurrere ſuſpenſionem, etiam quando ipſe ſolus eſt in culpa, vt ſi diceret ſe habere beneficium, vel patrimonium, cum vere illa non habeat. ita Abbas in c. 2. de præbendis. num. 3. & ibi Imola, qui dicit eſſe communem ſententiam. Viualdus in titulo de ſuſpenſione num. 28. in fine. Auila de cenſuris par. 3. diſp. 5. dub. 5. verſ. ex dictis ſequitur primo, vbi ſcribit, eū, qui ad titulum patrimonij ordinatus eſt ſubdiaconatu, & poſtea renunciauit illud, & fecit ſe ordinari reliquis ordinibus, non incurrere ſuſpenſionem, quod etiam cōcedit Nauar. conſ. 17. de tempor. ordinat. Addit poſtea Auila multo

minus incurrere suspensionem illum, qui ordinatus est ad titulum patrimonij, quod mentitus est esse sufficiens sic etiã Gonzalez in regul. 8. cancell. glosa 5. §. 10. num. 25. Sayrus de censuris. lib 4. cap. 14. num. 16. vbi ait secundum communiorem sententiam, & declarationem congregationis Cõcilij & visum Pœnitentiariæ ordinatus sine titulo non est suspensus, neque etiam Tridentinum innouat pœnam illam 21 suspensionis in dict. cap. neminem & cap. sanctorum, dist. 70. iure antiquo latam contra ordinatos absque titulo, quæ pœna iam ante Tridentinum per alios canones scilicet illum c. Episcopus, qui est Alexandri Tertij, & alterum, qui est Innocentij Tertij in cap. cum secundum Apostolum. de præbendis sublata fuit, in quibus in pœnam ordinatoris statutũ est, vt Episcopi eos, quos sine titulo, aut beneficio, de quo necessaria vitæ percipient, ordinauerint, suis sumptibus alere teneantur, donec de beneficio eis prouiderint, vt in d. c. Episcopus, & c. cum secundũ. de præbendis. & cap. accepimus. de ætate & qualitate. & cap. si Episcopus. de præbendis in 6. Nauar. consil. 19. de tempor. ordin. Propter defectum, inquit, patrimonij nulla censura incurri potest, quia Extrauagans Pij Secundi. Cũ ex sacrorum. solum loquitur de defectu ætatis, & literarum dimissoriarum, & temporis statuti à iure, & Concilium Trid. sess. 21. cap. 2. de reformat. nullam pœnam specifice ponit, & quatenus innouat pœnas antiquorum canonum, videtur restringendum ad canonem positum in cap. cum secundum Apostolum. de præbẽdis, quod correxit cap. neminem. & cap. sanctorum. dist. 70. quibus suspendebatur ordinatus sine titulo, & ita per Concilium solum punitur ordinans pœna alendi ordinatum, quæ mitior est, quam pœna suspensionis ordinati, & leges pœnales & innouãtes pœnas videntur restringendæ ad mitiores. Toletus lib. 1. cap. 48. vers. quinta habetur. num. 6. in fine. & versic. 18. num. 16. Ordinatio, inquit, facta sine titulo irrita habetur in cap. sanctorum. dist. 70. respectu executionis, sed hæc pœna fuit sublata per c. cum secundum, quod est verũ, etiamsi

etiamsi ordinatus sit in culpa, nempe si ementitus est, se habere patrimonium, quod non habebat, vt notat Abbas in c. non liceat. de præbendis. n. 3. Hodie autem per Concilium Tridentinum sess. 21. cap. 2. ex sententia Congregationis renouatus est canon antiquus. Cum secundum, non autẽ ille antiquior sanctorum, qui fuit reuocatus. Henriq. lib. 10. cap. 17. §. 3. in Glosa lit. O. & libro 13. cap. 37. §. 2. Genuensis in praxi Archiepisc. cap. 83. num. 5. Ordinatus, inquit, sine titulo nullam pœnã incurrit, sed tantum ab Episcopo ali debet iuxta cap. cum secundũ. de præbendis. & quando Concilium Triden. d. cap. 2. innouat canones antiquos, intelligit tantum d. cap. cum secundum. nõ cap. neminem. & c. sanctorum. dist. 70. ita fertur declarasse sacra Congreg. licet Nauarr. consl. 1. q. 16. de constit. aliter dixerit in ordinato scienter, & dolose sine titulo. Cenedo collectan. 33. ad Decretales nu. 2. & 6. in fine. Garzia de beneficijs par. 2. cap. 5. num. 28. sic etiam videtur sentire Ioan. Gutier. lib. 2. pract. quæst. q. 65. n. 21. vers. nec opinio. & ita censuit sacra Congregatio, vt referunt Addit. ad Nauar. consl. 1. de const. q. 16. Gonzalez, Garzia loc. cit. & probatur hæc sententia. Primo, quia sic videtur aperte declarasse Congregatio his verbis. Per dictũ c. 2. sess. 21. de reform. Conciliũ renouauit tantum poenas. c. cum secũdum Apostolum. de præb. & non poenas. c. neminẽ. d. 70. In alia responsione eiusdẽ congregationis sic legitur. Ordinatus contra formã huius decreti sine beneficio, aut patrimonio non est per hoc suspensus, nec aliquam poenã incurrit, sed cogẽdus est ordinarius ei prouidere iuxta c. cum secũdum. de præb. qui canon solus & nõ alij fuit innouatus à Cõcilio, quas declarationes refert Gonzalez in regulam octauam Cancell. glos. 5. §. 10. n. 24. cũ igitur declarationes sacræ congregationis absolute, vniuersaliter, & indefinite loquantur de ordinatis absque titulo, nẽpe quod nullam incurrant suspensionem, dicendum est non esse suspensos nec eos, qui non habent patrimonium, nec eos, qui habent patrimonium fictũ, cum habere patrimonium fictum & simulatũ idẽ sit, quod

non habere patrimonium, vt docent Alex.lib.1.conſ.104.n.3.Roland.lib.1. conſ.63.n.28. & patet ex l. 2. §. 1. ff. quemadmodum teſtam. aperian. & quamuis Comitolus lib. 6. reſponſ.moral.cap.38.in fine putet non extare talē declarationem, quia Nauarr. ſentit clericos ordinatos doloſe abſque titulo eſſe ſuſpenſos, quod non putat, eum dicturum, ſi à ſacra Congregatione ſecus iudicatū eſſet, cum tamen paſſim à multis Doctoribus tales declarationes referantur, viri docti putant hanc ſententiam eſſe probabilem.

Secundo. Probatur hæc opinio. In dictis c.neminē & ſanctorum non eſt ſermo de ordinatis cum ficto patrimonio, ſed abſolute & ſimpliciter de ordinatis abſque titulo, & quãuis etiam eſſet in illis ſermo de ordinatis doloſe & fraudulenter cum patrimonio ficto, tamen tales canones ſunt iã correcti, & ſublati per c.cum ſecundũ. de
16 præb. Deinde pœnæ non ſunt imponendæ, niſi in caſibus in iure expreſſis, vt patet ex l. at ſi quis. §. Diuus. ff. de religio. & ſump. funer. §. cum igitur. in authen.de non elig.ſecũd.nup. c.is qui. de ſent.excomm.in 6. & docent Decius in rubr. extra. de iudic. & ibi Ripa n.16. Idem Decius in cap. ex tenore. de reſcrip.n 8.& in l.in bonæ fidei. C.de pactis.n. 11.& conſ.90.& conſ.553.n.5.& cõſil.581 n.10. & in c.1.de offic. delegat. num. 6. & ibi Abbas & Butrius. Gloſa in Clem.1.de præb. verb. alter. Boſſius in titulo de falſis. n.239.& in tractat. cauſ.crimin. tit.de homicidio.n.6. Caſſan. conſ.1. in quinto præſuppoſito.n.45. Iaſon in l.quod te. ff.ſi cert. pet. num.31.& in l.1.C. de tranſac. num.11.Gozad.conſ.46. nu.3. & conſ.86.num.26. Crauet. in tract.de antiquit. temp. 4.par. principali. in princ. num. 148. Io.de Silua in tract.de benefic. par.3.q.12. num.39. Tiraquel. in repet.l.ſi vnquam. verb. reuertatur. C.de reuocan. donatio. num. 248. & ſeq. & num. 251.Io. Garronis in repet.l.1. C.de ſecund. nupt.nu.89. Gomez in §. pœnales. inſtitut. de actio. num.39. Curtius iunior conſ.137.Imola conſ.114.Barbat.lib.1.conſ.51.Socin.iun.libro 3. conſ.3. num. 32. Alciatus de præſump.regula 23.præſumptione. vlt, num. 2. & reſpon.

ſpon. 479. num. 43. Alexand. conſ. 103 lib. 1. Imola cõſ. 114. Capra conſ. 118. ſed nõ eſt expreſſum in iure, quod promoti ad ordines ſacros ſine patrimonio ſint ſuſpenſi, immo hoc eſt valde incertum poſt reuocationem canonum, neminem & ſanctorum factam ab Innoc. III. in c. cum ſecundũ. de præbend. ergo pœna ſuſpenſionis non eſt ipſo facto infligenda promotis ad ordines ſacros ſine patrimonio, vel cum patri-
17 monio ficto. Præterea in pœnis benignior, & mitior pars eſt ſequenda. l. in poenis. l. interpretationem. ff. de poenis. ergo cum valde probabile ſit Concil. Trid. nõ reuocaſſe dictos canones neminem & ſanctorum, ſententia, quæ aſſerit promotos ad ordines cum ficto patrimonio non incurrere ſuſpenſionem, eſt nobis amplectenda.

Obijcies. Illa mutatio facta in c. cum ſecundum. de præben. eſt reſtringenda ad ordinatũ, qui bona fide ab Epiſcopo ſciente vel debente ſcire eum nõ habere, quo ſe aleret, fecit ſe ordinari, non autẽ comprehendit illum, qui per mendacia & fraudem fingendo ti-
18 tulum decepit Epiſcopum, tũ quia dolus & fraus nemini debent patrocinari. l. itaq; fullo. ff. de furtis. l. vlt. in fine. C. de rebus creditis. l. dubium. C. de repud. c. ſedes. de reſcrip. c. ad noſtram. de emptio. & vend. c. paſtoralis. de offic. deleg. c. ſtatuimus. eodem tit. in 6. tũ quia alioqui ordinans ſine culpa puniretur, & ordinatus cum culpa à poena eſſet immunis contra c. 2. de conſtitut. & l. ſancimus. C. de poenis. & renouatio poenarum in abſolute ordinatum, quam induxit Concil. Trid. ſeſſ. 21. cap. 2. videtur intelligenda de poena dictorum canonum neminem & ſanctorum diſt. 70. quæ ſublata fuit per mutationem prædictam in c. cum ſecundum. de præb. ita contra noſtram ſententiam arguit Nauar. conſ. 1. de conſt. q. 16. nu. 45. & conſ. 14. de temp. ordin. & conſ. vlt. eodem tit.

19 Reſpondeo. Poenam ſuſpenſionis impoſitam in cap. neminem. & in cap. ſanctorum fuiſſe omnino ſublatam per c. cum ſecundum. vt bene notat Abbas in c. 2. de præb. n. 3. & Concilium Tridẽtinum ſolum vult innouare poenas antiquorum canonum, qui non erant ſub-

lati & correcti per alium canonem; cum autem ſuſpenſio impoſita in cap. neminem & in c. ſanctorum ſit ſublata per canonem cum ſecundum Apoſtolum. de præbendis, nõ innouatur per Concilium Tridentinũ in dicto cap. 2 vt bene notant Henr. lib. 10 cap 17. §. 3. & lib. 13. c. 37. §. 2. Tolet. in ſum. lib. 1 cap. 48 verſ. 18. n. 16. Sayrus de cenſuris. lib. 4. cap. 14. num. 16. Cenedo Collectan. 33. ad decretales num. 2. & 6. Viuald. 2. part. tit. de ſuſpenſione. num. 28. Nauar. conſ. 19. num. 2. de tempor. ordinat. Gonzalez in regulam 8. Cancellariæ Gloſ. 5. §. 10. num. 22. Garzia de benefic. parte 2. c. 5. n. 28. deinde quamuis non ſit ſuſpenſus, qui abſque titulo ordinatur, poteſt tamen ratione fraudis & doli commiſſi puniri pœna extraordinaria, nam cum iura in delinquentem nõ ſtatuunt poenam aliquam certam, poteſt & debet puniri reus poena extraordinaria. l. 1. verſic. quibus nulla. ff. de effractoribus.

20 Obijcies ſecũdo. In c. penultimo de Simonia dicitur ordinatus ſine titulo eſſe ſuſpenſus, ergo. Reſpondeo ibi eſſe ſermonem de illo, qui ad ſacros ordines promouetur cũ pacto inito cũ Epiſcopo ante ordinis ſuſceptionem ſe ab illo victũ nõ petiturum, vel cum præſentante ad beneficiũ ſe nihil ab eo petiturũ, ſi illi cõcedat beneficiũ, ad cuius titulũ promouetur, nã in tali caſu ſic ordinatus eo ipſo ab ordine hoc modo ſuſcepto eſt ſuſpenſus, donec à ſede Apoſt. obtinuerit diſpẽſationẽ, & hoc fit in pœnã ſimoniæ, quæ cõmittitur. ita Nauar. in ſum. c. 27. n. 158. & cõſ. 17. de temp. ordin. Henriq. lib. 10. c. 17 §. 3. & lib. 13. c. 37. nu. 1. Toletus lib. 1. c. 48. verſ. quinta habetur. n. 6. Auila de cenſuris 3. par. diſp. 5. dub. 4. concl. 1. Gonzal. in regul. 8. Cancellar. gloſa 5. §. 10. n. 27. Garzia de beneficijs par. 2. cap. 5. n. 31. Suarez tom. 5. de cenſur. diſp. 31. ſect. 1. nu. 34. & idem eſt reſpondendum ad c. per tuas. 3. de ſimonia, nam ibi eſt ſermo de pacto inito cũ eo, qui ad titulum Eccleſiæ aliquem præſentauit, vt ſuſciperet ordines, in quo caſu committitur ſimonia, & propterea incurritur ſuſpẽſio. Notat Auila loco citato in dicto cap. penultim. de ſimonia. eſſe clauſulam quandam ſubobſcuram, ibi enim legimus ordinantem & præ-

& præsentãtem per triennium manere suspensos, & postea dicitur, omnes tres manere suspensos, donec summus Pontifex cum illis dispenset. sed sensus illorum verborum est, ordinantem, & præsentantem solũ manere suspensos per triennium, nisi forte antea cum illis Papa dispensauerit, at vero qui sic fuerit ordinatus, manebit semper suspensus, donec obtineat dispensationẽ, & sensus horam verborum colligitur aperte ex rubr. dicti canonis.

Notat item Suarez dicto num. 34. in allegato textu per tuas nobis. de simonia. dici incurrere præsentatum suspensionem propter pactum initum cum præsentãte se nullam petiturum portionem ab eodem præsentante, quamuis ex ignorantia iuris pactum illud fecerit, vt patet ex illis verbis eiusdem canonis, etiamsi in hoc nihil illicitum se agere intellexerit, esse hoc intelligendum in foro externo, quia talis ignorantia non præsumitur iusta & probabilis, cum sit iuris & in re clara, quod si esset ignorantia probabilis, præsentatus non incurreret hanc suspensionẽ. cum

21 vero dicitur in regula ignorãtia. de regul. iuris in 6. l. iuris. l. error. l. regula. ff. de iuris & facti ignorantia. ignorantia facti, non iuris excusare, est hoc intelligendum quo ad præsumptionem fori externi, at in foro interno, si est iusta, & inuincibilis, vtraque excusat, quod si fuerit crassa & vincibilis, neutra excusabit. vt docẽt Castro lib. 2. de lege pœnali. cap. 14 §. sicut dictum est. Rosella verbo ignorantia. nu. 15. Sylu. eodem verbo. quæst. 8. dicto 3. in fine Philiarchus tom. 1. par 1. lib. 3. cap. 4. concl 5. Medin. C. de restitut. q. 17. in fine. Vasquez 1. 2. disput. 123. cap. 2. num. 5. Zumel 1. 2. quæst. 76. art. 3. ante 1. dispu. Azor tom. 1. lib. 1. c. 13. quæst. 3. & cap. 16. quæst. 1.

22 Obijcies tertio. In constitutione 29. Sixti V. contra clericos male promotos. incip: Sanctũ & salutare. clerici sine sufficienti beneficio vel patrimonio promoti ad ordines sacros sunt ipso iure suspensi his verbis. eosdem clericos posthac male promotos ab executione ordinum susceptorũ, & ab omni spe & facultate ascendendi ad alios superiores perpetuo suspensos declaramus, & notãt Viuald. in explicatione. dictæ bul-

bullæ notab.14. Petrus de Ledesma 1. part. in titulo de sacramento ordinis cap.7.concl. 5. Suarez tom. 5. de censuris disp.31.sect.1.num.33.Gonzalez in octauam regulã Cancellariæ glos.5.§.10. n.34.ergo.

23 Respondeo dictam constitutionem Sixti Quinti fuisse à Clemēte VIII.anno 1595. per aliam constitutionē. incip. Romanum Pontificem redactã ad terminos sacrorum canonum, ac constitutionis Pij secundi, quæ incip. Cum ex sacrorum. & ad dispositionē Concilij Tridentini, & censuras ac pœnas impositas in dicta constitutione Sixti contra quoscunque, præterquam cõtra simoniacos ordinantes & ordinatos inflictas, has enim voluit in suo robore permanere, fuisse abolitas, vt etiam notant Martinus Fornarius trac. de ordine.cap. 8.nu.9.vers.nec etiam. Sayrus lib.4.de censuris.c.17. post nu. 37. Sanchez lib. 7. de matrim. disp.49.nu.10. Roderic.tom.1. quæst. regul.quæst. 20.art. 13. Suarez tom.5.de censuris.disp. vlt.sec.3.nu.41.& 64.& sect.5. num 6.in fine. Gonzalez in regul. octau. Cancell. glosa 15. num. 128. Comitol. lib. 6. respons. q.37.ad finem, quamuis Zerola in prax.par.2.verb.ordo §.3.& 8.dicat à Greg.XIV.fuisse redactam ad terminos iuris.

Respondeo secundo cum Auila de censuris. par.3. disp. 5. dub. 4 conclus. 2. vers. denique si. Sixtum V. in dicta constit.§. & nihilominus pœnã suspensionis & alias poenas contentas in illo.§.tantũ comprehendere eos, qui ad sacros ordines promouentur sine literis dimissorijs, vel ante ætatem legitimam, vel extra tempora, nam Sixtus videtur loqui de illis, de quibus loquitur Pius Secundus in extrauag. cum ex sacrorum, & Pius Quintus in reg. 22.Cancellariæ, qui Pontifices tantum loquuntur de his tribus casibus. deinde nõ est credendum, quod Sixtus voluerit imponere grauissimas has poenas ijs, qui non seruant interstitia, vt præscribitur à Concilio Tridentino, & tamen in illa extrauagante Sixtus vult, vt etiam hæc conditio seruetur, & cum hæc constitutio Sixti sit poenalis, & contra ius commune, est restringenda, quam suam sententiam dicit Auila placuisse viris doctissimis hac de re à se consultis.

Obij-

Obijcies quarto. Pius V. in bulla sua superius allegata, incip. Romanus Pontifex. supponit clericos seculares esse suspensos per Concilium Tridētinum sess. 21. de reform. cap. 2. si absque titulo ordinentur, quam poenam extendit ad religiosos, qui ante professionem ad sacros ordines ascendunt, ergo & per bullam Pij V. & per Concilium Tridentinum, quod sic Pius intellexit, clerici, qui absque titulo ordinantur, sunt suspensi ab executione ordinis sic suscepti. Respondeo nonnulli Pium V. non ex cathedra declarasse illud decretum Cōcilij Tridentini, sed solum tanquam doctorem priuatum. Verum dicēdum est cum alijs doctoribus non constare, quod Pius sic intellexerit illud decretum, nec in sua bulla habetur clericos seculares ordinatos absque titulo esse suspēsos.

24 Dico sexto. Quando ordinator sciebat ordinandum esse sine titulo, vel si non adhibuit debitam diligentiam, vt de hoc certus redderetur, tenetur ordinator alimenta præbere ordinato, donec illi prouideat de sufficienti titulo, at quando ordinatus est in culpa, quia scilicet per fraudem & falsas præsumptiones decepit ordinarium, non tenetur ordinarius eum alere, si debitā diligentiam adhibuit an ordinādus haberet sufficiens beneficium, vel patrimonium. ita Nauar. cons. 1. de cōstitut. quæst. 16 nu. 45. & cons. 14. & vlt. de tempor. ordinat. Gambarus de offic. legati. lib. 6. nu. 140. Grassius in decisio. lib. 2. cap. 97. Sanchez lib. 6. de matrim. disp. 32. num. 8. Parisius lib. 2. de resignat. benefic. quæst. 6. nu. 18. praxis Archiep. Neapolit. cap. 83. num. 2. Garzia de benefic. 2. par. cap. 5. num. 35. Gonzal. in regul. octauam Cancellar. glos. 5. §. 10. nu. 32. Suarez tom. 5. de censuris. disp. 31. sect. 1. n. 35. Surd. de alimentis. tit. 7. q. 38. nu. 37. Dec. in cap. Episcopus. de præbendis. n. 13. & in c. 2 eodem tit. de præben. n. 7. & ibi Butr. in fine. Primo, quia nemo absque culpa est puniendus. vt dicitur in c. 2. de constitut. at quod Episcopus teneatur alere clericum non habentem titulum est statutū in poenā culpæ, vt docet Glosa in c. cum secundum. de præb. verb. successores. Secūdo, Episcopus tenetur alere ordinatum, quia est

est in culpa, vt dictū est, at quādo fuit deceptus, cessat culpa, ergo etiam debet cessare dispositio legis, quæ præcipit, vt Episcopus ordinans aliquem absq; titulo teneatur illi alimēta præstare. Tertio si Episcopus ordinet aliquem, qui habeat patrimonium, quod postea casu pereat, non obligatur illi alimēta præstare, quia in nulla est culpa, vt bene notant Io. Andr. in c. tuis. de præbendis n. 5. & ibi Cardinal. n. 1. q 4. Abbas nu. 5. Anton. num. 7. ergo nec tenetur alimenta præbere ei, à quo fuit deceptus, si Episcopus nullam admisit culpā in eo ordinando. Quarto dolus nemini debet patrocinari l. ne ex dolo ff. de dolo. l. 2. §. nemo. de capit. diminut. Io. And. in c. intelleximus. de iudic. Cardinal. in cap. Ioannes. de testib. at patrocinaretur, si in tali casu ordinās, teneretur absq; culpa alere ordinatum, à quo fuit deceptus.

26 Quinto. Minor, qui est in dolo, quia nēpe iurauit se esse maiorem, excluditur à restitutione in integrū, vt docet Gram. decis. 5. n. 5. Cephalus cōs. 124. n. 15. Rota Bononien. decis. 47. & patet ex l. si alterius. C. si minor se maiorem dixerit, ergo ordinatus, qui est in dolo, & decepit Episcopū ordinantē, merito excluditur, & reijcitur, vt non possit petere alimēta ab Episc. ordinante, qui in hoc non peccauit. Sexto. Qui mentiendo, & decipiēdo est promotus, debet carere impetratis. c. super literis. de rescrip. sed qui suscepit ordines probādo per falsos testes se habere titulū sufficientem, per mendaciū est promotus, ergo nō debet obtinere beneficium alimentorū ab Episcopo, quem decepit, & qui in nulla est culpa, præsertim cū dolus culpæ præpōderet. l. item si obstetrix. ff. ad l. Aquil.

Quod vero Episcopus teneatur alimēta præbere ordinato, qui mētiendo dixit, se habere beneficiū vel patrimoniū sufficiens, si nō adhibuit debitā diligentiā, an hoc sit verū. Probatur. quia Episc. in hoc casu est in culpa, cū de ordinati titulo diligēter nō quæsierit. c. inno-

27 tuit. de elec. & qui nō facit id, ad quod tenetur, est in culpa. imo etiā est in dolo. l. si procuratorē. §. dolo. & l. dolus. ff. mā-

28 dati. & nō debet persona, præsertim publica alicui credere, nisi is vel per testes, vel per instrumēta probet, quod tenetur pro-

probare. l. nomen. C. quæ res pign. obligar. poss. l. si quis inficiatus. ff. de deposit. l. qui in alterius. ff. de regul. iur. & affirmant Iason. in l. quod te. ff. si cert. pet. nu. 35. & ibi Parpal. num. 26. Socin. num. 50. Butrig. num. 7. & ad Episcopum spectat adhibere debitam diligentiam, an ordinandus habeat verum & sufficientem titulum, vt docet Concil. Trid. sess. 21. de reformat. cap. 2. Spino in speculo testamentorum glosa 18. num. 78. Auila de censuris. 3. par. disp. 5. dub. 15. vers. ad tertium. ergo Episcopus cum sit in culpa, merito obligatur, vel ad alendum ordinatum, vel ad ei prouidendum de sufficienti beneficio.

Obijcies. Dolus nemini debet patrocinari, at qui mentiendo decepit Episcopum, lucrum ex dolo reportaret, ergo quamuis Episcopus non se diligenter informauerit de facultatibus ordinandi, non debet propterea cogi ad alendū ordinatum, nam alioqui dolus patrocinaretur ordinato.

Respondeo. hoc fallere, quando agitur de bono communi, præsertim cùm is, qui est deceptus, culpam commisit. at quod nemo debeat ad ordines sacros promoueri, nisi habeat, vnde sufficienter alatur, fuit statutum in bonum publicum religionis, ne clericus in opprobrium ordinis clericalis mendicare cogatur, cui fauori clericus renunciare nō potest. ita Abbas in cap. cum secundum. de præbend. in fin. & Glos. in cap. si Episcopus. de præbend. in 6. verbo. ad præmissa, & cum Episcopus sit in culpa, & non fecerit id, quod ex officio tenebatur facere, dignus est, vt puniatur pœna alendi eum, quem sic ordinauit. Deinde respondeo. Dolum non ei patrocinari, quia pœna aliqua extraordinaria potest puniri. & quia etiam grauiter peccauit.

30 Dico septimo. Clericus constitutus in ordine sacro, si non habet, vnde viuat, alendus est ab Episcopo, qui illum ordinauit, vt dictum est, & docent Speculator in titul. qui filij sint legitimi. §. finali num. 24. Abbas in cap. suam. de simonia. num. 11. & constat ex cap. cum secundum. de præ-

31 bend. cum Episcopus neminē promouere debeat ad sacros ordines, nisi habeat patrimonium,

nium, vel beneficium sufficiēs. cap. non liceat. cap. tuis quæstionibus. de præbendis. cap. si Episcopus. de præbendis in 6. & notat Mandosius consil. 13. Bertrand. volum. 2. cons. 151. num. 1. & seqq.

32 Tenetur vero Episcopus præstare alimenta ordinato iuxta dignitatem ipsius ordinati, vt docent Glos. in c. Episcopus. de præbend. verb. necessaria. & ibi Imola, Franchus n. 5. Rebuff. in praxi tit. de rescrip. in forma communi num. 24. Zerola in praxi Episcopali par. 1. verbo dimissoriæ. §. 5. dub. 4. & par. 2. eodem verbo non longe à fine. Caldas Pereira in l. si curatorem habens. C. de in integrum restit. verbo læsis. num. 132. Salzedo ad Diaz cap. 18. num. 4. Bertrand. loc. cit. nu. 4. vbi ait teneri etiam præbere vestes, lectum, medicinas, & c. Ripa. consil. 26. num. 7. Menoch. de arbitrar. casu 169. in fine. At probabilius est non esse attendendam dignitatem ordinati, sed satis esse, si det alimenta, ita vt non cogatur mendicare. ita Nauar. de oratio. cap. 21. num. 11. citatus à Petro de Ledesma par. 1. titulo de sacram. ordin. cap. 7. conclus. 7. qui est huius sententiæ, quamuis Nauarrus id non dicat. nam iura solum requirunt titulum in ordinando, ita vt non cogatur mendicare.

34 Quando vero clericus haberet, vnde viueret, non teneretur tunc Episcopus eum alere ex dicto cap. Episcopus. de præbendis. vbi dicitur Episcopus teneri ei præbere necessaria ad vitam sustentādam in subsidium, quando scilicet clericus non habet patrimonium, de quo viuere possit; quod idem colligitur ex cap. tuis. de præbendis. Nec item tenetur Episcopus alere talem clericum, si hic habeat patrem diuitem ex Imola in dicto cap.

34 Episcopus. de præbendis. nec enim dicitur pauper, qui habet patrem diuitem, vt tradunt Glosa in l. cum filios. C. de his qui ætat. vel profess. se excus. libro 10. Cum. cons. 131. Alexand. in Authen. præterea C. vnde vir. & vxor. num. 11. Paris. lib. 2. de resignat. benefic. quæst. 6. num. 24. Surdus de alimentis. tit. 1. q. 23. num. 12. & quæst. 33. num. 30. & quæst. 103. n. 3. & quæst. 108. num. 8. & titulo 7. quæst. 37. num. 3. Sanchez lib. 8. de ma-

mattim.disp. 19.num.21. Garzia de benefic. 2.par.cap.5.n. 91. Molin.tom.1.de iustit.disp. 146. vers.illud præterea.& patet ex cap. clericos 1.quæst. 2. cap. finali 16.quæst. 1.in fine. cap. 1. de magistris. & ibi Abbas nu.1. & in l. qui potest facere. ff.de regul.iur.dicitur nō egere, qui potest cogere patrem, vt ei alimenta præbeat, & qui habet ius petendi alimenta à patre, censetur habere alimenta l. qui actionem. ff. de regul. iuris, præsertim cum extimum patris reputetur etiā extimum filij ex Glos. in l. 2. C. qui ætat. lib. 10. Tiraquel. de iure primog. quæst.41.num. 17. & in l.si vnquam. C. de reuocand.donat. in præfat. num. 24. Alexand. in l.in suis. ff.de liber.& posth. & ibi Alciat.nu. 18. Barbat. lib. 2. cons.10.col. 1.Decio cons.443.num.4.& filius reputatur eadem persona cum patre.l.vlt.C. de impub.& alijs substit.& notat Socin.iuni. lib. 2.cons.4.num.4. & reputatur eadem caro cap. contradicimus.§. auctoritate 35.quæst. 3. ergo quando clericus habet patrem diuitem, Episcopus nō tenetur eum alere.deinde Episcopus tenetur præbere alimēta clerico sic ordinatio in subsidium, vt dicitur in cap. Episcopus.de præbendis,at qui alterum in subsidiū tenetur alere,solum tunc obligatur,quando is magna premitur egestate. l.si quis à liberis. §.item rescriptum.de lib.agnosc. at non premitur hac egestate,qui habet aliquem, à quo possit petere alimenta ex Bartol. in dicta l. si quis à liberis. Nec item Episcopus tenetur alere talem clericum, quamuis interdum difficulter posset à patre petere alimenta,cū in tali casu posset cogi pater à legitimo superiore ad alendum filium, nec enim lex curat de ijs, quæ fiūt de facto. l. finali. C. de actio. & emptio.& notat Natta cons. 543. num.26.

35 Dico septimo. Si Episcopus ordinauit clericum sine sufficienti titulo, possunt cogi hæredes Episcopi ad eū alendū. ita Abbas in cap. cum secundum Apostolum.de præbendis, num. 11. Comitolus lib. 6. responſ. quæst. 38. num. 3. qui dicit esse communem sententiam. nam in tali casu Episcopus obligatur alere clericum ex quasi contractu, at obligatio,quæ prouenit ex contractu,

tran-

transit in hæredes. l. veteris. C. de contrahen. & committ. stipulatione, quod si Episcopus non obligetur ex quasi contractu, obligabitur certe ex delicto, at obligatio, quæ oritur ex delicto, transit etiam in hæredes cap. finali de sepultur. ita vero tenetur Episcopus alere clericum ordinatum absque sufficienti titulo, vt etiamsi esset depositus, vel aliter ab Episcopatu amotus, posset cogi ad eum alendum. ita Abbas loc. cit. allegans Ostiensem, quod si Episcopus ab Episcopatu amotus, vel eius hæredes non possint illum clericum alere, tenetur Episcopus successor tali clerico prouidere, cum hoc onus imponatur Episcopo successori ab Innoc. Tertio in cap. cum secundum de præbend. vt etiam videntur sentire ij, qui scribunt, quando Episcopus ordinauit habentem patrimoniũ, quod postea casu pereat, teneri Episcopum eum alere. ita Glos. in cap. tuis. de præbendis verbo. patrimonialibus. & ibi Henr. num. 1. Anchar. num. 4. Hostiens. quamuis isti debeant intelligi de obligatione generali, qua Episcopus tenetur subuenire indigentibus, & non quod teneatur illi specialiter subuenire propter promotionem ad ordines. vt se explicat Glos. in cap. cum secundum. verbo donec. de præbendis.

Ex dictis constat resolutio casus propositi nempe eum, qui absque titulo ad sacros ordines ascendit, nullam incurrisse censuram.

SVMMARIVM.

1 *Inter subreptionem, & obreptionem non videtur esse differentia quo ad rescripta irritanda.*

2 *Aliqui assignant differentiam inter subreptionem, & obreptionem.*

3 *Subreptio vitiat dispensationes, concessiones, gratias, priuilegia, & similia.*

4 *Subreptio non solum vitiat dispensationes & gratias concessas à Papa, sed etiam ab inferioribus.*

5 *Collatio beneficij facta ab Ordinario est valida quamuis fuerit obtenta per subreptionem.*

6 *Si quis impetret ab Episcopo beneficium non expresso vero valore, aut expresso falso, concessio sic obtenta non est subreptitia, vt esset, si impetraretur à Papa.*

7 *Absolutio excommunicationis obtenta ab Ordinario per subreptionem, & mendacium non est valida.*

8 *Non omnia tacita reddunt gratiã in-*

inualidam, sed ea tantum, quæ in iure præcipitur, vt exprimantur.
9 Ne gratia reddatur subreptitia sunt exprimenda ea, quæ de stylo curiæ exprimi debent.
10 Multi sentiunt gratias, dispensationes, & rescripta esse subreptitia, quando tacetur aliqua veritas, quæ manifestata retraheret Principem à concessione gratiæ, vel cum maiori difficultate notabiliter eam concessisset.
11 Est probabilior opinio illorum, qui scribunt, tacere illa, quæ si manifestarentur Principi, gratia non concederetur, facere, vt gratia sit subreptitia.
12 Quando iura statuant in impetratione gratiæ aliquid esse exprimēdum, si illud nō exprimitur, gratia obtenta est inualida.
13 Forma est obseruanda ad vnguem etiam in minimis.
14 Ignorātia nō excusat ab inualiditate gratiæ, quando per ignorantiam & simplicitatem non exprimitur aliqua qualitas, quam iura iubent exprimi.
15 Quando ex stylo curiæ in rescriptis est aliqua qualitas exprimēda, debet illa exprimi, alioqui gratia erit subreptitia.
16 Stylus curiæ facit ius, & pro lege seruatur.
17 Stylus curiæ Romanæ facit ius vniuersale etiam in partibus. alij verò negant.
18 Stylus curiæ modo albus, modo niger est.
19 Si aliqua qualitas non sit necessariò exponenda in impetratione gratia, & non exprimitur, an gratia obtenta sit valida.
20 Quando quis obtinet à Principe remissionem secundi homicidij, non facta mentione de remissione alterius, talis gratia est subreptitia.
21 Quando delictum est diuersum non est necesse in impetratione secundæ remissionis facere mentionem de priori condonatione.
22 Quæ dicatur causa finalis, & quæ impulsiua.

QVAESTIO L.

Quidam in impetratione cuiusdam gratiæ, seu dispensationis non expressit quādam qualitatem seu veritatem, quærit, quando huiusmodi taciturnitas reddit gratiam subreptitiam, & obreptitiam.

1 DIco primo. Inter subreptionem & obreptionē non videtur esse vlla differentia quo ad rescripta irritāda, sed dicitur subreptio, vel obreptio, quando rescriptum, vel gratia, vel dispensatio ma-

le obtinetur, siue quia tacetur veritas, quæ necessario est explicanda, quando aliquid petitur à Principe, siue quia falsũ narratur. ita Decius in cap.super literis. de rescriptis.notab. 1. num.4. Turrecrem.in c. dicenti 25.q.2. Rebuffus tom. 2. const. Regiarum tit. de rescrip. in præfat. num. 125. Iason in l. præscriptione. C. si contra ius, vel vtilit.publ. num.1. Sanchez lib. 8. de matrim cap.21. nu.2. Menoch. de arbitrar.lib.2.centur.3. casu 201.nu.10. & seqq. Ruinus lib 3. consf.73. num.15. Socin.iun. lib. 1. cons.77. n.86. Bald.in l. 1. C. si nuptiæ ex rescrip.petant. & colligitur ex l. sed si hac. §.patronum. ff. de in ius vocan. & ex l. si fideiussor. ff. mandat. & ex l. 1. C. si nuptiæ ex rescrip. petan. quas refert Menoch.dicto casu 201. nu. 11. 12. & 13. Quamuis alij

2 velint obreptionem dici illam, quæ per falsi narrationem cõmittitur, subreptionem vero, quæ per veri taciturnitatem, vel confusam ac perplexam veri narrationem fit.ita Bald. lib. 1. consil. 252. colum.2. Geminian. consil. 128. in fine. Alex. lib. 2. consil.60. in fine. Brunus consil. 15. num. 14. Neuizz.inter consilia Bruni consil. 12. n. 17. Crauetta cons. 7. num. 11. & cons.296. colum.4. & cons. 12.num.18. & consil.68.num. 3. & consil.79.in princ. Abbas in cap.cum dilecta. de rescrip. n. 15. Beroius in c.super literis lectura 1. num. 1. in fine & lectu. 2. num. 1. Ruin.lib. 1. cons. 28.num 8. Socin.sen.lib.2. cõs. 264.col.2.& lib.3. cõs.59. col. 4. Gozadin.cons.26.n.21.Capicius decis.32.num.12. Alij vero putant tunc cõtingere subreptionem, quãdo Princeps intellexit bene id, quod petitur, sed in ea petitione tacetur veritas necessario explicanda, vel quando aliquid falsi est narratum. Obreptionem vero tunc contingere, quando per verborum inuolutionem, & callidam & versutam petitionem Princeps non plene intelligit id, quod petitur.ita Barbat.volum.4.cons.49.nu.6. in fine. & cons.55.nu.1. Innoc. in c.cum dilecta.de rescrip.num.3. & ibi Felin.num.2. sed nostra sententia est amplectenda, quam etiã sequitur Guliel.Budæus annotat.ad Pandect.ad l.si quis obrepserit.

3 Dico secundo. Subreptio vitiat dispensationes, cõcessiones,

nes,gratias,priuilegia, & similia.ita Glos.final.in c.ad audiẽtiam. 2.de rescrip.& ibi Abbas n.14.Felin.n.22.glos.in c.final. de filijs presbyt.in 6. notab.2. & ibi Monach.nu.4.Franch. in fine.Abb. in c. quod super his. de fide instrument.num.2.& in c. quia circa.de consanguin. n. 5. & ibi Alexander de Neuo n.6.Caputaq.par.3.decis.223. Azor tom.1.lib.5. cap.24. q.4. Oldrad.cons.257.n.27.Nauar. in c.si quando.de rescrip. prælu.1.n.1. Rebuff.in prax. tit.de different. inter rescripta gratiæ & iustit. n.1. Farinac. in prax.crim.par.1.q.6. n.46. Menoch.de arbitrar.li.2.casu 201. n.2.& seq. Tuscus concl. 722. litt.S. Bal.in l.præscriptio. C.si contra ius.n.11.Milis in repertor.litera G.verb.gratia. n.3.& patet ex c.ad aures. c.constitutus.de rescriptis.c.si motu proprio.de præben.in 6.Clemen.1. eodem tit.& cap.finali de filijs presbyt.in 6. illis verbis. veluti per subreptionem obtenta nullius penitus est momenti.
4 quod est verum non solum in dispensationibus & gratijs concessis, & obtentis per subreptionem à Papa,sed etiã ab inferioribus, cũ textus & doctores vniuersaliter loquantur. & probatur. Ideo literæ per subreptionem impetratæ à Sũmo Pont.sunt inualidæ,quia in cõcessione illarum deest volũtas concedentis, nam deceptio in tacenda veritate, vel in exprimenda falsitate inducit Pontificem ad concedendã gratiam, at idem defectus volũtatis est in alijs Ordinarijs concedentibus dispensationes,gratias,&c. ergo si ob talem defectum gratiæ obtentæ à Summo Põt.per subreptionẽ sunt inualidæ,pari ratione erunt inualidæ obtẽtæ ab inferioribus ob similem defectum voluntatis cõcedentis. Secundo. Si quis emisisset votum faciendi aliquam eleemosynam,& impetraret dispensationem ab Episcopo in eo voto allegans se esse pauperem, cũ tamen reuera non sit,dispensatio per talem subreptionẽ impetrata est inualida, ergo dispensationes, gratiæ obtentæ per subreptionem ab inferioribus Papæ sunt irritæ. quare nõ placet opinio Garziæ par.6.de benefic.c.2.n.219.& par.8.c.3 n.3. scribentis subreptionẽ vitiare gratias obtentas à Sũmo Pont. vel eius Legato nõ vero obtentas ab Ordinario, vt

etiam sentit Emanuel Sà verb. gratia n. 22. vbi ait. Gratiam Papæ subreptio facit nullam, non autem gratiam Ordinarij.

Obijcies in Clem. 2. de offic. ordinarij dicitur non valere, quod per subreptionē obtinetur à Papa, valere vero, si obti-
5 neatur ab Ordinario, quare collatio beneficij facta ab Ordinario, est valida, quãuis fuerit obtenta per subreptionē, vt docent Azor tom. 2. lib. 5. c. 28. q. 23. Felin. in c. ad aures. de rescr. n. 15. Nauar. cons. 48. de sent. excomm. n. 3. Selua de benef. 3. par. q. 12. Flamin. de resig. benefic. lib. 8. q. 9. n. 73. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 201. n. 55. Caputaq. par. 1. de cis. 406. Sarnen. in regula de annali q. 9. in fine. & q. 10. vers. & quod ista regula. Gonzal. in regul. 8. Cācellariæ glos. 4. nu. 183.

Respondeo. in Clemen. 2. solum esse sermonem de illo, qui obtinuit secundum beneficiū non facta mentione de priori beneficio, nam talis concessio facta à Papa, vel eius Legato est inualida, secus vero si fiat ab Ordinario, nam in materia beneficiali non omne id, quod impetratur per subreptionem ab Episcopo, est inualidum, sicut esset inualidū, si impetraretur à Summo Pontifice.

6 Si quis enim impetret ab Episcopo beneficium nō expresso vero valore, aut expresso falso, literæ sic obtentæ, seu cōcessio hoc modo impetrata non sunt subreptitiæ, vt essent, si impetrarentur à Papa, vt docent Felin. in c. ad aures. de rescr. n. 15. Selua de benef. par. 3. q. 11. nu. 56. & fuit dictū in Rota in vna Placẽtina canonicatus 26. Febr. 1596. & in causa Tudertina cōmendæ coràm Pamphilio 1. Febr. 1591. & in alia causa corā Robusterio 2. Mart. 1604. nam cū Ordinarius debeat scire qualitates beneficiorū suæ diœcesis melius quā alij, nō est necesse, vt exprimatur valor beneficiorū, quādo ab illis impetrantur beneficia, & propterea tacere, vel exprimere maiorem vel minorē valorē, cū sit de re minime necessaria, nō facit, vt literæ sic obtẽtæ ab Ordinario vitient gratiā, & collationē beneficij; at secus est dicendū, cū impetrantur à Papa & Legato, isti enim nō credūtur plene nosse qualitatē beneficij & vitā & mores eius, qui ad beneficiū promouetur, vt etiam notat Azor tom. 2. lib. 5. c. 18. quæst. 23.

Obij-

7 Obijcies secundo. Absolutio excõm. obtenta ab ordinario per subreptionem, seu per mendacium est valida, vt si excommunicatus diceret se parti satisfecisse, cum tamen vere non satisfecerit, vt opinantur Couar. in cap. Alma mater. 1. par. §. 11. num. 14. Lopez in instructo. tom. 2. par. 2. cap. 19. Nauar. in sum. cap. 27. num. 38. Vgolin. de censur. tabula 1. c. 19. §. 4. num. 3. Rota decis. 7. de senten. excomm. alias 399. in nouis. Franch. in cap. venerabilibus. §. sane. nu. 2. de senten. excomm. in 6. Caputaq. decis. 1. parte 1. ergo subreptio non vitiat absolutiones, dispensationes concessas ab inferioribus Papæ. Respondeo nobis magis probari sententiam eorum, qui scribunt absolutionē ab excomm. sic obtentam esse inualidam. ita Felinus in cap. quod super his. de fide instrumentorum num. 13. Paludan. in 4. dist. 18. quæst. 5. num. 21. Henriq. lib. 13. cap. 30. §. 3. & 4. Toletus lib. 1. cap. 14. num. 11. vers. vndecimo. Auila de censuris. par. 2. cap. 7. disput. 2. dub. 4. Angelus absolutio 3. num. 12. Sylu. absolutio 1. num. 13. quæst. 5. Armilla verbo absolutio num. 65. summa confesso. lib. 3. tit. 33. q. 74. Philiarch. 1. par. lib. 3. cap. 24. concl. 2. Zerola in praxi Episcop. 2. parte. verbo absolutio. §. 13. in fine, nam præsumendum est ordinarium non habuisse animum absoluendi, si enim quis occidit Clericum allegando per mendacium, se illum occidisse ad se defendendum, cum à clerico per iniuriam fuerit aggressus, absolutio sic obtenta est inualida, nec enim præsumendum est Iudicem habuisse intentionem absoluendi hunc mendacem excommunicatum, quod idem est dicendum, cum quis est excommunicatus ob debitum, & falso dicat, se parti satisfecisse, licet valeret absolutio, si Iudex absolute vellet eũ absoluere, quamuis sciret in obtinenda absolutione referri falsum, tunc enim valebit absolutio, at peccabit Iudex, qui illum absoluit cum iniuria partis. valebit item absolutio, si fideliter excõmunicatus expressit causam excomunicationis, & solum fingit causas aliquas accidentales, vt magis Iudicē alliciat ad concedendam absolutionem. vt tradit Auila dicto dub. 4. in fine. Nec item

valebit absolutio obtenta per subreptionem, quando quis esset excommunicatus ob vnam causam, & petens absolutionem falso diceret se non esse excommunicatum ex illa causa, sed ex alia. vt bene docent Glosa in c. ex parte. de offic. ordin. & ibi Innoc. in princ. Abbas. num. 1. Couar. dicto nu. 14. nec item valebit absolutio tanquam obtenta per subreptionem, cum quis vnica esset affectus excommunicatione, ob plures causas, & in impetrando absolutionem taceret aliquam causam saltem principalem ex illis, ob quas esset excommunicatus, vt notant Abbas in cap. ex parte. de offic. ordin. num. 3. Angel. absolutio 3. nu. 10. Couar. in c. Alma. 1. par. §. 11. num. 13. & 14. Lopez in instructo. tom. 2. par. 2. cap. 19. Henriq. lib. 13. cap. 30. §. 2.

8 Dico tertio. Non omnia tacita, quæ si exprimerentur, potuissent mouere Principem ad negandum id, quod petitur, reddunt gratiam inualidam, sed illa duntaxat, quæ necessario sunt exprimenda, vel quia in iure præcipitur, vt exprimantur, quando petitur gratia, vel quia sunt ex illis in quibus iure est cautum, quod eis expressis Princeps non concederet gratiam, quæ petitur. ita Glosa in Clemen. 1. de præbendis. verbo. vel alteri. Nauar. consil. 1. de constitutio. quæst. 19. nu. 50. vbi ait. Non omnis taciturnitas veri, cuius expressio retraxisset Principem ad non tam facile concedendum, reddit gratiam nullam, sed solum illa, qua tacetur verum, quod iura iubent exprimi in tali impetratione, quæ est resolutio Rotæ de rescriptis 31. in nouis, & Egidij decis. 698. & Felini in cap. postulasti. de rescriptis, pro qua facit Glosa recepta in Clementina prima de præbendis, quatenus habet in impetratione beneficij faciendã quidem esse mentionem de beneficio habito, sed non de cura vel ordine primo illi beneficio annexo, licet mentio illorum difficiliorem redderet principem ad concedendum, quia id nullo iure præcipitur. facit etiam, quod valet collatio beneficij facta criminoso crimine non inducente irregularitatem & inhabilitatem ad beneficium nõ facta mentione de illo crimine, licet expressio illius diffici-

ficiliorem redderet principem ad conferendum, vt sentit Innocent. in cap. proposuit. de concessio. præbend. in verbo executore, & resoluit Felinus in cap. 2. de rescrip. num. 4. sic etiã sentit idem Nauarrus cõs. 18. & cons. vlt. de cognatione spirituali num. 3. & cons. 9. nu. 3. & 4. & cons. 8. nu. 2. & cons. 7. num. 3. de consang. & affinit. & cons. 3. de raptoribus. num. 7. & cons. 1. de feudis. num. 4. & cons. 12. de rescrip. num. 7. & in sum. cap. 22. num 86. & de datis & promissis notab. 32. n. 48. coroll. 4 Mascard. de probatio. concl. 846. num. 2. Henriq. lib. 12. cap. 2. §. 6. & cap. 3. §. 7. & lib. 13. cap. 30. §. 2. Calderin. consil. 6. de præbendis. in fine, & consil. 10. de rescrip. num. vni. & cons. 1. de rerum permutat. & cõs. 1. de filijs presbyterorum. num. 3. Mandosius de signatura gratiæ titul. de absolutio. ab hæresi. vers. dispẽsatum fuerat. Bossius in praxi in titul. de remedijs ex sola clement. princip. 34. Roderi. in sum. tom. 1. cap. 238. num. 1. & c. 179. concl. 5. n. 10. & tom. 2. quæst. regular. q. 46. ar. 6. Sarmiento lib. 1. selectarum cap. 9. num. 2. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 201. num. 26. Rota decis. 21. de præbend. num. 7. in nouis, & decis. 32. num. 5. de rescrip. in nouis, Caputaquensis par. 1. decis. 310. num. 3. Farinac. in praxi crimin. par. 1. quæst. 6. num. 48. & consil. 93. num. 6. Selua de benefic. par. 3. quæst. 11. num. 48. Bellamera decis. 697. num. 4. & 6. Puteus lib. 2. decis. 97. num. 2. Felinus in cap. postulasti. de rescriptis. num. 1. & in cap. super literis. eodem tit. num. 2. Mohedan. decis. 7. de rescriptis. alias 335. & decis. 13. de concessio. præbendæ in fine alias 317. Curtius iun. cons. 27. num. vlt. Cãpeg. inter cons. Bruni cons. 2. n. 50. & 51. Rebuff. in tract. de nominat. q. 9. num. 49. Parisius lib. 6. de resignat. benefic. q. 2. num 86. & lib. 10. quæst. 2. nu. 18. Zauall. in quæstion. pract. q. 737. num. 16. Petrus de Ledesm. de matrimon. quæst. 56. ar. vlt. dub. 2. difficult. 2. concl. 2. Lopez in instructorio par. 1. cap. 296. & par. 2. cap. 112. vbi agit de ieiunio, & cap. vlt. vbi agit de matrimon. Emanuel Sà verbo dispensatio. num. 10. vbi ait. Dispensatio valet etiam tacito eo, quod si fuisset expressum, fuisset quidem dispensa-

tum, etsi non tam facile. Et regulariter quod lex non iubet exprimi, si taceatur, non nocet.

9 Pari ratione, ne gratia reddatur subreptitia,& nullius valoris, sunt exprimenda ea,quæ de stylo curiæ exprimi debent. ita Socin.sen. lib.2. cons.164. num.5.Felin.in cap. in nostra. de præscrip. num.51.Peregrin. lib.1. decis.4. Mascard.de probat. conclus.846. num.8. Cassador. decis.12. de præbendis. num.14.Io.de Selua de benef. par. 3. quæst. 72. num.51. Puteus lib. 1.decis.187.n.8.Quod vero non omnia tacita, quæ si exprimerētur,retraherēt Principem ad denegandam gratiā probant allegati doctores,tum quia collatio beneficij facta homini malo, est valida, & tamen si superior id cognouisset, nunquam beneficium illi contulisset, tum quia si essent exprimenda illa omnia, quæ Principem retraherent, vel retardarent à concedenda gratia, quamuis nec de iure communi, nec de stylo curiæ essent exprimenda,fere nulla gratia, & dispensatio, & concessio esset tuta, & homines continuo versarentur iu magnis perplexitatibus, & onus nimis graue & durum illis imponeretur.

10 Obijcies cum ijs, qui sentiunt, gratias, dispensationes, & rescripta esse subreptitia, quando tacetur aliqua veritas, quæ manifestata retraheret Principē à cōcessione gratiæ, vel saltem notabiliter cū maiori difficultate eam cōcederet, vt sentiunt Angel.verbo rescriptum.num.3.Armilla eodem verbo.num.2. Tabiena q. 3.num.4. Abbas in cap. cæterum. de rescriptis. num.3 & in cap. ex conquæstione. de restitut. spoliat. num.4. Iason in l.1. C. si contra ius. nu.2.Cardinal. in cap. postulasti. de rescrip. num. 4. notab. 8. & ibi Barbatius num.16. Felin. in c. super literis. de rescrip. num.8. Tiraquel. in tract.cessante causa limit.1. num. 12. & 19. Paris. de confident.benefic.q.46. num. 38.& 39. Mascard. de probat. conclus.846.num.1.& 7. Alexand.volum.7.consil.61. in fine. & cons.95. nu.7. Corneus volum.3. cons.98.Gutier. lib.1. quæst. canon. cap.15.nu. 12.& lib.2. cap.15. nu.31. Iacob.de Puteo lib.1. decis.246. num.4. Couar. lib.1. var. cap. 20. nu.5. versic. verum vt his.

Me-

Menoch.lib.2.de arbitrar.casu 201. nu. 27. Rebellus de obligatio. iustit. par. 2. lib.3. quæstione 5.num.25. In cap.non potest. in princip. & in cap. si motu proprio. de præbendis.in 6. & in cap. si proponente. de rescriptis. legimus gratiā concessam ad consequenda beneficia reddi subreptitiam & inualidam ex taciturnitate qualitatis, quamuis, illa expressa, gratia etiam concederetur, ergo multo magis aliæ gratiæ & dispensationes redduntur subreptitiæ & inualidæ, si taceatur aliqua veritas, quæ si exprimeretur, retraheret Principem à concedenda gratia, vel illum notabiliter redderet difficiliorem.

Respondeo id esse, quia in allegatis iuribus iubetur exprimi illam qualitatem,& veritatem, & propterea si non exprimatur, gratia sic obtenta erit irrita etiam quando constaret, fore vt Princeps eam concederet, si illam qualitatem & veritatem tacitam cognouisset. nos vero dicimus tunc veritatem tacitā non reddere gratiam inualidam,quando in iure non præcipitur, vt exprimatur, nam quod gratia sit irrita, est pœna,vt aduertit Rebuffus in tract. de nominationibus. q. 9. num. 49. at, vt dicitur in regula in pœnis. de regul. iur. in 6. poenæ non sunt imponendæ, nisi in iure fuerint expressæ. deinde ius canonicum & ciuile ad hoc,vt aliqua gratia sit valida, sæpissime non requirunt, vt exprimatur aliqua veritas, quare præsumendum est,non esse intentionem Principis, vt illa exprimatur, nam, vt dicitur in l. ex facto. in princ. ff. de vulgar. voluntas & intentio Principis talis præsumitur, qualis est intentio iuris, quod etiam in dicta lege obseruauit Baldus in princip. & Decius cons. 33. num. 5. ita respondent & philosophantur doctores huius sententiæ, quæ est propter auctoritatem tot grauium doctorum valde probabilis.

11 Dico quarto. Est probabilior opinio illorum, qui scribunt, tacere illa, quæ si manifestarentur Principi, gratia nō cōcederetur,esse causā,vt gratia sit subreptitia & inualida, quamuis in iure non esset specialiter statutum, vt exprimerentur.& probatur ex cap.dudum. de præbendis in 6. vers.

nos

nos igitur attendentes. vbi Bonifacius Octauus ait non reddi gratiam inualidam, nec litteras subreptitias, quando taceetur aliqua veritas, seu qualitas, quæ si esset Principi nota, adhuc gratiam concessisset, & literas gratiosas dedisset, ergo è contrario, si illa veritate manifestata gratiam & literas princeps non concessisset, ex tali taciturnitate gratia redderetur subreptitia, & nullius momenti. Secũdo. in c. postulasti. de rescriptis. Innoc. III. declarat gratiam reddi irritam & subreptitiam, quando in impetratione illius aliquæ qualitates reticentur, quæ si Principi manifestarentur, gratiam non concessisset, ergo taciturnitas talium qualitatum facit gratiam subreptitiam, quamuis in iure non præcipiatur, vt exprimantur, quando petitur aliqua gratia.

12 DICO quinto. Quando iura statuunt in impetratione gratiæ aliquid esse exprimendum, si illud non exprimatur, gratia cum illa taciturnitate obtenta est inualida, quamuis constet fore vt princeps illam gratiam concessisset cum eadem facilitate, si illud, quod iure statuitur esse exprimendum, fuisset expressum, ita Couar. lib. 1. varia. resol. cap. 20. n. 5. versic. verum vt his quæ, & citat pro hac sententia Dominicum in cap. dudum. de præbendis in 6. & Franchum ibi in fine. Felinum in cap. ad aures de rescript. num. 12. vers. noua conclusio. & in cap. super literis. eodem titulo. num. 2. col. 2. limitat. 1. Petrum Rebuffum in forma mand. Apostol. glos. pro expressis. ad finem, & in tract. nominationum quæst. 9. num. 50. & in repetit. cap nulla. de conceß. præbendæ. art. 2. in princ. concl. 31. quorum sententiam sequuntur Parisius de confidentia benefic. quæst. 46. num. 53. Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 21. nu. 13. Gutier. lib. 2. quæst. canon. cap. 15. nu. 38. & 51. Selua de benefic. parte 3. quæst. 11. num. 6. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 201. nu. 27. Mascard. de probatio. concl. 846. num. 2. & 3. Ripa responso 14. de rescriptis. num. 6. Geminia. cons. 105. in fine. Socin. seni. lib. 2. cons. 174. in princ. & cons. 273. col. vlt. Ruin. lib. 1. cons. 3. num. 16. Crauet. cons. 68. nu. 11. Socin. iun. lib. 1. cons. 77. num. 83. & probat Couarru-

ru-

ruinas, quia pro forma iura exigunt harum qualitatum expressam mentionem dicto cap.
13 ad aures, forma vero obseruanda est ad vnguem etiam in minimis & similibus iuxta l. 1. ff. de lib. & posth. & cap. si motu proprio. de præbendis in 6. vbi dicitur esse subreptitiam, & irritam impetrationem secundi beneficij, si prius beneficium in impetratione non fuerit expressum, quamuis illud prius beneficium esset valde tenue, cum tamen si summus Pontifex illud cognouisset, ad huc contulisset secundum beneficium.

Obijcies. Si in impetratione gratiæ esset semper exprimendum id, quod iure statuitur esse exprimendum, alioqui censeri gratiam subreptitiam, & hoc esse vt formam, sequeretur, eum, qui ex ignorantia non exprimeret talem qualitatem, quam ius exprimit exigendam, obtinere gratiam inualidã, & nullius valoris, quod manifeste aduersatur textui in cap. gratia. de rescrip. in 6. vbi sic habet Innocẽtius Quartus. Gratia, quam super beneficio à sede Apostolica te impetrasse proponis, vitiosa reputari non debet, quamuis de alio beneficio ab Episcopo tuo antea tibi absenti & ignoranti collato nullam, (cum tempore impetrationis nescires) feceris mentionem. Vtrumque tamen, si talia sint beneficia, quæ simul nequeant de iure teneri, habere non potes, sed eligas, quod ex eis malueris retinere, ita Innoc. ex quibus verbis sequitur ignorantiam excusare à subreptione gratiæ, nam in cap. si motu proprio. de præbendis in 6. statuitur, vt cum impetratur secundum beneficium, quod collatio sit inualida, si aliud beneficium prius sibi collatum taceatur.

14 Resp. Ignorantiam non excusare ab inualiditate gratiæ, quando per ignorantiã, & simplicitatem non exprimitur aliqua qualitas vel veritas, quam iura iubent exprimi, vt bene asserunt Glosa in cap. si motu proprio. de præbendis in 6. Socin. sen. Socin. iun. Gemin. Ruin. Crauet. locis cit. Paris. de cõfident. benefic. quæst. 46. num 54. Gutier. lib. 2. quæst. canon. cap. 15. num. 38. Menoch. libro 2. de arbitrar. casu 201. num. 27. nec facit contra nostram sententiã id, quod ha-

habetur in allegato cap.gratia. illa enim impetratio non fuit inualida, nec illæ literæ fuerũt subreptitiæ, quia impetrans secundum beneficium non habebat vllum ius in re in priori beneficio, cum sibi absenti & ignoranti esset collatum iuxta cap.si tibi absenti. de præbendis. in l. sed solum habebat ius ad beneficium, quare in hoc casu non admittitur vlla subreptio, nec gratia vitiatur, sed tunc vitiaretur gratia, & impetratio beneficij, quando beneficium esset iam acquisitum, & beneficiarius haberet ius in illo, si enim tunc non manifestaretur prius beneficium, impetratio secundi non valeret, quamuis illud prius iam obtẽtum & acquisitum ex ignorantia taceretur.

15 Dico sexto. Quando ex stylo curiæ in rescriptis est aliqua qualitas exprimenda, debet illa necessario exprimi, alio qui gratia aliter obtenta erit subreptitia, etiam si ea exprimeretur, adhuc princeps illam gratiam concessisset. ita Menoch. lib. 2. de arbitrar. casu 201.num.28. Mascard. de probat. concl. 846. nu.8. Paris. lib. 10. de resignat.benefic.q.2.nu. 14. Decius in cap.super literis. de rescrip.num.9. & in cap. ad aures. eodem tit.num.5. Socinus cons.164.n.3.& 5.& cons. 169. in princ.& nu.10.& consil. 270.num.3.& cons.273. num. 12. volum.2. Capit.decis.32.in fine. Afflict. decis.116.n.4. Felin.in cap.in nostra. de rescrip. n.19. Barbat.vol.2.cõs.46.n.17.

16 nam stylus curiæ ius facit, & pro lege seruatur l.minime.ff. de legibus. l. si quando.in fine C. de iniur. §.vlt.institut. de satisdat. cap.ex literis. de constitutionibus. & cap. quam graui. de crimine falsi, & docent Felinus in c. 2. de rescrip. num.16.& in dicto cap.ex literis. & in cap.Ecclesia S.Mariæ. de constit.num.55.col.22. versic.septima declaratio. Ioannes Gutierrez li.1. quæstio. canon. cap.33.num.35. Mandosius de commissionibus secunda commissione. verb.sãctitati vestræ. & ad Lapum allegat.51. litera D. & cons.4. Angelus cõs.310. in fine. Alexand.lib.3. cons.58. num.8. Cardinal. in Clement. sæpe.§.& quia.in 6. notab.de verbor.signific. Crescent.decis. 1.de rebus Ecclesiæ. nu.4. Mascardus de probat.concl.1311. num. 51. Antonius Grauatius

ad

ad Vestrium in practica lib. 5. c. 3. num. 6. Caputaquen. par. 3. decis. 331. num. 2. Orosius in l. de quibus. ff. de legibus. num. 27. Milis in repertorio. verbo. stylus curiæ. Hierony. Gabriel. lib. 2. cons. 193. num. 1. Decius cons. 11. num. 9. Socin. iun. vol. 3. cons. 93. nu. 52. Crauet. cons. 91. num. 7. & cons. 201. nu. 19. Calder. cons. 8. de rescrip. nu. 4. Cardinal. Parisius volum. 1. cons. 44. num. 17. & volum. 4. cons. 14. num. 8. & 9. & in cap. illud. de præscript. num. 2. Rota decis. 2. de appellat. in nou. Curtius iun. cons. 95. & 178. num. 13. Guido Pap. cons. 119. num. 4. Bursat. vol. 4. cons. 393. num. 15. Octaui. Cache. decis. Pedemont. 22. num. 6. Gig. respons. 22. num. 8. Io. Bapt. Asin. praxi iudicial. §. 22. cap. 16. limit. 3. Gratianus tom. 1. disceptat. c. 154. num. 18. & cap. 191. num. 2. & tom. 2. c. 236. n. 29. Aymo cons. 91. num. 7. & cons. 201. Cynus & Bald. in l. 1. in fine C. quæ sit longa consuetudo. Glosa in l. 1. verbo Duumuiris. C. de emancipand. liber. Abbas in cap. cum contingat. de foro compet. & in cap. ex literis, de constitu. nu. 6. Roland. cons. 48. in princ. lib. 3. Vantius de nullitat. defectus proces. n. 56. Bartol. in l. iurisperitos. in fine princip. ff. de excusat. tutor. & in l. 3. ff. de test. Afflictus decis. 253. num. 4. Marsil. singular. 118. Anchar. cons. 53. nu. 2. Alexand. ad Bar. in l. viros in 2. notab. C. de diuer. offic. qui dicunt praxim & stylum curiæ esse attendendum, & nihil valere, quod agitur contra stylum & consuetudinem curiarum, cum pro lege habeatur, & consuetudinem & stylum & longum vsum causarum posse allegari tanquam ius, siue tendat ad litem ordinandam, siue decidēdam, & haberi pro forma, à qua non licet recedere, dareque iurisdictionem.

17 Hic nota stylum Curiæ Romanæ facere ius vniuersale, etiam in partibus ita Orosius Antonius Grauatius. Io. Gutierez locis citatis, quos refert & sequitur Garzia de beneficijs. 1. part. cap. 5. num. 8. quanquam Caualllos in commun. opinio. quæst. 737. nu. 20. scribat iudicem in partibus non debere iudicare secundum stylum Curiæ Romanæ, vt etiam docet Ferrettus cons. 52. num. 3. asserens stylum Curiæ non esse sequēdum in partibus, nisi sit

ſit firmatus ſpeciali deciſione Papæ, ſic etiã Stephanus Gratianus tom.2.cap.236.nu. 29. vbi ſcribit ſtylum Romanæ curiæ in alijs curijs non poſſe allegari, in quibus non extaret talis ſtylus, niſi fuiſſet per modũ declarationis à ſummo Pontifice cõfirmatus, & citat Oraſcum deciſ.22.nu.16.ſic etiam Azeuedo in l.2.tit.10.num. 11. lib.4.recopil.Felinus in cap. ex parte. il 1.de reſcriptis.nu.18. Boerius conſ.8 nu. 13.maxime quia,inquit Cæuallos num.21.
18 ſtylus Curiæ modo albus modo niger eſt, vt loquuntur Ferretus conſ. 11.nu.9. & conſ.52. num. 6. Mandoſ. in regulam Cancellariæ 33. quæſt.8.num. 5.Felinus in cap.Rodulphus.de reſcriptis. num.22. Staphileus de literis gratiæ in præludio. nu.4.Mandoſius loc.cit. Lapus allegatio.51. Rebuffus,trac.de conſuetud.art.2.Gloſ.13.num. 54.vbi docet, quod ſtylus Curiæ Romanæ, vt ſeruetur, debeat eſſe ſcriptus, & in aperto probatus, & notorius, & per Romanum Pontificẽ approbatus,& etiam tunc non imponit neceſſitatem, vt in alijs tribunalibus,& curijs ſeruetur.ita Bald.in cap.2.de ferijs. & Gomez in procem.regul. Cãcellariæ, & vt ordinarius teneatur ſeruare in deciſionibus cauſarum ſtylum Curiæ Romanæ, eſt neceſſarium, quod ſit confirmatus ſpeciali deciſione Papæ,vt docet Lapus allegat.52. Caſſiodorus deciſio. 13.circa finem. in tit. de præbendis, & cum ſtylus ſit facti, non præſumitur, niſi probetur,ita Hiero. Gigas conſ.38.num. 70. & potius iuri ſcripto adhærendum eſt, quam ſtylo Romanæ Curiæ propter illius varietatem: ita Caſſiodorus titul. de reſtitutio.ſpoliat. deciſ.9. num.17. & Felinus dicto nu.22. ait ſtylum Curiæ eſſe volubilem, & mutari ad mutationem Papæ, & Auditorum.ita Cæuallos loco cit. verum hæc ſententia non mihi probatur in diſpenſationibus, abſolutionibus, reſignationibus beneficiorum, & ſimilibus cauſis, nam qualitates in dictis rebus ſunt exprimendæ iuxta ſtylum Curiæ Romanæ,cum ille ſtylus ſit generalis, & iuxta illum literæ tum iuſtitiæ tũ gratiæ debeant & ſoleant expediri in omnibus prouincijs.

19 DICO ſeptimo. Si aliqua qualitas non ſit neceſſario expo-

ponenda in impetratione, tunc gratia concessa ex taciturnitate illius qualitatis redderetur inualida, quando princeps si illam qualitatem cognouisset, illam gratiam non concessisset, vel si concessisset, non absolute concessisset, sed cum quibusdam limitationibus, at vero si eamdem tandem concessisset, licet multo difficilius, tunc taciturnitas qualitatis non vitiat gratiam. ita Couar. lib. 1. variar. cap. 20. nu. 5. vers. his ita breuiter & vers. falsitas vero. vbi postquam dixit falsitatem aut subreptionem in causa finali contingentem regulariter gratiam inefficacem reddere, tandem concludit causam impulsiuam tunc notabiliter principem mouere, eiusque rationem habendam fore, cum ea Principi vere significata is non ita, vt concessit, gratiam fecisset, sed eidem concessioni moderamina quædam adhibuisset, ex quibus cautius petitis prouisum esset, sic etiam sentit Sylu. verbo legitimus. quæst. 4. dicto 4. vbi, inquit, omne tacitum, quo expresso Princeps non legitimasset, habet legitimationem vitiare & eam facit subreptitiam, immo etiam non ita de facili legitimasset, & verbo rescriptum. quæst. 6. num. 6. in princ. ad hoc, inquit, vt rescriptum teneat, nihil debet supprimi ex his, quæ mouere possunt animum Principis ad dandum illud, vel denegādum & quæst. 7. num. 7. in princip. rescriptum, inquit, tollitur, & eliditur, si fuit impetratum expressa falsitate, aut veritate suppressa etiam ignoranter, si talis fuerit, qua non interueniente literæ non fuissent obtentæ. Hanc sententiā sequuntur etiā Menoch. lib. 2. de arbitrarijs. casu 201. num. 30. Lapus allegatio. 89. Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 21. nu. 17. Decius in cap. postulasti. de rescript. n. 11. notabili 4. & in cap. super literis. eodem tit. verbo literas. num. 33. & ibi Beroius nu. 55. & 73. in 2. lectura. Parisius volum. 4. cons. 4. num. 35. & probatur.

In cap. Dudum. vers. nos igitur. de præbendis in 6. sic habetur. Considerantes quoque, quod nos exposito nobis de potestate prædicta nihilominus literas gratiosas daremus in dictis partibus non habita mentione de ipsa, ergo quando aliqua qualitas in impetratio-

tionibus reticetur, quæ nec ex iure cõmuni nec ex ſtylo Curiæ neceſſario requiritur, vt exprimatur, gratia conceſſa valebit, ſi princeps veritate cognita illam gratiam abſoluere conceſſiſſet. Secũdo. in cap. ſi is cũ quo. de filijs presbyt. in 6. dicitur. talis diſpenſatio (cum non ſit veriſimile ſedem ipſam cum illo prædictum patiente defectum voluiſſe, ſi hoc fuiſſet expreſſum eidem in pluralitate beneficiorum huiuſmodi diſpenſare) veluti per ſubreptionem obtenta, nullius penitus eſt momenti, ergo ſi veriſimile fuiſſet, quod ſedes Apoſtolica diſpenſaſſet etiam tacita veritate, huiuſmodi taciturnitas non vitiabit gratiã. Tertio quando ſuperior tandem conceſſiſſet gratiam licet cum maiori difficultate, in tali caſu conceſſio abſolute & ſecundũ ſubſtantiam eſſet voluntaria, quamuis ſecundum quid, & ſecundum modum quendam accidentalem eſſet inuoluntaria, ergo talis conceſſio non erit ſubreptitia & inualida. Quarto ideo talis gratia eſſet irrita, quia in tali caſu deeſſent in principe concedente defectus voluntatis, at quando aliquid taceτur, quod ſolum retardaret principem à facili conceſſione, non deeſt defectus voluntatis, ſed ſolum quãdo omnino retraheret à conceſſione, quia ſcilicet veritate cognita princeps illam gratiam nullo modo concederet, ſecus vero ſi veritate cognita illam concederet. Quinto. Gratiæ, diſpenſationes, & aliæ conceſſiones non ſemper ſunt omnino gratuitæ, ſed tenentur interdũ principes ratione officij, quo funguntur illas concedere, & in illis concedendis & denegandis debent vti recta ratione, neque enim debent eas negare, quando recta ratio dictat eſſe concedendas, ergo ſi in aliquo caſu princeps abſolute conceſſiſſet abſolutionem, diſpenſationem, & aliquam aliã gratiam quamuis cum maiori difficultate, gratia non debet iudicari ſubreptitia, nec inuoluntaria.

20 Dico octauo. Ex dictis deducitur, quod cum quis obtinet à Principe gratiã ſeu remiſſionem ſecundi homicidij non facta mentione de remiſſione alterius, talis gratia ſit ſubreptitia, & inualida, vt bene notant Baldus in l. 3. C. de Epiſco-

scopali audientia num.4. & ibi Paulus nu.9 Cened. collectan. 34. ad Decretales num.4. Tiraquel. de pœnis temperand. cau sa 10. num. 4. Tuscus conclus. 730. lib.5. tom.7. Medices de regulis iuris. regula 3. num.54. Felinus in cap. in nostra. de rescriptis. Gutier. lib.2. quæst. canon. cap. 15. num.86. Bossius in praxi in titul. de remedijs. ex sola clemen. princip. nu. 35. & 38. Farinac. in praxi criminali prima par. quæst. 6. nu. 49. & colligitur ex dicta l.3. vbi dicitur, delicta non nisi semel remittenda, quibus verbis significatur, quod cum quis secundo petit, vt sibi condonetur aliquod delictum, ad hoc vt talis remissio sit valida, in impetratione sit faciẽda mentio de priori condonatione, vt benè docent ibi Bald. num.4. Paulus num.9. Nauar. de datis & promissis notab. 32. num.48. vers. nec obstat resolutio. & consil. 1. de constit q.19. num.53. Tiraquel. de pœnis temperand. cau sa 10. num.4. Roder. in sum. tomo 1. cap 238. num.5. Ant. Gomez tom.3. var. cap.30. nu.69. Molin. lib.2. de primog. c.4. nu. 52. & lib.4. c.3. n.43. Placa de delictis. c.40. in fin. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 3. casu 203. n.32. Clarus in pract. crimin. §. fin. q. 59. num.9. Padilla in l. transigere. C. de transactio. n. 69. Rojas in epit. successio. c.23. n.22. Couar. lib. 1. variar. c.20. n.8. vbi ait verũ esse, quod Guliel. à Cuneo in l.3. C. de Episc. audient. tradit scribens, remissionem homicidij, eiusq. abolitionem à principe impetratam non facta mentione prioris indulgẽtiæ simile crimen eidem impetranti dimittentis vti subreptitiam inualidam esse. quia princeps si certior factus fuisset, eum homicidam veniã criminis postulantem prius aliud homicidium perpetrasse, eiusq. veniã obtinuisse, retraheretur ab huius veniæ, quæ modo petitur, concessione, quã Guilielmi sententiam sequuntur Barbat. in cap. dilectus. il 1. de rescrip. num.20. Ias. in l. nec damnosa. C. de precibus impera. offerend. n.3. Io. Lupus in c. per vestras. de donat. inter virũ & vxor. notab.4. n.11. Alciat. in c. cum non ab homine. de iudic. num.43. Ferdinandus Loazes in tract. de matrim. dubit. 10. n. 6. quorum doctorum sententia est vera, quãdo repetitur in eo-
21 dem genere delictum. nam si

delictum fuerit diuersum, non est necesse in impetratione secūdæ remissionis vel dispensationis facere mentionē de priori condonatione, nam in d. l. 3. C. de Episcop. audient. cum dicitur crimen esse semel remittendū, est sermo de eodem crimine rursus commisso, ita Gutier. lib. 2. quæst. canon. c. 15. n. 89. Couar. dicto n. 8. Alciat. n. 43. Boss. loc. cit. n. 35. Padill. nu. 69. Nauar. cons. 1. q. 19. nu. 53. vbi ad hoc confirmandum scribit, neminem negare impetrationem veniæ homicidij valere non facta mentione de impetratione veniæ incestus, adulterij, furti, rapinæ, aut alterius criminis separatim, & dissimilis prius obtentæ. vbi etiam notat Nauarrus remissionē eius delicti esse subreptitiā non solum ex eo, quod tacetur verū, quo expresso difficilius remisisset Princeps secundum, sed etiam ex eo, quod tacetur verū, quod per illam l. 3. deberet exprimi in secūda impetratione veniæ.

22 Dico nono. Ex dictis etiā constat ad inducendam vel tollendam subreptionē attendendum esse, an causa concessionis gratiæ, dispensationis, absolutionis, & c. fuerit finalis, an vero impulsiua. Nomine vero causæ finalis, in materia, de qua loquimur, dicitur illa, qua nō existente Princeps gratiā non concederet. Impulsiua vero, quādo concederet, sed nō tam facile. ita Tiraquel. in tract. cessante causa limit. 1. n. 11. Alex. vol. 7. cons. 161. in fine. Abb. in c. postulasti. de rescr. n. 1. & ibi Dec. n. 10. Dicitur etiam ex Barbosa in l. 1. par. 1. ff. solut. matrim. nu. 85. causa finalis ea, sine qua gratia, vel dispensatio nō concederetur illo modo, quo concessa est, sed eidem cōcesioni moderamina quædam adhibita fuissent. idem fere eodē modo dicit Couar. lib. 1. var. c. 20. n. 5. vers. his ita breuiter præmissis. vbi sic scribit. Causa finalis ea dicitur qua non existente Princeps gratiam nō fecisset, quaue ei significata petita minime cōcesisset. Impulsiua vero ea est, quæ principem mouet, aut moueret ad facilius, vel difficilius concedendum, quod ab eo petitum est.

SVMMARIVM.

1 *Exprimere falsum non reddit gratiam subreptitiam, quando gratiam Princeps concesisset etiam cum maiori difficultate, reddit ve-*

vero, quando gratiam non concessisset.

2 *Donatio procedens ex causa impulsiua falsa non est inualida, at est, quando procedit ex causa finali falsa.*

3 *Aliqui sentiunt gratiam reddi subreptitiam ex causa falsa expressa, quamuis esset impulsiua, nempe quando princeps illam concederet, licet non fuisset narratum falsum.*

QVAESTIO LI.

An exprimere falsum reddat gratiã subreptitiã.

RESPONDEO non reddere gratiã subreptitiã, quãdo gratiã Princeps cõcessisset etiam cum maiori difficultate, reddere vero, quando ea falsitate non expressa gratiam nõ concessisset. ita Glosa in c. ex parte. il 2. de conuersio. coniug. verb. falso. vbi ait causa impulsiua nõ vitiat dispensationem, & ita non consideratur, quæ fuerit causa impulsiua. Henriq. lib. 12. c. 3. num. 7. Sylu. verbo rescriptum. q. 6. & 7. in princ. Couar. lib. 1. variar. c. 20. nu. 5. vers. falsitas. Decius in cap. postulasti. de rescrip. num. 11. & notabi. 4. & in cap. super litteris. eodem tit. verb. litteras. num. 33. & ibi Beroius n. 35. in 2 lectura. Speculat. in titulo de dispensatione. §. dicẽdum restat. n. 10. Loazes de matrim. Regis Angliæ dub. 5. n. 37. & seq. Staphilæus de literis gratiæ in tit. de vi & effectu clausarum. in princ. num. 5. Paris. vol. 4. cons. 4. num. 35. Innoc. in cap. dudũ. il 2. de electio. n. 15. & ibi Imola num. 18. probatur. Donatio
2 procedens ex causa impulsiuã falsa non est inualida, vt esset, si procederet ex causa finali falsa, vt docent Medina in C. de restitut. q. 24. ad 4. & 5. Nauar. in sum. cap. 17. n. 107. ergò gratia seu dispẽsatio obtenta ex causa impulsiua falsa non est inualida, cum non sit maior ratio in donatione quã in dispensatione, immo est maior ratio, cur donatio procedẽs ex causa impulsiua falsa debeat esse inualida, quam dispẽsatio, quæ ex eadem causa procedit, quia donatio nullam rationem debiti continet, cum tamen dispensatio aliquo modo illam contineat, cum Princeps teneatur dispensare, quando est iusta causa.

3 Obijcies cum ijs, qui sentiunt gratiam reddi subreptitiã ex causa falsa expressa, quamuis esset impulsiua, nempe quando Princeps illam gratiã concederet, licet non fuisset narratum falsum. ita Angelus verb. rescriptum num. 3. vbi ait. Rescriptum impetratum tacita veritate, aut suggesta falsitate, vel etiam quocunque alio tacito, vel expresso, quod si tacitum non fuisset, vel falso expressum, Papa non ita faciliter concessisset, non valet. Armilla eodem verb. rescriptum. num. 2. Tabiena eodem verb. num. 4. Nauarr. consil. 1. de constit. quæst. 19. num. 50. vbi scribit. Omnis expresio falsi, qua mouetur Princeps ad facilius concedendam gratiam, facit eam subreptitiam, & ipso iure nullam. cap. super litteris. de rescrip. l. & si legibus. C. si contra ius vel vtilit. public. & cons. 14. num. 3. & cons. 12. de rescrip. num. 5. vbi ait licet taciturnitas veri, quod retraxisset Principem à concedẽdo non semper annullet gratiam, expresio tamen falsi, quod faciliorem reddit Principem ad concedendum, semper annihilat gratiam iuxta illud. Mendax precator careat impetratis. l. etsi citata. & consil. vlt. de cognation. spirituali. idem reperit. & in cap. si quando. de rescriptis. except. 3. num. 3. & in Extrauag. de datis pro gratia. notab. 32. num. 48. coroll. 4. Menoch. volum. 4. cons. 385. nu. 31. Gutier. lib. 2. quæstio. canon. cap. 15. n. 41. Roderic. to. 2. quæst. regular. q. 46. ar. 6. Tiraquel. in tract. cessante causa. limitat. 1. num. 12. & 14. Gozadin. cons. 51. num. 42. Cardin. in cap. postulasti. de rescrip. nu. 4. & ibi Barbat. n. 16. Ripa in l. ex facto. ff. de vulg. nu. 15. Marian. Socin. vol. 1. cõsil. 77. n. 85. nam in c. 2. de rescrip. literæ conceduntur cum conditione, si preces veritate nitantur, sed literæ continẽtes falsitatem nõ nituntur veritate, ergo gratiæ, & dispensationes sic obtẽtæ sunt nullius momenti. Respondeo illam conditionem esse intelligẽdam in ijs, quæ sunt de substantia nempe in ijs, ex quibus pendet id, quod obtinetur, ita vt alias Princeps illam gratiam nõ concederet. quod contingit, quãdo causa falsa expressa esset finalis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio super impedimento cõsanguinitatis vel affinitatis est subreptitia, nõ facta mentione de copula habita inter impetrantes dispensationem.*

2 *In iure prohibetur, ne incestuosi matrimonium contrahant.*

3 *Aliqui dicunt, nõ esse necessarium, cum petitur dispensatio, facere mentionẽ de copula incestuosa.*

4 *Ad hoc, vt dispensatio non sit subreptitia, facienda est mentio de copula, etiam si post dispensationem obtentam à Papa illa interueniat, antequàm tamen ordinarius illam dispensationem expediat.*

QVÆSTIO LII.

An dispensatio super impedimento consanguinitatis vel affinitatis sit subreptitia non facta mentione de copula habita inter impetrãtes dispensationem.

1 DICO primo. Talis dispẽsatio est subreptitia & inualida: ita Sarmiento lib. 1. select. cap. 9. nu. 1. & 3. Melchior Gallego de cognatione spirituali cap. 24. num. 1. & seqq. Io. Gutier lib. 1. quæstio. cano. cap. 15. num. 16. Nauar. in sum. cap. 22. num. 86. in vltima editione. Zerula in praxi Episcop. part. 1. verbo dispensatio. §. 4. Genuensis in praxi Archiep. c. 25. num. 4. vbi ait omnes scribere dispẽsationem matrimonialem impetratam, non facta mentione de incestu, non valere, additque ita fuisse declaratum à sacra congregatione Concilij, & Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam non concedere licentiam contrahendi, nisi impetretur noua dispensatio, & in supplicatione porrecta Papæ fiat mentio de copula habita. Garzia de benefic. part. 8. cap. 3. num. 32. Rodericus de ordine iudiciali cap. 20. concl. 4 nu. 4 ad finem Sanchez li. 3 de matrimo. disp. 14. num. 3. vbi ait dispensatio subreptitia est, tacita copula, & lib. 8. disp. 25. num. 8. vbi ait, reddi dispensationem subreptitiam tacito incestu inter cõsanguineos & affines volentes matrimonio copulari, siue is contigerit ante Pontificis dispensationem, siue post, ante-

quam ordinarius illam expediat. Lopez in instructorio to. 1. cap. 296. Rebellus lib. 3. q. 5. num. 24. Gambara de auctorit. legati lib. 7. tit. de dispensatione legatorum circa matrimonia num. 409. Petrus de Ledesm. de matrim. quæst. 56. art. vlt. dub. 2. vbi ait, esse rem certam, quia Congregatio Cardinalium ita declarauit, quãuis de iure communi contrarium esset dicendum. probatur, quia de stylo Curiæ in obtinẽda dispensatione huius impedimenti exprimitur copula habita, quod fit, vt timore huius manifestationis faciendæ consanguinei & affines ab hoc delicto retrahantur, at quando ex stylo curiæ est aliqua qualitas in impetrationibus dispẽsationum exprimenda, debet illa necessario exprimi, alioqui dispensatio esset subreptitia, vt probaui quæst. 50. num. 9. Secundo. Quando in rescriptis tacetur aliqua veritas, quæ si Papæ exprimeretur, non concederet dispensationem absolute, sed cum quibusdam limitationibus, gratia & dispensatio sic obtenta est subreptitia; at si Papæ fuisset manifestata copula incestuosa, non concessisset dispensationem illo modo, sed cum quibusdam limitationibus, vt nempe soluto matrimonio per mortem coniux superstes ad aliud matrimoniũ non posset transire, vtque etiã pro dispensatione maiorem pecuniæ summam in pœnam solueret, imponeretque etiam talibus incestuosis grauiores pœnitentias, ergo dispensatio obtenta sine manifestatione copulæ erit subreptitia. Tertio. In iure prohibetur, ne incestuosi matrimonium contrahant, ergo iure optimo introductũ est stylo curiæ, vt isti volentes contrahere debeant facere mentionem de copula, alioqui dispensatio sit subreptitia; antecedens constat ex c. si quis viduam 32. quæst. 7. vbi dicitur. Si quis viduam vxorem duxerit, & postea cum filiastra sua fornicatus fuerit seu cum duabus sororibus, &c. eos disiunge, & vlterius nunquam in coniugio copulari præcipimus. idem constat ex cap. qui propinquam. c. de incestis. 35. quæst. 3. ibi incestuosos nullo coniugij nomine deputandos hos censemus esse, si quis frater germanam vxorem acceperit, si quis consobrinæ suæ so-

sociauerit : idem habetur in c. si duo. 35. quæst. 6. in fine. cap. finali 35. quæst. 8. & docent Angelus verb. luxuria. q. 4. Valentia tom. 4. disp. 10. quæst. 5. puncto 4. Nauar. in sum. cap. 22. num. 74. vers. contrarium vero, & consil. 8. de consanguinit. & affinit. nu. 1. & consil. 10. eodem tit. & cons. 1. de eo qui cognouit consanguineam. nu. 2. Menoch. de arbitrar. cẽtur. 6. addit. casu 502. num. 98. & 106. Vega in sum. part. 2. c. 5. casu 4. & in speculo cap. 5. n. 62. Sotus in 4. dist. 37. quæst. 1. art. 1. concl. 1. Castro lib. 1. de potestate legis pœnalis. c. 7. docum. 3. circa finem. Cordub. li. 1. quæstio. quæst. 12 art. 1. opin 3. sum. Coron. part. 4. de matrimonio de impedimẽt. crim. Roderic. in sum. tom. 1. cap. 227. num. 3. & cap. 236. nu. 8. Glosa finalis dicto cap. de incestis. 35. quæst. 3. Alexander de Neuo in cap. 2. de eo qui cognou. consanguin. num. 7. Palud. in 4. dist. 34. quæst 1. art. 2. num. 13. conclus. 2. Astensis in sum 2. part. lib. 8. tit. 20. art. 1. in princ. Rebuff. in prax. beneficiorum reg. de dispensatione in gradibus prohibitis. glosa 5. num. 26. Sarmiento lib. 1. selectarum cap. 9. num. 3. & lib. 7. cap. 10. in fine, Cucus lib. 5. institut. tit. 12. num. 27. Caiet. repetit. in cap. ad limina. 30. quæst. 1. §. 4. num. 295. Petrus de Ledesm. de matrim. quæst. 58. cap. 4. dub. 2. Philiarchus tom. 1. par. 2. lib. 2. cap. 4. Vega in sum. tom. 2. c. 5. casu. 3. quare cum Papa dispensat cum incestuosis cõsanguineis, vt possint contrahere matrimonium, solet addere clausulam huiusmodi, vt qui fuerit superstes, defuncto altero coniuge, non transeat ad aliud matrimoniũ, quemadmodũ dictũ est, quod signum est talem incestum esse impedimentũ matrimonio cõtrahendo.

3 Obijcies cum ijs, qui sentiunt non esse necessarium, cũ petitur dispensatio, facere mentionem de copula incestuosa. ita Nauar. cons. 1. de constit. quæst. 19. & consil. vlt. de cognatio. spirituali & cons. 8. 9. 10. & 11. de consanguinit. Ouand. in 4. dist. 41. disput. vni. paulo ante propositionem. 12. Salzedo in prat. Diaz cap. 126. col. 17. vers. vnde merito, qui reprehendit consuetudinẽ, quæ est in aliquibus tribunalibus, interrogandi eos, qui vo-

lunt matrimonium contrahe-re, an copula inter illos inter-cesserit, cum tamē de hac nulla præcesserit infamia. Emanuel Sà verbo dispensatio. nu. 10. Henriq. lib. 12. cap. 2. num. 4. & seqq. Ceuallos in quæst. pract. quæst 737. numero 7. & seqq. Roderic. in sum. tom. 1. cap. 238. num. 5. Vega in sum. tom 2. cap. 34. casu 97. Quādo interuenit copula, est maior ratio, cur dispensetur inter consanguineos & affines, quia alioqui fœmina non leuem contraheret infamiam, & redderetur magis inepta ad aliud matrimonium, & propter scandala etiam, quæ inde possent oriri, & ex incestu cum consanguinea nullum oritur impedimentum matrimonij, vt probat Sanchez lib. 7. de matimo. disp. 15. nu. 16. & quamuis incestus cum affinibus efficiat impedimentum, at cōsuetudo iam est in contrarium, & propterea nulla alia requiritur dispensatio, vt docet Sanchez eodem lib. 7. disput. 17. numero 9. ergo quamuis in dispensatione obtinenda non fiat mentio de copula incestuosa, non propterea talis dispensatio est iudicanda subreptitia. Respondeo rationem, cur debeat in dispensatione fieri mentio de copula, esse, quia de stylo Curiæ est, vt speciatim illa exprimatur, vtque affines & consanguinei arceantur ab huiusmodi peccato ob timorem manifestandæ huius copulæ. deinde quamuis iam non sit amplius consuetudo, vt incestuosus petat dispensationem, cum vult contrahere matrimonium, at talis consuetudo est, cum vult contrahere cum alia fœmina, & non cum ea, cum qua copulam habuit incestuosam, cum enim vult cum eadem contrahere, necessario est exprimenda copula ex consuetudine & stylo Curiæ Romanæ, qui legem facit, & requiritur hæc manifestatio, ne dispensatio sit subreptitia.

Obijcies secundo. In tali impedimento potest Episcopus dispensare, vt docet Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 17. num. 10. quare potest peti à Papa dispensatio in impedimēto cōsanguinitatis, vel affinitatis, & ab Episcopo peti dispēsatio in impedimento incestus, & ita nullum admittetur peccatum subreptionis vitians dispensationem. Respōdeo posse quidem

dem Episcopum dispensare in incestu, non tamen quando illi consanguinei, vel affines inter se volunt matrimonij contractum celebrare, cum stylus curiæ petat, vt in impetratione dispensationis fiat mentio de copula, ne dispensatio sit subreptitia.

Obijcies tertio. Si copula esset manifestanda, oporteret in impetratione facere mētionem de personis incestuosis, quod non esset sine magna infamia, & periculo volentium contrahere, quare non videtur esse mens Ecclesiæ, vt de copula incestuosa fiat mentio in dispensationibus, & vt grauissimū onus huiusmodi contrahētibus imponatur, præsertim cum posset copula esse occulta, vt regulariter accidit. Respondeo non esse faciendam mentionem in supplicatione, quæ datur Pontifici, de copula incestuosa quo ad id, quod pertinet ad forum externum, sed in tali casu petitur dispensatio à sacra pœnitentiaria pro foro interno, debetque tunc etiam explicari impedimentum consanguinitatis vel affinitatis, in quo Papa vel dispēsauit, vel dispensaturus est, vt bene tradunt Sanchez lib. 8. de matrim. disput. 25. num. 11. Gallego de cognatio. spirituali cap. 24. num. 3. Nauar. consil. 9. de consanguin. in fine. Quod idē accidit, quando est duplex impedimentum vnum publicum, alterum occultum, vt tradit idem Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 34. n. 7.

4 Dico secundo. Ad hoc, vt dispensatio non sit subreptitia, facienda est mentio de copula, etiamsi post dispensationem obtentam à Papa illa interueniat, antequam tamen Ordinarius vel confessarius illam dispensationem expediat, quando talis dispensatio à Sūmo Pontifice illis per literas est concessa. ita Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 25. num. 8. quamuis Cordubensis in sum. quæst. 45. opinione 2. punct. 5. videatur sentire esse quidem exprimendam copulam habitam ante dispensationem non vero post dispensationem, licet Ordinarius illam dispensationem sibi commissam non expedierit, sed prior sententia est verior, & in praxi ita fit.

Si obijcias. In tali casu nihil omissum est, quod esset explicādum Papæ, & preces etiā veri-

veritate nituntur, cum ante dispensationem nulla interuenerit copula, ergo dispensatio non potest impugnari de vitio subreptionis, nam hoc peccatum tunc committitur, quando aut tacetur aliquid, quod erat exprimendum, aut falsum aliquid exprimitur. Respondeo talem dispẽsationem esse subreptitiam, nam illa clausula, si preces veritate nitantur, quæ solet apponi, quando Papa concedit huiusmodi dispensationes, refertur tum ad tempus dispensationis concessæ à Pontifice, tum ad tempus executionis, quando scilicet Papa concessit Ordinario vel confessario, vt illam dispensationem exequatur, & cum mutatus sit casus, priores literæ effectum suum sortiri non possunt. Quare si talis incestus fuit publicus, est iterum petenda dispẽsatio facta mentione de consanguinitate vel affinitate, & de copula habita, si vero fuit occultus, satis est, si petatur dispensatio à sacra pœnitentiaria facta etiã mentione de consanguinitate & affinitate.

Huius sentẽtiæ videtur etiã esse Genuẽsis in praxi Archiepiscop. cap. 25. vbi etiam refert num. 4. quosdam incestuosos, quorum dispensatio erat cõmissa Vicario Neapolitano, post factam separationem ab ipso Vicario de nouo carnaliter se cognouisse, fuisseque dubitatum, an prior dispensatio sufficeret, fuisse rescriptum ab vrbe, in tali casu esse opus noua dispensatione, & sic eam fuisse imperatam obtento Breui. Perinde valere.

SVMMARIVM.

1 *Incestus cum proprijs consanguineis non impedit matrimonium contrahendum, sed solum incestus commissus cum affinibus.*

2 *Incestus cum proprijs consanguineis impedit iuxta aliquos matrimonium contrahendum.*

3 *Quamuis incestus commissus à viro cum vxoris suæ consanguineis impediat matrimonium, non tamen illud dirimit.*

4 *Incestuosus cum proprijs consanguineis potest post contractum matrimonium petere debitum.*

5 *Incestuosus cum cõsanguineis propriæ vxoris, non potest ab ea petere debitum, quamuis teneatur reddere.*

6 *Incestuosus cum suis consanguineis non potest à sua vxore petere debitum secundum aliquos doctores.*

7 *Pœna ob paritatem, vel maioritatem rationis non debent extendi.*

QVÆ-

QVÆSTIO LIII.

An omnibus incestuosis sit prohibitum contrahere matrimonium.

IN quæstione præcedenti dictum est, prohibitum esse incestuosis matrimonium contrahere, occasione huius resolutionis potest quispiam petere, an omnibus incestuosis id sit prohibitum.

1 In qua re dico primo incestum cum proprijs consanguineis non impedire matrimoniũ contrahendum, sed solum incestum cõmissum cum affinibus, cum nullus sit textus, in quo habeatur incestum cum proprijs consanguineis impedire, ne incestuosus possit matrimonium contrahere, & textus, qui prohibent matrimonium, solum loquũtur de incestu cõmisso cum affinibus, quare in cap. si quis cum matre. 34. q. 2. sic dicitur. Si quis cum matre & filia fornicatus fuerit, ignorante matre de filia, & filia de matre, ille nunquam accipiat vxorem, illæ vero si voluerint, accipiant maritos, si autem hoc scierint, ipsæ fœminæ absque maritis perpetuæ maneant. idem habetur in cap. si quis cum duabus. 33. q. 3. vbi dicitur. Si quis cum duabus sororibus fuerit fornicatus, si dignam egerit pœnitentiam, & castitatis non valuerit continentiam sustinere, liceat ei legitimam in coniugio vxorem accipere. Idem habetur in cap. si quis viduam. 37. q. 7. & huius sentẽtiæ sunt Nauar. in sum. cap. 22. num. 74. Toletus lib. 5. cap. 12. num. 1. Vega in sum. tom. 2. cap. 5. casu 4. Rosella verb. impedimentum impedimento 8. num. 18. & 19. Antonin. 3. par. tit. 1. cap. 16. §. 4. Caietan. in summ. verb. matrimonium. cap. 1. §. secundum vero caput. & 2. 2. q. 154. ar. 9. §. ad secundam obiectionem. Bartholom. de Ledesma de matrimonio. dub. 50. Ceuallos q. 737. num. 3. Quand. in 4. dist. 41. quæst. vnic. proposit. 11. Sanchez de matrimon. lib. 7. disp. 15. num. 16. & lib. 8. disp. 25. num. 6. & 8. Lessius lib. 4. de iustit. cap. 3. num. 82. Henriq. in summ. lib. 12. cap. 2. §. 4. Couarr. in 4. decretal

par.

par.2. cap. 6. in princ. num.4. Veracrux in ſpeculo coniugiorum par.1.ar.23.concluſ.1. Vivaldus de matrimonio. nu.95. Lopez in inſtructorio par. 1. c. 296. & par. 2. vbi agit de matrim. cap. 46. impedim. 5. Armilla verb. matrimonium. nu. 57. Syluest. verb.matrimoniũ. 7. q. 6. dicto 3.

2 Obijcies cum ijs,qui ſentiũt inceſtum cum proprijs conſanguineis impedire matrimoniũ contrahendum.ita Gloſ.in cap. de inceſtis.35.quæſt.3.in fine. Nauar. in ſum.cap.22.num.74. verſ. contrarium vero, & conſ. 1. num. 2. de eo qui cognouit conſanguin. Philiarch. tom. 1. part. 2. lib. 2. cap. 4. Angelus verb. inceſtus. num.5.Sotus in 4.diſt.37.quæſt.vni.art. 1. poſt 1.concluſio. Cordub. lib. 1. quæſtio.quæſt.12.art.1.opin.3. Paludan. in 4.diſt.34 quæſt.1. art.2.num.13.concluſ.2.Petrus de Ledeſma de matrim. quæſt. 58.art 4.dub.2.Caſtro lib.1.de lege pœn. cap. 7. verſ. ex hoc tertio documento. Aſtenſis in ſum.par.2. lib.8.tit.20.art.1.in princ. Rebuff. in praxi benefic. in regul. de diſpenſatione in gradibus prohibitis Gloſa 5. nu.26. Quando Papa diſpenſat cum conſanguineis,qui inter ſe copulam inceſtuoſam habuerunt, vt poſſint ſimul cõtrahere matrimonium, ſolet. iuxta ſtylũ curiæ addere clauſulam, vt mortuo coniuge alter ſuperſtes non poſſit tranſire ad ſecũdum matrimonium, ergo inceſtus cum conſanguinea impedit matrimonium cõtrahere. Reſpondeo apponi huiuſmodi clauſulam, non quod talis inceſtus ſit impedimentum matrimonio contrahendo ſed in pœnam delicti,vt homines à peccato inceſtus cõmittendo retrahantur, & tales inceſtuoſi ſolum virtute præcepti Pontificij tenentur abſtinere à matrimonio.

3 Dico ſecundo. Quamuis inceſtus commiſſus à viro cum vxoris ſuæ conſanguineis impediat matrimonium, non tamen illud dirimit, cum nullo iure habeatur tale impedimẽtum dirimere matrimonium, & in cap. 1. & in cap. tranſmiſſæ de eo, qui cogno. conſang. ſolum legimus ne talis inceſtuoſus contrahat matrimonium, & tamen Anton. 3. par. tit. 1. cap.16.in fine principij. Turrecrem. in cap.non oportet. il 1. 33 q.4.num.2.ad 2. Riccard.

in

in 4.dist.32.art.5.quæst.2.in fine probant non esse irritum matrimonium celebratum cõtra præceptum Pontificium, quando simpliciter prohibetur celebrari, nec apponitur decretum irritans, nam, vt dicitur in cap. ad Apostolicam. de regular. multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent, & pro hac sententia habemus textum expressum in c. 2. de matrimonio contracto cõt.interd. Eccles. in fine illis verbis. licet enim contra interdictum Ecclesiæ ad secunda vota transire non debuerit, nõ est tamen conueniens, vt ob id solum sacramentum coniugij dissoluatur, aliqua tamen pœnitentia debet imponi, quia contra prohibitionem Ecclesiæ hoc fecerunt.

4 Dico tertio. Incestuosus cum proprijs consanguineis sicut nõn prohibetur contrahere matrimonium, vt probatum est, ita nec prohibetur post cõtractum matrimonium petere debitum. ita Sotus in 4.dist.37. quæst. vnic.art.2. ad finem. vers.dubium autem est. Vega in sum.par.2.cap.5.casu 1.& 4. Castro de potestate legis pœnalis lib.1.cap. 7. vers. ex hoc tertio documento, circa finem. Cord.lib.1. quæstio. quæst. 12. art. 1. opin.3. Roderic. in sum. tom.2.cap. 243. num. 12. Ricchard.in 4.dist.34.art.4.quæst. 2. ad 1. Caiet. 2. 2.quæst.154. art.9.dub.1.ad 2.obiectionem. Turrecrem. in c. quædam cum fratre.32.quæst.7.in fine. Henriq.lib.12.cap.2.num.3. lit.M. in glosa. Veracrux tert. part. specul. art. 17.in fine. Graffius in decisio. part. 1.lib.2.cap.80. num. 13. & cap. 83. num. 11. Bartol. de Ledesma de matrimon. dub. 50. conclus. 2. nam nullo iure habetur incestuoso cum suis consanguineis esse prohibitum petere debitum, & pœnæ vltra casus in iure expressos non sunt imponendæ.
5 prohibetur vero incestuoso cũ consanguineis propriæ vxoris petere ab ea debitum in cap. 1.de eo qui cognou. consangu. quamuis teneatur reddere c. discretionem.cap. penult. & c. finali. eodem tit.

6 Obijcies cum Angelo verbo incestus.num.5. Nauarro cons. 10. de consanguinit. n.3. Vega in speculo cap.15.nu.62. Mayrone in 4. dist. 32. quæst. vnic. concl. 2. Supplement. Gabriel. in 4.dist.34.quæst.1.art.1.vers.

im-

impedimenta propter quæ, asserentibus coniugem incestuosum cum suis consanguineis non posse à sua vxore petere debitum. Qui peccat cum suis consanguineis, maius peccatum admittit, quam is, qui peccat cum suæ vxoris cõsanguineis, sed hic priuatur iure petendi debitum, ergo & qui peccat cum proprijs consanguineis, multo magis eodem iure priuatur. Respondeo negando consequentiam, nam
7 pœnæ ob paritatem vel maioritatem rationis non debent extendi, vt bene docent glosa in l. tam is. §. 1. ff. de donatio. caus. mort. Bartol. in l. præcipimus. §. finali. C. de appellatio. Iason in Authentic. quas actiones. num. 21. C. de sacrosanct. Ecclesi. Ripa in l. si constante. ff. solut. matrim. num. 57. Capra regula 90. nu. 113. Decius in l. non debet cui. de regul. iur. Respondeo secundo non esse parem rationem, nam licet incestus cum suis consanguineis sit grauius peccatum, at ex eo non oritur vinculum affinitatis cum proprio cõiuge, sicut oritur ex incestu cum consanguineis alterius coniugis, & propterea iura canonica statuerunt, vt propter hoc delictum coniux incestuosus priuaretur iure petendi debitum.

SVMMARIVM.

1 *Si matrimonium ea intentione contrahatur ab habentibus impedimentum dirimens, vt facilius Pontifex dispenset, in tali casu est facienda in impetratione dispensationis mentio tum de matrimonio contracto, tum de animo, quo initum est.*

2 *In impetratione dispensationis facienda est mentio tum de matrimonio consummato tum de spe facilius obtinendæ dispensationis, si ea spe matrimonium fuerit consummatum.*

3 *Decretum Concilij Tridentini cõtra contrahentes cum impedimento intelligitur de quocunque impedimento dirimente.*

4 *Quando lex conditur in fauorem publicum & animarum & ad vitanda peccata, tanquam fauorabilis debet extendi.*

5 *Quando lex pœnalis est in fauorem Ecclesiæ, debet extendi.*

6 *Lex pœnalis & correctoria potest extendi ob identitatem rationis in ea expressæ.*

QVÆ-

QVÆSTIO LIV.

An debeat fieri mentio in impetratione dispensationis de matrimonio, si de facto illud contraxerunt coniuncti in gradibus prohibitis, quamuis non sit per copulam consummatum.

1 DIco primo: Si matrimonium ea intentione contrahatur ab habentibus impedimentum dirimens matrimonium, vt facilius Pontifex dispenset, in tali casu est facienda in impetratione dispensationis mentio tum de matrimonio contracto, tum de animo, quo initum est. ita Couar. in 4. decretal. part. 2. cap. 6. §. 10. num. 14. Philiarchus tom. 1. part. 2. lib. 2. cap. 13. initio. Lopez in instructo. par. 2. vbi agit de matrimo. cap. vlt. Anton. Cucus lib. 5. instit. maio. tit. 13 n. 8. Garzia de benefic. part. 8. c. 3. nu. 41. Gutier lib. 2. quæstio. canon. cap. 15. nu. penult. Petrus de Ledes. de matrimonio q. 56. art. vlt. dub. 2. difficult. 1. conclus. 1. Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 25. num. 22. & col. ligitur manifeste ex Concilio Trident. sessio. 24. de reformatione matrimonij cap. 5. vbi dicitur. Si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserit, separetur, & spe dispensationis cõsequendæ careat. idque in eo multo magis locum habeat, qui non tantum matrimonium contrahere, sed etiam consummare ausus fuerit. Quod si ignoranter id fecerit, si quidẽ solemnitates requisitas in cõtrahendo matrimonio neglexerit, eisdem subijciatur pœnis. Non enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem facile experiatur, cuius salubria præcepta temere contempsit. Si vero solemnitatibus adhibitis impedimentum aliquid postea subesse cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit, tunc facilius cum eo & gratis dispensari poterit. ita Concilium. cum igitur ideo hoc statuatur, vt comprimatur eorum audacia, qui spe facilius obtinendæ dispensationis matri-

trimonium inter se contrahebant, hinc sequitur mentẽ Cõcilij esse, vt in impetratione dispensationis fiat mentio de huiusmodi intentione, alioqui Concilium non posset punire sic contrahentes.

2 Propter eamdem causam in impetratione dispẽsationis facienda est mentio tum de matrimonio consummato, tum de spe facilius obtinendæ dispensationis, si ea spe matrimonium fuerit consummatum, vt bene notant Nauar. in cap. si quando exceptione. 5. num. 5. de rescriptis. vbi ait. Nõ solum oportet mentionem facere contracti male matrimonij scienter, sed etiam fraudis, qua grauiter peccando sunt vsi, vt benignior in eos esset Romanus Põtifex. alioqui enim huiusmodi dispensationes ipso iure inutiles erunt apud Deum quidem, qui omnia nouit, & in foro cõscientiæ simpliciter, apud homines autem tantum, si & quatenus ea fraus probari potest & in sum. cap. 22. num. 86. licet olim, inquit, facilius dispensabatur cum impeditis, qui iam etiam scienter contraxerunt, & consummarũt matrimoniũ, hodie tamen iure Concil. Trident. sess. 24. cap. 5. de reform. matrim. difficilius dispensatur, & consumatio illiciti matrimonij, quæ olim inclinabat Papam ad dispensandum, hodie retrahit, sic etiam Toletus in sum. lib. 7. cap. 22. nu. 3. vbi, inquit, illi, qui scienter contrahunt, & habent copulam, vt facilius impetrent dispensationem à Papa, debent narrare Pontifici, se illa intentione habuisse copulam, & contraxisse, vt facilius cum eis dispensaretur, quo non narrato, dispensatio nulla est.

3 Dico secundo. Prædictum decretum Concilij Tridentini intelligendum est de contrahentibus cum quocunque impedimento dirimente. ita Toletus lib. 7. cap. 22. num. 3. Philiarch. tom. 1. part. 2. lib. 2. cap. 13. in princip. Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 56. art. vlt. dub. 2. difficult. 1. conclus. 1. Sanchez lib. 3. de matrimon. disp. 42. num. 7. & lib. 8. disput. 25. num. 24. & patet ex illis verbis decreti. nõ enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem facile experiatur, cuius salubria præcepta temere contempsit. quæ ratio militat in omni impedimento dirimente ma-

tri-

trimonium. Secundo. Concilium fecit hoc decretū ad retrahendos homines à celebrandis matrimonijs inualidis,ergo sub hoc decreto comprehēditur omne impedimentum, quo matrimonium dirimitur. Tertio. Concilium id satis aperte significat, cum ait. Si vero impedimētum aliquod postea subesse cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiā habuit, tunc facilius cum eo, & gratis dispensari poterit; quæ verba comprehendunt quodcunque impedimentum.

Obijcies. Concilium loco citato videtur solum loqui in casu,quo consanguinei, vel affines, vel cognati matrimoniū scienter contrahunt, vt patet ex illis verbis. Si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsūpserit,separetur, & spe consequendæ dispensationis careat, ergo Concilium nō loquitur de quocunque impedimento dirimente matrimonium,& cū hoc decretum sit pœnale, non est extendendū. Respondeo.Quāuis hoc decretum sit pœnale, quia tamen est conditum in fauorem animarum,vt scilicet homines retrahantur à matrimonijs inualidis celebrādis, quod passim spe obtinēdæ dispensationis contrahebant, debet potius extendi,quam restringi.nā
4 quando lex conditur in fauorē publicum,& animarū,& ad vitanda peccata,& pericula animarum, talis lex tanquam fauorabilis debet extendi, cum per illam retrahantur homines à peccatis,vt bene tradūt Hostien.in c.penult.qui fil.sint legit. in fine. & ibi Io.Andr.n. 5. Præpos.n.3.Abbas n.5.Ancharan.n.5. Alex.de Neuo num.7. Anton.n.9.Henr.n.10.Gratian. reg. 111.n.6.Couar.in 4.decretal.2.par.c.6.in princ.n.12.Paris. de resig. benefic. lib.11. q. 2.n.17. Rom.in l.sequitur. §.si viam. de vsucap. Mathesil.tractat.de extens.extens.5.Camil. Gallin.comm.de verbor.signif. lib.7.cap.24.n.15.& 16. Euerard.in topic. loc. à ratione legis.n.3.Alciat.lib.2.de verbor. signif. n.44. Ripa in l. si constante. ff.solut.matrim. nu.72. Felin. in c.translato.& in c.iurauit.de probation. & in c. fin. de præscrip.Glos. in cap.sciant cuncti. de electione in 6. verbo alias. Rodericus à Cunha de confessarijs solicitant. q.7. numer. 12. 14. & 41. Bartol.

in l. quemadmodū. C. de agricol. & censs. lib. 11. & in Authē. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. num. 16. Iason in l. 1. C. de sacrosan. Eccles. num. 3. & in l. si certis annis. C. de pactis. n. 7. & in l. si filius familias. ff. si cert. pet. num. 7. & in l. cætera. §. si quis ad opus. ff. de legatis 1. num 20. Azeuedo lib. 5. recopil. tit. 1. l. 2. n. 4. Castillo l. 49. taur. num. 14. Franc. in c. sciant cuncti. de electione in 6. num. 6. Perez. lib. 5. ordinat. tit. 1. l. 1. Corsetus singular. 99. Petrus Cenedo lib. practic. quæst. quæst. 30. num. 103. Sanch. de matrimon. lib. 3. disp. 42. nu. 4. vers. secundo probatur. & n. 7. vers. dicendum est. & lib. 1. di-
5 sput. 39. num. 5. vbi ait idem est dicendum, quando lex pœnalis est in fauorem Ecclesiæ ex glosa in dicto c. sciant cuncti. verbo alios, & ibi Dominico n. 6. Franco n. 7. nam summa est ratio, quæ pro religione facit. l. sunt personæ. in fine. ff. de relig. & sumpt. funer. Quando vero dicitur, quod lex pœnalis sit restringenda, intelligendum id est de lege pœnali, quæ meram delicti pœnam attendit, tunc enim est stricte intelligenda, & illius verba sunt proprijssime interpretanda.

6 Respondeo secundo. Legē correctoriam & pœnalem extendi ob identitatem rationis in ea expressæ multi probabiliter putant. vt Antonius Gabriel tom. 2. commun. lib. 7. fol. 332. col. 2. Matienzo lib. 5. recopil. tit. 11. l. 19. glosa 2. nu. 4. Gutier. de iuramento par. 3. c. 2. num. 8. & lib. 1. quæstio. canon. cap. 10. n. 3. & cons. 50. n. 8. Cassad. decis. 1. nu. 2. Paris. vol. 4. cons. 96. n. 20. & n. 32. & vol. 1. cons. 32. n. 72. Crauet. cons. 183. n. 3. Nauar. in c. pœnæ nu. 10. de pœnit. dis. 1. Minchac. de success. creat. §. 28. in princ. Bolognet. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. nu. 130. Lamberti. de iure patron. lib. 2. par. 1. q. 10. ar. 4. in fine. Roland. volum. 1. cons. 27. n. 48. Alexand. in l. si constāte. ff. solut. matr. q. 9. Bal. in Authen. quas actiones. C. de sacrosan. Eccles. & ibi Ias. n. 17. Surd. cōs. 186. n. 11. & decis. 62. n. 26. & decis. 174. n. 13. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 63. n. 9. & casu 89. n. 8. Couar. in c. alma mater. 2. par. §. 4. num. 7. vers. 2. Anton. Gomez lib. 1. variar. cap. 5. n. 10. Tiraquel. in l. si vnquam. verbo libertis.

n. 4.

n.4. & 46. de reuocand. donat. Sanchez de matrimon. lib. 3. disput. 42. num. 4. vers. sed dices. Abbas in cap. final. de rescrip. num. 11. & in cap. nihil. de elec. num. 9. Sylu. verb. lex. q. 10. & verbo pœna. quæst. 4. Crauet. de antiquit. 4. par. 5. videamus modo. num. 18. & seqq. Matienzo li. 5. tit. 11. l. 19. glos. 2. n. 6. Cenedo lib. pract. quæst. q. 33. n. 9. & deducitur ex l. his solis. vers. tacite cautum putamus C. de nautic. fœno. & l. his solis. C. de reuoc. donat. & l. cũ mulier. ff. soluto matrimon. & clement. 1. de electio. iuncta glosa ibi. verb. eligantur, nam vbi adest rationis identitas nõ dicitur procedi per extensionem, sed per comprehensionem, vt aduertunt Cattell. Cotta in memorab. verb. rationis identitas. Molina de primog. lib. 3. cap. 5. num. 7. Tiraquell. in tract. cessante causa. in princ. nu. 142. Cenedo d. q. 33. n. 9. at in casu nostro in omni impedimento dirimente militat eadem ratio expressa in illo decreto Concilij Trident. vt dictum est. Immo Antonius Gomez. lib. 1. variar. cap. 11. num. 12. Abbas & Sylu. loc. cit. sentiunt legem correctoriã & poenalem extendi, quamuis in lege ratio non fuerit expressa, quando tamen vnica ratio afferri potest.

Respondeo tertio. Concil. Trid. fecisse mentionẽ de gradibus prohibitis, quia ordinarie matrimonia redduntur irrita, quia contrahuntur in gradibus prohibitis, & exempli gratia concilium facit mentionem de gradibus prohibitis.

SVMMARIVM.

1 *Quando quis impeditur cõtrahere matrimoniũ propter impedimentum affinitatis, & simul publicæ honestatis, an in impetratione dispensationis sufficiat facere mentionem solum de affinitate.*

2 *Materia dispensationis est odiosa, & stricti iuris.*

3 *In materia odiosa mixtum non comprehenditur sub simplici, nec dispositio loquens de simplici locum habet in mixto.*

4 *Dispensatio concessa aduersus vnũ impedimentum, & defectum non porrigit suum effectum quoad alium, nisi expresse in dispensatione hoc dicatur.*

5 *Dispensatus ad vnũ effectũ nõ censetur esse dispensatus ad alium.*

6 *Aliqui putant sufficere, si fiat solũ mentio de affinitate in impetratione dispensationis.*

7 *In dubio non est præsumendũ de-*

lictum, & magis præsumendum est honestum, quam inhonestum, & turpe.

8 *In materia dispensationis verba sunt stricte interpretanda.*

QVAESTIO LV.

An quãdo quis impeditur contrahere matrimoniũ ex duplici capite nempe impedimento affinitatis, & publicæ honestatis sufficiat facere mentionẽ de affinitate in impetratione dispensationis tacita publica honestate.

1 RESpondeo. Si in impetratione dispensationis exprimatur affinitas, quæ ex copula licita oritur, vt si petas dispensationem ad hoc, vt possis contrahere matrimonium cum consanguinea tuæ vxoris mortuæ, tunc satis erit exprimere affinitatẽ, nec est necesse facere mentioné de publica honestate, cum in tali casu, qui exprimit affinitatẽ, exprimat etiã tacite publicam honestatem, quæ necessario in huiusmodi affinitate includitur; & dispensatio sic obtenta est valida, si vero in impetratione dispẽsationis fiat solũ mentio de affinitate in genere, tunc dispensatio erit inualida, cum expresse nec tacite fiat mentio de publica honestate. ita Nauar. cons. 7. de consang. n. 1. Ang. verb. dispensatio. n. 10. Silu. eodem verbo q. 5. n. 9. & matrimonium. 8. q. 14. dicto 3. Rosella verb. impedimentum. impedim. 13. nu. 2. Tabiena verb. impedimentum, impedim. 11. in fine. Supplem. Gabriel. in 4. dist. 41. q. vnic. ar. 3. dub. 7. Abbas in c. non debet. de consanguin. n. 12. & ibi Alexand. de Neuo n. 11. Præposit. n. 18. Lopez in instructo 2. par. vbi agit de matrim. c. 59. vers. aduertendum est insuper. Petr. de Ledesma de matrimon. q. 56. ar. vlt. dub. 2. difficult. 3. coroll. 6. & quæst. 55. cap. 4. in fine. & in summ. Sacrament. vbi agit de matrimon. cap. 27. conclus. 6. difficult. 2. Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 24. num. 38. Loazes de matrimon. dub. 11. num. 31. Gambara de auctoritate Legati lib. 10. num. 243. Stephan. Costa tract. de affinit. §. quia inter impedimẽta. n. 3. ha-

habetur tom. 9. tractatuum. Gaet. in cap.ad limina. 30. q. 1.§.4.quæst.203. num. 488. & probatur, quod dispensatio sit inualida,quando fit mentio de sola affinitate in genere, nam tunc nulla fit mentio de publica honestate nec tacite nec expresse,cum illa affinitas possit intelligi tam de affinitate licita, quæ scilicet ex legitimo oritur matrimonio, quæque coniungitur cum publica honestate, quam de affinitate illicita, quæ oritur ex fornicatione, quæque est sine publica honestate & cum in genere sit expressa affinitas, intelligitur de simplici nempe de illicita, & non de mixta, quæ scilicet coniungitur cum publica ho-
2 nestate, & cum materia dispẽsationis sit odiosa, ac stricti iuris.cap.1.in fine.& cap.2. de filijs presbyt. in 6.cap.non potest.de præbendis in 6. c.quod dilectio.de consanguinit.& affinit.l. ex facto.in princ.ff.de vulg. & pupill. verba,quæ possunt intelligi in significatu potentiori & minori, semper intelliguntur in minori.cap. cum olim.de præbendis.& c.quam-
3 uis eodem tit.in 6. deinde in materia odiosa mixtum non comprehenditur sub simplici, nec dispositio loquens de simplici locum habet in mixto, vt bene tradunt Alexander in l. 2. ff.de verbor. obligatio.num. 2.& ibi Iason num. 5. Alciatus num.10.& 20. Tuschus practicar. conclusion. verbo mixtus casus. concl.294.num.2.& 45. Mandos. in regul. cancell. regul.11.num.6.par.3. ergo cum in impetratione dispensationis & in concessione in genere exprimatur affinitas, dispensatio concessa, cum simus in materia odiosa, intelligitur de affinitate simplici, quæ scilicet ori-
4 tur ex fornicatione. Tertio. Dispensatio concessa aduersus vnum impedimentum & defectum non porrigit suum effectum quo ad alium,nisi expresse hoc in dispensatione dicatur l. si quando. C. de inofficioso testamento. Simon de Pretis cons. 51.num.6.Baldus in cap. innotuit.de electio. nu. 17. Afflictus decisio. Neapolit. 320. num. 12. Io. Baptista à Costa de retrotractio.cap.9. casu 10. nu.2. Ioseph. Gonzalez lib.variar. quæstio. cap.14. num. 11.
5 Surdus cons.245.numero 4.& dispensatus ad vnum effectum non censetur esse dispensatus

ad alium.Riminal. ſenior conſ. 91. nu.4.Beroius lib. 2. conſil. 163.num. 30.& 41. Simon de Pretis conſ. 100. num. 29.Carolus de Graſsis de effect. cleric. effect.4.num.57. & 58.Riminald. iunior conſ. 341.num. 36. Nauar.conſ.21.num. 1. de celebratio. miſſa. & diſpenſatio, ſi aliquid operari poteſt, eſt ſtricte intelligenda, ne amplius operetur cap.1.§. ille vero.de filijs presbyter.in 6.quia exorbitat à iure communi,cum igitur in caſu noſtro illa diſpẽſatio operetur in affinitatem, non debet extendi ad publicum honeſtatem.

6 Obijcies cum ijs,qui opinãtur ſufficere,ſi fiat ſolum mentio de affinitate. ita Couar. in 4.decretal. 2.par. cap.6. §.7.n. 5.Felin. in cap.poſtulaſti. de reſcript.num.13.limitat.7.in fine. Milis in repertor.lit.D. n. 63. verbo diſpenſatio. verſ.diſpenſatio facta ſuper impedimento. Veracrux 1.parte ſpeculi art.44.dub.1.in fine. Ripa reſponſo 11.in fine.de reſcript. Hieron. Paulus in pratic. cancellar. Apoſtol. tit. notabilia ſuper diſpenſationibus matrimonialibus in fine. Cucus lib. 5. inſtitut. tit.12.nu.250.Azeuedo lib.8.recopilat.tit.20.lib. 7. num. 25. Quando fit in impetratione diſpenſationis mẽtio de affinitate,intelligitur de affinitate,quæ oritur ex copula

7 coniugali,cum in dubio non ſit præſumendum delictum,& magis præſumendum eſt honeſtũ, quam inhoneſtum & turpe. l. miles.§.defuncto.ff.de adulter. & l.filium.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris,& ibi Baldus n. 2. & cap. eſtote. de regul.iuris in 6. & inter inhoneſta, quod eſt minus ex Bald.loc. cit. Boerio vol.2. conſ.19. num.10. & ſemper debet capi præſũptio, quæ excludat delictum.l.merito.ff.pro ſocio.& illa præſumptio prævalet, per quam diſpoſitio ſuſtinetur. l.quoties. ff.de rebus dubijs. cap.Abbate.de verbor. ſignificatio. Decius in l. contrahenda.ff.de regulis iuris.num.7.ergo ſatis eſt exprimere affinitatem ad hoc, vt diſpenſatio ſit valida, cum illa impetrata ſatis etiam exprima-

8 tur publica honeſtas. Reſpondeo in materia diſpenſationis verba ſunt ſtricte interpretanda,vt dixi, & docent Suarez de legibus lib.11.cap.11.num. 10.& cap.17.num.2.Moneta de diſtributio.part.2.quæſt.14. num.

num. 5. Azor tom. 2. lib. 7. cap. 33. quæſt 6. Nicol. Garzia de benefic. par. 1. cap. 6. num. 58. Campanil. in diuerſor. iuris canon. rubric. 11. cap. 13 nu. 90. Oieda de incompatibil. benefic. par. 2. cap. vlt. numero 67. & ſeqq. & debent intelligi in minori ſignificato, minus autem ſignificatum eſt, ſi affinitas intelligatur ea, quæ oritur ex copula illicita.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum publicæ honeſtatis, quod oritur ex ſpõſalibus, eſt inductum varijs iuribus.*

2 *Impedimentum publicæ honeſtatis quod oritur ex ſponſalibus ſolum impedit contrahere matrimonium cum conſanguineis alterius ſponſi nõ vero cum illius affinibus.*

3 *Coniuges poſſunt contrahere matrimonium cũ affinibus alterius coniugis.*

4 *Impedimentum publicæ honeſtatis conſurgens ex ſponſalibus ante Concilium Tridentinum extendebatur vſque ad quartum gradum. hodie vero extenditur ſolum ad primum gradum conſanguinitatis.*

5 *Ex matrimonio rato oritur publica honeſtas.*

6 *Impedimentum publicæ honeſtatis oritur ex quocumque matrimonio rato etiam irrito ex quatumque cauſa, dummodo non ſit irritum ex defectu conſenſus.*

7 *Impedimentum publicæ honeſtatis oriens ex matrimonio non eſt reſtrictum per Concilium Tridentinum ad primum gradum, quãuis oriretur ex matrimonio irrito, ſed durat vſque ad quartum gradum.*

8 *Ante Concilium Tridentinum impedimentum publicæ honeſtatis proueniens ex ſponſalibus etiam irritis extendebatur vſque ad quartum gradum.*

9 *Nonnulli ſentiunt impedimentum publicæ honeſtatis proueniens ex matrimonio rato eſſe per Concilium Tridentinum reſtrictum ad primum gradum.*

QVÆSTIO LVI.

Quid ſit impedimentum publicæ honeſtatis, et ex quo oriatur.

1 DIco primo. Impedimentũ publicæ honeſtatis oritur ex ſponſalibus & ex matrimonio. Impedimẽtum quod oritur ex ſponſalibus, eſt propinquitas quædam proueniens ex illis ſolo iure Eccleſiaſtico inductum, de quo impedimen-

to fit mentio in cap.literas.de desponsatio. impuber. cap. iuuenis.cap.veniens. cap. ad audientiam.cap.sponsam.de spõsalibus. cap.vnico de sponsalibus in 6. & significatur etiam in l. si qua. §.1. & in l.semper. ff. de ritu nuptiarum. Hoc impedimentum fuit institutum, quia valde rationabile est, & valde consonum honestati Ecclesiæ, vt cum propter sponsalia incipiat inchoari matrimonium, cõsanguineis vnius spõsi prohibeatur matrimoniũ cõ-
2 trahere cum altero. Quod impedimentum oritur solum cum consanguineis alterius sponsi non vero cum illius affinibus, vt obseruant Gaeta in repetit. cap. ad limina 30. q.1. §.4. q. 205. num.490. Brunel.de spõsalib.concl.10.n.2. Io.Andr. in c.vnic. de sponsalib.in 6. nu.4. & ibidem Francus num.4. Domin. num. 3. nam iura supra allegata solum prohibent contrahere matrimonium cũ con-
3 sanguineis. Deinde coniuges possunt contrahere matrimonium cum affinibus alterius cõ iugis, ergo multo magis sponsi de futuro possunt contrahere matrimonium cum affinibus alterius coniugis. antecedens constat ex cap.quod super his. de consang. & affin. c. non debet. eodem tit.

4 Hoc impedimentum publicæ honestatis consurgens ex sponsalibus ante Concilium Tridentinum extendebatur vsque ad quartum. ita D. Tho. in 4.dist.41. quæst. vnic. art.1. quæstiunc.4. in corpore. & ibi Sotus quæst.vnic. art.3. concl. 1. Henriq. lib. 12. de matrim. cap.10. num.2. Valentia tom. 4. disp.10. q. 5. puncto 3. tractans de impedimẽto publicæ honestatis.Glos.in cap.vnic.de sponsalib. in 6. verbo consanguinitatis. & ibi Ancharan.nu. 3.Abbas in cap. sponsam. de sponsalib. num. 9. & ibidem Præpositus num. 3. Nauarr. in sum.cap.22. num.57. Angelus matrimonium 3. impedimento 14. num. 1. Sylu. matrimonium 8. quæst.14.dicto 4. Hodie vero per Concilium Trid. sess. 24.de matrimon. cap. 3. extenditur solum ad primum consanguinitatis, vt notãt Vega in summa tom. 2. cap. 34. casu 16. Petrus de Ledesma de matrimonio quæst.55. ar.4. dub.1. Roderic. in sum. tom.1. cap.234. num. 4. Coninch. de sacramentis.disp.32.dub.5.nu. 70.

70. concluſ. 3. Nauarr. in ſum. cap.22.num.56. Reginald. lib. 31. num.128. Rebellus par.2. lib.4. in appendice.nu.98.Henriq.lib.12.cap.10.num.2. Valentia tom.4. diſp.10.quæſt.5. punct.3. Barboſa de offic.Epiſcop. allegatio. 51.num. 182. Sanchez de matrimon.libro 7. diſp.7. num.5.

5 DICO ſecundo. Ex matrimonio rato oritur publica honeſtas. ita Veracrux in appendice ad ſpeculũ. dubio penult. concluſ.1. Nauar. conſ. 11. de ſponſalibus. num. 2. Io. Andr. in cap. ſponſam. de ſponſalib. in princip. & ibi Præpoſitus n. 2. & quidem ſi ex ſponſalibus oritur publica honeſtas, quæ impedit, ne is, qui hoc impedimentum habet, poſſit contrahere cũ conſanguineis ſpõſæ illius de futuro, multo magis hæc publica honeſtas orietur ex matrimonio rato. quod

6 fortius eſt vinculum. Hoc impedimentum oritur ex quocunque matrimonio rato etiam irrito ex quacunque cauſa, dummodo non ſit irritum ex defectu conſenſus, vt patet ex cap.vnic.de ſponſalib.in 6. Et quamuis Concilium Tridentinum ſeſſ.24. de matrimon.c.3. ſtatuat ex ſponſalibus quacũque de cauſa irritis nullũ oriri impedimentum, at de honeſtate publica orta ex matrimonio rato nihil de nouo ſtatuit, quare remanet hoc impedimẽtum ſicut prius, quod etiam affirmant Sanchez de matrimon. lib.7. diſp.70.num.5.Rebell. par.2. lib.3. quæſt.14.nu. 2. & lib.4. ſectio.5. num.101. Bonacina de matrimon. quæſt. 3. punct.11.num.11. Barboſa de offic. Epiſcop.allegatio.51. num.177. Henriq. lib. 12.cap. 10.num.2. Valentia tom.4. diſputat. 10. quæſt. 5. punct. 3. vbi agit de impedimento publicæ honeſtatis. & declarauit Pius V. in conſtit. incipit. Ad Romanum ſpectat edita anno 1568. Aliqui tamen putant per dictum decretum Concilij hoc impedimentum eſſe correctum non ſolum in ſponſalibus, ſed etiam in matrimonio. vt Nauar in ſum.cap.22. num. 58. coroll.2. Lopez in inſtructorio 2. parte, vbi agit de matrimon. cap.50. Couarr. in 4. decretal. 2. parte c.6. § 2. n.2. ſed à noſtra opinione non eſt recedendum.

7 Præterea hoc impedimentum non eſt reſtrictum ad primum

mum gradum, quamuis oriretur ex matrimonio irrito, sed durat vsque ad quartum gradum. ita Roderic. in sum. tom. 1. cap. 23 num. vlt. Valent. tom. 4. disp. 10. quæst. 5. punct. 3. vbi agit de impedimento publicæ honestatis. Veracrux in appendic. ad speculum, vbi agit de impedimento affinitat. in fine. Emanuel Sà verb. matrimoniũ. vbi agit de impedimentis dirimentibus. num. 12. Bartholom. à Ledesma dub. 43. de matrimonio. & ita declarauit Pius V. in dicta const. nam dicit durare hoc impedimentum in omnibus gradibus, in quibus ante Concilium matrimonium

8 dirimebat, sed ante Conciliũ impedimentum publicæ honestatis proueniens ex sponsalibus etiam irritis extendebatur vsque ad quartum gradum, vt docent Abbas in c. ad audientiam. de sponsalibus. num. 3. & ibi Præpos. in princip. Ancharan. num. 2. Cucus lib. 5. institut. maior. tit. 10. num. 42. Gaeta in repetit. cap. ad limina. 30. quæst. 1. §. 4. quæst. 203. num. 483. ergo multo magis impedimentum publicæ honestatis ortum ex matrimonio rato durat vsque ad quartum gradum.

9 Nonnulli tamen sentiũt hoc impedimentum proueniens ex matrimonio rato esse per Concilium Tridentinum restrictum ad primum gradum, sicut impedimentum, quod oritur ex sponsalibus. ita Lopez in instructor. par. 2. vbi agit de matrimonio cap. 50. Ouandus in 4. dist. 41. quæst. vnica in fine. Toletus lib. 7. cap. 10. in fine, sed horum opinio, cum aperte aduersetur dictæ constitutioni Pij V. non video, quo modo posit sustineri.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas consurgens ex fornicatione extenditur solum vsque ad secundum gradum per Concilium Tridentinum.*

2 *Affinitas orta ex matrimonio non est restricta per Concilium Tridentinum, sed dirimit matrimonium vsque ad quartum gradũ.*

3 *Non peccat peccato incestus, sed solum simplicis fornicationis ille, qui accedit ad consanguineam in tertio, vel in quarto gradu eius, cum qua prius fuit fornicatus.*

QVAE-

QVÆSTIO LVII.

Quid sit impedimẽtum affinitatis, et vsque ad quem gradum extendatur.

1 DIco primo. Affinitas definitur esse propinquitas personarum ex carnali copula proueniens omni carens parentela. affinitas consurgens ex fornicatione post Conciliũ Tridentinum sessio.24. de matrimonio.cap.4. extenditur solum vsque ad secundum gradum, vt notant Reginaldus libro 31. num. 147. Henriq. lib. 12.cap.10. num.1. Bonacin.de matrimon. q.3.puncto 12. nu. 16. Sanchez de matrimon. lib. 7.disp.67.num.4. Gutier. de matrimon.cap.99.num.12.Basil. Ponci. de impedim. matrimonij. cap.38. §.1. vers. deinde. Coninchius de sacramentis. disp.32.num 56. Farinac. in praxi criminal. par. 5. quæst. 149. num. 116. Armendariz in addition. ad recopilat. legum Nauarræ. lib. 4. tit. 15. l. 1. de matrimon. in declarat. num. 92. Barbosa de offic. Episcop. par. 3. allegatio. 51. num.

2 165. Affinitas vero orta ex matrimonio non est restricta per Concilium Tridentinum, sed dirimit matrimonium vsque ad quartum gradum, vt fuit statutum in Concilio Lateranensi sub Innocentio Tertio, & refertur in cap. non debet. de consanguinit. & notant Valẽtia tom.4. disp.10.quæst.5.pũcto 3. vbi agit de impedimento affinitatis. Henriq. lib. 12. cap.10. num. 1. in glos. lit. H. Nauar. in sum. cap.22. nu.42. Medina in sum.lib.1.cap.14. §. 18. Toletus lib.7. cap.11. n.4. Ouandus in 4. dist.41. quæstione vnic. propos.6. in fine. Maiolus lib.3.de irregular.cap.25. num.13. Angles in floribus 1. parte vbi agit de matrimon. q.14. ar.1. difficult. 1. Bartol. de Ledesma de matrim. dub. 41. conclus.1. Llamas par. 3. Methodi curationis. c.8. §.19. Petrus de Ledesma de matrimon. q.55. art.6. non longe à princip. Emanuel Sà verb. matrimonium. vbi agit de impedimentis dirimentibus. num. 13. Viuald. tit. de sacram. parte 1. vbi agit de matrim. num.

295.

295. Philiarchus tom. 1. par. 2. lib. 2. cap. 12. verf. consanguinitatis. Lar. in l. si quis à liberis in princip. num. 90. ff. de liberis agnoscend. Rebell. de obligatio. iustit. par. 2. libro 3. quæst. 15. num. 6. Azeuedo l. 7. num. 9. tit. 20. lib. 8. nouæ recopilat. Bonacina de matrim. quæst. 3. punct. 12. num. 6. Barbosa de offic. Episcop. par. 3. allegatio. 51. nu. 154. Sanchez de matrimon. lib. 7. disput. 67. num. 5. Gutier. de matrim. cap. 99. num. 14. Nam Concilium Tridentinum sess. 24. de matrim. cap. 4. tantum restringit affinitatem ortam ex fornicatio, ergo affinitas orta ex copula coniugali remanet sicut prius erat statutum in cap. non debet. de consanguinit. & affinit. iuxta l. si vero. §. de viro. ff. soluto matrim. & l. commodissime. ff. de liber. & posth.

3 Dico secundo. Ex præcedentibus infertur non peccare peccato incestus, sed solum simplicis fornicationis eum, qui accedit ad consanguineã in tertio vel quarto gradu eius, cum qua prius fuit fornicatus. ita Emanuel Sà verbo luxuria. nu. 2. Gutierrez lib. 1. quæstio. canonic. cap. 23. num. 3. Salzedo in additio. ad Diaz in pratic. canon. cap. 84. in fine. Roderic. in sum. tom. 1. cap. 209. nu. 2. concl. 2. & probatur. olim erat prohibitum contrahere matrimonium vsque ad septimum gradum; & vsque ad illum affinitas extendebatur, vt constat ex c. nulli. & c. æqualiter 35. quæst. 3. & postea restricti sunt gradus vsq; ad quartum per caput non debet de consanguinit. & affinit. estque communis opinio, eum, qui carnaliter cognoscit consanguineos vel affines vltra quartum gradum, non committere peccatum incestus, sed simplicis fornicationis, ergo cum nunc sit restrictum impedimẽtum contrahendi matrimoniũ cum affinibus ob copulam illicitum vsque ad secundum gradum, sequitur eam affinitatem non extendi vltra illum gradũ, & consequenter eum, qui carnaliter cognoscit fœminam vltra secundum gradum in casu, de quo loquimur, peccare solum peccato simplicis fornicationis & non incestus. Secundo. Ideo est incestus inter consanguineos & affines ob copulam habitam, quia illis prohibitum est inuicem matrimonium

nisi contrahere, ergo vbi nõ est talis prohibitio, copula nõ dicetur incestuosa, sed fornicaria.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio cum secundo petitur circa eamdem rem, est facienda mentio de priori dispensatione, alioqui posterior dispensatio erit subreptitia & idem est dicendum de priuilegijs.*

2 *Iura clamant debere id, quod à Principe est cõcessum, esse stabile.*

3 *Quando posterior dispensatio est de re diuersa à priori, non est necesse facere mentionem de priori dispensatione.*

4 *Quando quis obtinuit dispensationem, quæ tamen fuit inualida, non est necesse in posteriori dispensatione exprimere priorem dispensationem, quod idem dicendum est de priuilegijs.*

QVÆSTIO LVIII.

An cum secundo petitur dispensatio circa eamdem rem, sit necesse facere mentionem de priori dispensatione, alioqui dispensatio secunda sit subreptitia.

1 DICO primo. Est facienda mentio de priori dispensatione, & posterior dispensatio erit subreptitia, si non fiat mentio de priori dispensatione, quando vtraque dispensatio est circa eamdem materiam, & in concessione est aliqua diuersitas, vt si prior cõcessa fuit cum moderamine & limitatione, posterior vero fuit absolute concessa, quod idem est de priuilegijs affirmãdum. ita Couar. li. 1. variar. c. 20. n. 7. in fine, & in 4. decretal. part. 2. cap. 8. §. 8. num. 5. vers. 8. Nauar. cons. 8. de consanguin. num. 6. Molin. lib. 4. de primogen. cap. 3. num. 43. Abbas in cap. penult. de præscriptio. num. 17. & ibi Bellamera num. 4. Imola nu. 6. Rota tom. 3. lib. 3. decisio. 91. num. 3. in nouissimis. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 3. casu 201. num. 39. & casu 203. num. 33. & sequent. Curtius senior cõs. 73. num. 15. Bartolom. Socinus vol. 2. cons. 246. num. 4. & vol. 3. cons. 65. num. 12. Gutier. lib. 2. quæstio. canonic. cap. 15. n. 92. Decius vol. 4. cons. 541. nu. 22. & cons. 695. nu. 32. Puteus lib. 1. decisio. 246. num 2. & 4. Parisius vol. 4. cons. 74. nu. 47. & 56. Probatur. In cap. penult. de præscriptio. dicitur esse subrep-

reptitium priuilegium cuidam concessum recipiendi absolute sacramenta à quocunque Antistite non facta mentione prioris priuilegij eidē concessi cum limitatione nempe si suus Antistes ea ministrare nollet. hoc autem priuilegium ideo iudicatur subreptitium, quia prius priuilegium fuit concessum cū moderamine, secundum vero fuit concessum absolute, nam si princeps sciuisset prius priuilegium fuisse cōcessum cum limitatione, non illud postea mutasset. Secundo. In cap. 2. de filijs presbyter. in 6. legimus dispensationem, quam illegitimus obtinuit à sūmo Pōtifice, vt posset plura obtinere beneficia, esse subreptitiam, si prius cum eodem fuerit dispensatum ad vnum tantum beneficium, nec facta sit mentio in posteriori dispensatione de priori dispensatione ad vnicum, nam posterior dispensatio est amplior quam prior, & affertur ibi ratio, quia si Papa cognouisset priorem dispensationem, non concessisset posteriorem dispensationem. vt verisimile est, & notat ibi Glos. notab. 1. Monach. in prin. Tertio princeps non facile mutat id, quod ipse vel eius prædecessor concessit, hæc enim mutatio significat inconstantiam & leuitatem quandam, quam vitare omnes debent, & præcipue principes supremi, & iura

2 clamant debere id, quod à principe est cōcessum, esse stabile. cap. si cui nulla. de præbend. in 6. & reg. decet. 16. de regul. iuris in 6. & notant Rota decis. 33. num. 3. & 13. de præbend. in antiquis. Cæsar. de Graffis decis. 1. num. 7. & 8. de verbor. signific. Simonet. de reseruationibus. quæst. 88. num. 5. & seqq. ergo si princeps cōcessit aliquam dispensationem & priuilegium cum limitatione, & in secunda dispensatione non fiat mentio de priori, posterior dispensatio erit subreptitia, nam si princeps fuisset factus certior de priori dispensatione seu priuilegio concesso cum limitatione, posterius priuilegium non concessisset absolute, sed respondisset sufficere priorem dispensationem seu prius priuilegium.

3 Dico secundo. Quando posterior dispensatio est de re diuersa à priori, non est necesse facere mentionem de priori dispensatione. ita Nauar. cōs.

8. de

8. de consangui. nu. 7. vbi ait. gratia postea impetrata super affinitate non facta mentione de dispensatione super ordine, non fuit subreptitia, quia sunt res separatæ, nec vna auget alteram, nec vllo iure requiritur mentio alterius in altera. & cõs. 6. de rescrip. n. 2. si secũda, inquit, dispensatio non sit circa idem, videtur non esse necessaria mentio prioris, & ita gratia facta de pœna adulterij non requirit mentionem de gratia pœnæ periurij, lusus, vel homicidij, nec gratia pluralitatis beneficiorum facta illegitimo requirit mentionem gratiæ factæ ei de non ieiunando certis diebus, vel non soluendo pœnam periurij, nam sunt res separatæ, nec vna auget alteram, ideo nullo iure videtur requiri mentio alterius in altera. sic etiam affirmant Abbas in cap. penult. de præscriptio. num. 13. Ancharan. cons. 131. in fine. Roderic. in sum. tom. 1. cap. 238. num. 4. Vega in sum. tom. 1. cap. 88. casu 3. Petrus de Ledesm. in sum. sacram. vbi agit de matrim. cap. 27. conclus. 7. dub. 3. & ratio est, quia nullo iure habetur in hoc casu esse faciendam mẽtionem de priori dispensatione.

4 Dico tertio. Quando quis obtinuit dispensationem, quæ tamen fuit inualida, non est necesse in posteriori dispensatione exprimere priorem dispensationem, quod idem dicendũ est de priuilegijs, nam quod nullum est, non præstat impedimentum cap. non præstat. de regul. iuris in 6. & affirmant Rota decis. 25. alias 310. de rescript. in nouis. & decis. 69. alias 179. de rescrip. in antiq. Bisig. tit. de rescrip. decis. 11. Bellamera decis. 190. Geminia. cons. 120. num. 4. & cons. 141. num. 2. Corneus cons. 30. col. vlt. Socin. cons. 169. num. 2. vol. 2. & cons. 120. num. 3. vol. 4. Glosa in cap. suggestum. de iure patron. verbo posterius. & in cap. cum nostris. de concessio. præbend. verbo de facto. Felin. in cap. 1. num. 13. & in cap. ex tenore. num. 2. & in cap. in nostra. num. 6. de rescriptis. Molina lib. 4. de primogen. cap. 3. num. 32. Decius in cap. oblatæ. num. 11. de appellatio. Paris. de confident. beneficio. quæst. 46. num. 28. Calderin. quæst. 11. de rescriptis. Milis in repertorio. verb. gratia obtenta. Abbas in dicto cap. ex tenore nu. 6. &

6.& ibi Decius num.19. Neuizanus conſ.36. nu.16. Barbat. vol.3. conſ.43. nu.vlt. Rebuff. de conſtitut. Regijs tom. 2. in præfatio. num.95.

SVMMARIVM.

1 *Quando dubitatur, an diſpenſatio ſit valida an ſubreptitia, præſumendum eſt, quod ſit valida.*

2 *In re dubia iudicandum eſt in fauorem actus, vt ſcilicet magis valeat, quam pereat.*

3 *Eſt peccatum facere contra dubiũ.*

4 *Licitum eſt operari iuxta opinionem probabilem, nec tenemur ſequi opinionem tutiorem.*

5 *Quando eſt dubium, an cauſa in diſpenſatione, vel gratia, vel priuilegio tacita vel falſo expreſſa ſit finalis an vero impulſiua, præſumendum eſt cauſam eſſe impulſiuam.*

QVÆSTIO LIX.

Quando dubitatur, an diſpenſatio ſit valida an ſubreptitia, quid debeat præſumi.

1 DIco primo. Eſt præſumẽdum, quod diſpẽſatio ſit valida. ita Riminal. vol.3.conſ. 275. n.17. & vol. 5.conſ.562.n.26. Bent.tract.de nullitat.ſentent. in tit.qualiter ſententia & pro-
2 ceſſus.num. 127. nam in re dubia iudicandum eſt in fauorem actus, vt ſcilicet magis valeat, quam pereat cap. Abbate de verb. ſignificatio. l.quoties. ff.
3 de rebus dub. Si dicas.eſt peccatum facere contra dubium, ergo qui dubitat, an diſpenſatio obtenta ſit valida, non poteſt ea vti. antecedens eſt S. Thomæ quodlib. 8. art.13.Caietan. tom.1.opuſcul. tract.31. in 17. reſponſ. quæſt. 13.dub. 7. & in ſum.verbo opinio. Nauar. in cap.ſi quis autem. de pœnit.diſt.7.nu.61.& 81. Azor tom.1.lib.2.c.18.quæſt. 3.Medina 1.2.quæſt.19.ar.6.dub.4. Adrian. quodlib.2. ar. 2. Silu. verbo dubium. q. 2. Cordub. lib. 3. quæſtion. quæſt. 5. Angelus verbo dubium. num. 1. Sayr. lib.1.cap.13.num.3. Antonin.1.par.tit.3. cap.10. §.10. in regula 6. verſ. notandum. Vaſquez 1.2. diſp.65.cap.1.Valent. tom. 2. diſp.2. quæſt. 14. puncto 4. dub. 4. Sanchez de matrimon.lib.2.diſp.41.num.6. nam qui dubitat, an aliquid ſit peccatum, & tamen illud facit, exponit ſe periculo peccãdi,

di Ecclesiast. 3. & ita peccabit. Respondeo, prædictos doctores esse intelligendos de eo, qui faceret contra dubium practicum, nam cum hic velit absolute rem, etiamsi sit mala, vult etiam peccatum, at qui operatur contra dubium speculatiuum, si non adsit etiam dubium practicum, non peccat, cũ licitum sit agere contra dubiũ speculatiuum, vt bene tradunt Nauarrus in sum. prælud. 9. & in cap. si quis autem. de pœnit. dist. 7. num. 62. Caiet. 1. 2. q. 19. ar. 5. & in sum. verb. opinio. & opusculo 17. responsionum responsione 12. dub. 7. Valentia. tom. 3. disp. 5. quæst. 6. puncto 5. Henriq. in sum. libro 12. cap. 6. num. 6. Sanchez loc. cit. num. 8. Sotus in 4. dist. 27. q. 1. ar. 3. non longe à fine. Ioan. Medina C. de restit. quæst. 17. vers. aliter tamen. Bannes 2. 2. q. 62. artic. 6. dub. 5. conclus. 4. Petrus de Ledesma de matrimon. q. 45. ar. 1. dub. 2. ad 1. Molina tom. 1. de iustit. disput. 113. Petrus Nauarr. de restitut. lib. 2. cap. 3. dub. 12. num. 255. Baltacius in 4. dist. 36. disp. 1. Azor tom. 1. lib. 2. cap. 19. quæst. 13. Cordub. lib. 3. quæstion. q. 5. Salon. 2. 2. quæst. 61. in q. 5. de dominio ar. 6. & quæst. 69. ar. 2. controu. 3. Lopez in instructor. 2. par. vbi agit de matrimon. cap. 39. Vega in sum. lib. 3. casu 154. Roderic. in sum. tom. 1. cap. 71. num. 4. & cap. 243. num. 4. nam qui dubitat speculatiue, an liceat diebus festis opus seruile facere, vel etiam si sciat non licere facere, potest sibi formare conscientiam licere sibi illud facere, quia necessitate premitur; Item qui dubitat speculatiue, an aliqua res sit sua, formare potest sibi conscientiam posse retinere, cum illam possideat. Ita pariter dicendũ est in casu nostro, qui enim dubitat, an dispensatio sit valida, an vero subreptitia, potest sibi formare conscientiã, quod sit valida, nec enim adest dubium practicum, est enim probabilis opinio valere in hoc dubio dispensationem, at licitum
4 est operari iuxta opinionem probabilem, nec tenemur sequi opinionem tutiorem ex D. Antonino 2. parte tit. 3. cap. 10. §. 10. colum. 7. versic. pro cuius enodatione. Henriq. lib. 14. de irregularit. cap. 3. num.

4. in fine. Gutier. libro 1. quæstion. canonic. cap. 31. nu. 41. Angelus verb. opinio. num. 2. Syluest. eodem verbo quæst. 1. in fine. Nauarr. in cap. considerent. in princip. de pœnitent. dist. 5 num. 38. Medina 1. 2. quæst. 19. artic. 6. Vasquez 1. 2. disp. 62. cap. 4. Azor tom. 1. lib 2. cap. 16. quæst. 2. versic. his igitur. & cap. 12. versic. quæritur. Sayr. lib. 1. clauis. c. 6. num. 10. nam qui sequitur opinionem probabilem, licet sit minus tuta, & minus probabilis quam alia, nec temere, nec imprudenter operatur, cũ operetur motus ratione, & causa probabili, quare non peccabit. & quando res sunt obscuræ & incertæ, satis est, si sequamur sufficientem lucem, & non necessario tenemur sequi maiorem lucem.

Obijcies secundo. Quando Papa concedit facultatem Ordinario dispensandi in aliquo impedimento, solet apponere clausulam. Si preces veritate nitantur cap. 2. de rescriptis, at quando est dubium, preces non nituntur veritate, ergo dispensatio sic obtenta est subreptitia. Respondeo in hoc dubio præsumi, quod preces sint veræ. Hic nota litteras Apostolicas habentes tacitam conditionem, si preces veritate nitantur, esse intelligendas in substantialibus idest in ijs, ex quibus gratia pendet, ita vt alias non concederetur, nec enim omnis taciturnitas veri, nec omnis falsitas reddit gratiam subreptitiam; quamuis in concessione apponatur conditio, dummodo preces veritate nitantur.

Obijcies tertio. Constat esse impedimentum, & dispensatio est dubia, ergo possessio stat pro impedimento, & cum melior sit conditio possidentis, iudicandum est dispensationem non valere, esseque subreptitie obtentam. Respondeo meliorem esse conditionem possidentis, si illi aliquid aliud nõ præualeat, vt præualet in nostro casu, nam in dubio præsumendum est, quod actus sit validus.

5 Dico secundo. Quando dubitatur, an causa in dispensatione, vel gratia, vel priuilegio tacita, vel falso expressa sit finalis, ita vt sine illa non concederetur dispensatio, vel gra-

gratia, an vero sit tantum impulsiua, ita vt etiam ea expressa Princeps concederet dispensationem, & gratiam, præsumendum est causam esse impulsiuam & non finalem. ita Tiraquellus in tractatu cessante causa. limitat. 1. n. 14. Corneus volum. 2. conf. 153. nu. 12. Loazes de matrimonio Regis dub. 5. num. 42. Cordub. in sum. quæst. 45. opinio. 1. puncto primo in secunda ratione. Staphileus de litteris gratiæ titulo de vi & effectu clausarum in princ. n. 6. Dynus in regula decet. in fine. de regulis iuris in 6. & ibi Franchus num. 3. Glosa in l. 2. §. vltim. in gloss. vltim. ff. de donation. & in l. si mulier. C. de iure dotium. Castrus in l. vltim. ff. de conditio. ob causam. Angel. Aretin. in §. illis autem. instit. de testamento milit. Socin. senior libro 3. consil. 83. in fine. nam in dubio iudicandum est in fauorem valoris actus ita vt magis valeat, quam pereat. l. 3. ff. de testament. milit.

Ab hac sententia discedunt Bald. vol. 1. conf. 355. n. 2. Molina tom. 1. disp. 173. col. 9. ante versiculum. quando qualitas. Bartol. Socin. vol. 2. conf. 273. dicunt enim, esse præsumendũ, quod sit causa finalis; sed prior sententia est communior & verior.

SVMMARIVM.

1 *Rescripta iustitia obtenta per subreptionem sunt inualida, donec aduersarius excipiat. Rescripta vero gratia eo ipso sunt inualida.*

2 *In contractibus stricti iuris fit stricta interpretatio. at in contractibus bona fidei debet esse exuperantia bona fidei.*

3 *Rescripta gratiæ maioris præiudicij sunt, quam rescripta iustitiæ. & rescripta iustitiæ facilius, & verius præsumuntur concessa, quam rescripta gratiæ. & rescripta gratia odiosa sunt.*

4 *Rescripta gratia & iustitia quæ dicantur.*

5 *Dictio penitus significat ipso iure absque sententia. quamuis alij contrarium velint.*

6 *Iuris correctio est odiosa & omnino vitanda.*

7 *Ad vitandam iuris correctionem à propria verborum significatione est recedendum.*

8 *Dictio nullum & nullo modo importat ipso iure.*

QVÆSTIO LX.

An omnia rescripta obtenta per subreptionem sint inualida.

1 DICO primo. Rescripta iustitiæ validà sũt, etiãsi fuerint obtenta per subreptionem, donec aduersarius, contra quem sunt impetrata, excipiat, allegans ea esse subreptitia, & facta vigore huiusmodi rescriptorum sunt valida, si de subreptione non excipiãtur. ita Glosa in cap. final. de crimine falsi post casus positionem. notab. 2. & ibi Ioann. Andr. in fine. Baldus in l. præscriptio. C. si contra ius. num. 11. Milis in repertorio littera G. verbo. Gratia. num. 3. Menochius de arbitrar. lib. 2. centur. 3. casu 201. num. 2. Socinus senior lib. 1. consil. 13. colum. 3. & consil. 164. colum. 2. & consil. 169. in principio. Felinus in cap. ad audientiã. il 2. de rescript. num. 22. & in cap. cum dilecta. eodem titulo num 2. & ibi Imola num. 10. Socin. iunior lib. 1. consilio 77. num. 83. Grauetta consilio 68. num. 2. Patisius lib. 4. consil. 51. num. 27. & lib. 1. consilio 31. nu. 22. Nauar. in c. si quando. de rescrip. prælud. 1. n. 1. Moneta de commutationibus vlt. volunt. c. 6. n. 133. Octau. Glorit. in repetit. c. super literis. de rescrip. n. 8. & 155. Glos. in c. final. de filijs presb. in 6. & ibi Io. Andr. in fine. Rebuff. in praxi benefic. tit. de different. inter rescripta gratiæ & iustit. n. 2. & seqq. Abbas in dicto cap. ad audientiam. il 2. de rescriptis. num. 14. & in cap. quod super his: de fide instrumentorum. num. 2. & in cap. quia circa. de consanguinit. num. 5. & ibi Alexander de Neuo numero 6. Iason in l. præscriptione. num. 3. C. si contra ius, vel vtilit. public. Vantius in tractatu nullitatum. titulo de nullitate ex defectu iurisd. deleg. num. 60. Cardinalis in Clementina prima quæst. 12. de præbendis. Rescripta vero gratiæ obtenta per subreptionem eo ipso sunt inualida, & si quid virtute illorum fuerit factum, totum est irritum. ita allegati doctores. Quod rescripta iustitiæ per

per subreptionem obtenta sint valida probatur ex cap. si autē. & cap. plerumque. de rescriptis, vbi dicitur secundum rescriptum impetratum per subreptionem ob taciturnitatem primi conualescere, si primus impetrator fuerit negligens; quod non esset verum, si rescriptum per subreptionem obtētum esset ipso iure irritum, idē colligitur ex dicto cap. super literis. de rescriptis. & l. 2. C. si contra ius, vel vtilit. public. Quod vero rescripta gratiæ sic obtenta sint ipso iure irrita, patet ex cap. finali de filijs presbyter. in 6. vbi dicitur dispensatio per subreptionem obtenta nullius esse momenti, qui textus communiter extenditur à doctoribus ad literas continentes gratiam & dispensationem. idem etiam patet ex cap. constitutus. cap. postulasti. cap. cum adeo. & cap. ad audientiam. il 2. de rescriptis. & cap. si motu proprio. de præbendis in 6. Ratio vero, cur rescripta iustitiæ per subreptionem obtenta sint valida non autem rescripta gratiæ, prima est; quia literæ iustitiæ comparantur contractibus stricti

2 iuris, in quibus fit stricta interpretatio, cum stricto iure nitātur. l. quicquid astringendæ. in princ. l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. ff. de verb. obligation. literæ vero gratiæ comparantur contractibus bonæ fidei, & sicut in contractibus bonæ fidei debet esse exuperantia bonæ fidei, vt dicitur in l. bonam fidem. C. de action. & obligatio. & in l. 3. C. pro socio, & in l. si dolo. C. de rescindēd. venditio. ita in litteris gratiæ debet reperiri omnis puritas; & sicut subreptio dans causam contractui stricti iuris non reddit illum contractum ipso iure irritum, sed irritandum. l. dolo vel metu. C. de inutilibus stipul. l. & eleganter. ff. de dolo (quam differentiam inter hos contractus tradunt etiam Glosa in cap. cum dilecti. de emptio. & venditio. & ibi Imola col. 3. Butrius nu. 45. Bartol. in dicta l. & eleganter. Iason in §. actionum. num. 28. instit. de action.) cum tamen subreptio dans causam contractui bonæ fieri reddat ipso iure talem contractum irritum dicta l. & eleganter. ff. de dolo. l. 3. §. vlt. ff. pro socio. l. in causæ. ff. de minorib. Glosa in l. 2. C. de rescindend. vendit. ita sub-

reptio non reddit ipso iure irritas litteras iustitiæ, sed irritandas, at secus dicendum est de litteris gratiæ. Secunda ratio est, quia rescripta gratiæ maioris præiudicij sunt quã rescripta iustitiæ ex Crauetta consil. 46. num. 12. & consilio 56. num. 14. & consi. 75. num. 16 Decio in cap. super litteris. de rescriptis num. 5. & rescripta iustitiæ facilius & verius præsumuntur concessa quam rescripta gratiæ ex Ripa in rubric. de rescriptis. nu. 17. Gomesio in rubrica de rescriptis in 6. nu. 16. & in regulam Cancellariæ de annali possessore quæst. 10. in fine, & rescripta gratiæ odiosa sũt potius ob vitium ambitionis quam illa iustitiæ. cap. quamuis. de præbendis in 6. & docet Decius in c. super literis. de rescript. num. 5. & quia qui nititur obtinere beneficium & gratiam per subreptionem, grauius peccat quã is, qui nititur obtinere rescripta per subreptionem, vt iustitia seruetur, propterea merito rescripta gratiæ per subreptionem obtenta sunt ipso iure irrita, non vero rescripta iustitiæ.

4 Rescripta gratiæ dicuntur ea, quæ conceduntur ad obtinendas dispẽsationes, beneficia, & alias gratias; rescripta iustitiæ dicuntur, quæ conceduntur ad lites, vt quando conceditur rescriptum, vt iudici in foro externo causa aliqua committatur, vt ab eo decidatur, ita Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 3. casu 201. num. 1. Sanchez de matrimõ. li. 8. disp. 21. num. 1.

5 Obijcies in cap. sedes. de rescriptis. in fine, & in l. & si legibus. C. si contra ius legimus, eum, qui per mendacium impetrat rescriptum, debere penitus carere impetratis, at dictio penitus significat ipso iure absque sententia, vt constat ex cap. nouit. de simonia. & ex cap. vltimo de poenis. & docet ibi Abbas num. 6. Glosa in l. si qui aduocatorum. C. de postulando versic. arceantur. Decius in cap. cæterum. de rescriptis. num. 25. & consil. 327. num. 3. Tiraquell. in l. si vnquam. C. de reuocand. donatio. verb. reuertatur. nu. 105. vers. 26. Cosmas in pragmatic. sanctio. titul. de electione. cap. 1. §. deinde eligant. in verbo ipso iure. Cenedo singulari 72. nu. 3. & ad sextum collectan. 25. nu. 3. Bertazol. de clausul. in-

instrumentor.clausula 41. glossa 8. num. 8. Augustinus Barbosa de dictionibus.dictione 212. Moneta de distribution. par. 3. quæst. 7. num. 37. Sanchez de matrimonio lib. 8. disp. 21. num. 75. Nicolaus Garzia de beneficijs part. 8. cap. 1. nu. 5. & 23. Corsetus in singulari ver. penitus. Felinus in cap. Rodulphus. de rescrip. nu. 34. Boerius decis. 117. num. 4. ergo rescripta iustitiæ, cum impetrantur per subreptionem, sunt ipso iure irrita, & nō est necesse, vt aduersarius excipiat allegans da esse subreptitia. Respondeo illam dictionem penitus tantū significare rescriptum iustitiæ per subreptionem obtentum esse omnino inualidum non tamen ipso iure, & illico, sed postquam subreptio fuerit opposita & probata. deinde multi doctores asserunt dictionem penitus non importare ipso iure, nec esse latæ sententiæ. ita Glosa in cap. quisquis. verbo suspendantur. de electio. & ibi Innocent. eodem verbo. Abbas in fine. Glosa in cap. Romana. §. vltim. de sentētia excomm. in 6. quod multo magis est verum, quando alioqui induceretur

6 tur iurium correctio, cum iuris correctio sit odiosa, & omnino vitanda iuxta legem præcipimus. C. de appellatio. & notant Bartol. in extrauagant. ad reprimendum. §. nō obstantibus. num. 6. & in l. sciendum. ff. qui satisdare cogant. num. 2. & ibi Iason num. 14. & idem Iason in l. 1. ff. solut. matrim. num. 9.

7 quare ad illam vitandā à propria verborum significatione est recedendū, vt asserunt Alexander lib. 4. consi. 85. num. 12. Gutier. lib. 3. practic. quæst. q. 15. n. 34. Abbas in c. cum olim. de sent. & re iudicata in fine. Beroius in cap. quoniam. de iure patron. num. 31. Meres de maioratu. part. 1. quæst. 1. n. 74. Antonius in cap. cum dilectus. de consuetud. nu. 15. & ibidem Imola num. 12. Felinus in cap. non potest. de sent. & re iudicata. num. 7. Aimon consi. 259. nu. 2. cum autem sint aperta iura, quæ asserant rescripta iustitiæ per subreptionem obtenta non esse ipso iure irrita, illa dictio penitus apposita in cap. sedes. & in l. & si legibus est explicāda non de sententia ipso iure lata, sed quando fuerit per sententiam dolus oppositus & probatus.

8 Obijcies secundo. In cap. su-

per literis. de rescriptis. dicitur is, qui per subreptionem literas impetrat, nullum commodum ex illis percipere, at dictio nullum importat ipso iure, vt notant Glosa in cap. innotuit. de electione. verb. nullum. Tiraquellus in l. si vnquam. C. de reuocand. donation. verb. reuertatur. num. 243. vers. 76. fallit. sicut dictio nullo modo importat nullitatem ipso iure ex Tiraquello eodem verbo, reuertatur. nu. 77. 78. & 93. Sayrus in claui regia lib. 3. cap. 8. num. 26. Barbosa de diction. dictio. 95. num. 4. Cenedo singular. 70. num. 2. Bermond. in tit. de publ. concubi. vers. iubemus. num. 3. ergo literæ iustitiæ per subreptionem obtentæ sunt ipso iure inualidæ alioqui si valerent, impetrans magnum commodum ex illis consequeretur. Respondeo, ne inducatur iurium correctio, in hoc casu dictio nullum solum significat rescriptum sic obtẽtum esse in totum inualidum, postquam tamen is, contra quem est impetratum, probauerit fuisse per subreptionem obtentum & cum pœnæ non incurrantur ipso iure, nisi quãdo expresse fuerit id in iure statutum reg. in pœnis. de regul. iuris in 6. & in nostro casu non sit in iure expressum, quod hæc pœna irritationis in literis iustitiæ ipso facto incurratur, immo potius contrarium est statutum in dictis textibus cap. si autem. & cap. plerumque. de rescriptis, ideo absolute est dicendum literas iustitiæ esse validas, donec probetur, quod sint per subreptionẽ obtentæ.

Obijcies tertio. In cap. super litteris dicitur rescriptum per dolosam subreptionem obtentum vitiari in pœnam doli, ergo ipso iure vitiatur. Respondeo negando consequentiam, nam ille textus est intelligendus post latam à Iudice sententiam, nam cum id sit poena, & poena ordinarie non incurratur nisi post iudicis sententiam, tale rescriptum iustitiæ nec etiam ante iudicis sententiam vitiabitur.

SVMMARIVM.

1 *Qui dispensationem obtinuit à voto religionis dicendo se vouisse religionem, cum tamen vouerit se perseueraturum in ea, talis dispensatio est subreptitia.*

2 *Vouere religionem, & vouere perseuerare in ea sunt diuersa.*

Qui

3 *Qui vouet religionem, satisfacit voto, si illam ingreditur, quamuis postea tempore nouitiatus iusta de causa, ex illa egrediatur.*

4 *Qui vouit perseuerare in religione, tenetur in ea profiteri, nec potest intra annum nouitiatus egredi.*

5 *Qui vouit se futurum religiosum, per tale votum solum obligatur ad ingrediendum in religionem, & ita potest ex ea tempore nouitiatus egredi.*

QVÆSTIO LXI.

An qui obtinuit dispensationem à voto religionis dicendo se vouisse religionem, cum tamen vouerit se perseueraturum in ea, talis dispensatio sit subreptitia.

1 RESpondeo huiusmodi dispensationem esse subreptitiam, cum tacuerit circunstantiam tāgentem ipsam voti substantiam. ita Lopez in instructorio par. 1. cap. 44. in fin. Roderic. in sum. tom. 2. cap. 95. conclus. 7. num. 7. Vega in sum. tom. 2. cap. 129. casu 29. Philiarchus tom. 1. par. 2. lib. 3. cap. 20. in fine. vbi ait: votum de profitendo religionem, seu de perseuerando in illa hoc operatur, quod qui habet huiusmodi votum, si iudicatur aptus religioni, tenetur in ea perseuerare, licet experiatur aliquot difficultates, quas iudicaret sufficientes ad redeundum ad seculum, si votum fuisset solum de experiendo, nam vouendo profiteri videtur promittere se superaturum difficultates religionis, & renūciare beneficio probationis sibi concesso, & si iudicat propter illas difficultates religionem sibi non conuenire, si religio illum non dimittit, sed sibi vtilem fore iudicat, non potest exire sine dispensatione, & ad illam obtinēdam exprimendum est, quod votum etiam fuerit de profitendo. sic etiam Nauar. in sum. cap. 12. n. 47. vbi ait. Nullus iuris peritus, meo quidem iudicio, inuenietur, qui non iudicaret dispensationem illam esse subreptitiam, quam qui vouit ingredi simul & profiteri impetraret, exprimendo tantum quod vouit ingredi, & tacendo,

do, quod vouit etiam profiteri argumento cap. postulasti. de
2 rescript. & ratio est, quia vouere religionem, & vouere perseuerare in ea sunt diuersa,
3 nam qui vouet religionem, satisfacit voto, si illam ingrediatur, quamuis postea tempore nouitiatus ex illa egrediatur, iusta de causa, vt docent Caietanus 2. 2. quæst. vlt. ar. 4. dub. 3. Arrag. 2. 2. quæst. 88. ar. 3. in solutio. ad 2. Valentia 2. 2. disp. 6. quæst. 6. puncto 4. q. 4. versic. vnde recte. Sotus lib. 7. de iustit. quæst. 2. ar. 1. ad 3. vers. ex hac autem definitione. Roderic. in sum. tom. 2. cap. 95. num. 2. Petrus de Ledesma in sum. tom. 2. tract. 10. cap. 3. dub. 7. casu 4. Angles in floribus 2. part. quæst. vnica de voto. artic. 2. difficult. 7. Passarell. in priuileg. minimorum. cap. 43. Toletus libro 4. cap. 17. num. 12. & cap. 18. num. 1. Palacius in 4. dist. 38. disp. 1. conclus. 12. Azor. tom. 1. lib. 11. cap. 22. quæst. 6. in fine. Gandauo quodlib. 3. quæst. 19. & quodlib. 13. quæst. 15. Nauar. cons. 25. de voto. n. 1.
4 at qui vouit perseuerare in religione, tenetur in ea profiteri, nec potest intra annum nouitiatus egredi etiam ex iusta causa, nam hic vouit duo nempe ingredi religionem, & profiteri in ea, ergo quamuis ingrediendo satisfaciat priori voto, non tamen si exeat, satisfacit secũdo voto, & propterea, vt sit tutus in conscientia, debet ingredi religionem, & in ea perseuerare, vt bene sentiũt Hostiens. in sum. tit. de voto. num. 16. in fine. Henriq. in c. penult. de voto num. 1. D. Tho. 2. 2. quæst. vlt. artic. 4. in corpore. & ibi Caietan. dub. 1. Nauarr. in summ. cap. 12. num. 47. & cons. 7. de voto. num. 3. & cons. 26. & cons. 35. num. 3. eodem tit. Valent. 2. 2. disp. 6. q. 6. puncto 4. q. 4. vers. vnde recte. Azor tom. 1. lib. 11. cap. 22. quæst. 8. Angel. verb. nouitius. num. 12. in fine. Siluest. religio 2. quæst. 19. Astensis in sum. part. 2. lib. 6. tit. 47. art. 8. quæst. 3. Roderic. in sum. tom. 2. cap. 95. num. 7. Couarr. de pactis. par. 1. §. 3. in fine. Antonin. par. 3. tit. 16. cap. 2. §. 5. Lopez in instructor. part. 1. c. 45. in princip. Armilla verbo nouitius. num. 10. Abulens. in cap. 30. Numeri. q. 95. ad 1. & q. 93. & q. 99. Rosella. Religio 3. num. 5. Palacius in 4. distin.

38.

38. disp. 1. conclus. 4. cum igitur vouere religionem & perseuerare in ea sint diuersa, qui obtinuit dispensationem à voto religionis, dicendo se vouisse religionem, non exprimendo votum perseuerandi in illa, dispensatio erit inualida; cum tacuerit circunstantiam intrinsecam voto facto. Valebit vero dispensatio explicando se religionem vouisse, cum tamen vouerit se futurum religiosum,
5 nam idem est vouere religionem, & vouere se futurum religiosum, & tale votum solum obligat ad ingrediendum in religionem bona fide, & ita potest ex ea tempore nouitiatus egredi, vt bene notant Emanuel Sà verb. votum. in princ. num. 13. Azor tom. 1. lib. 11. c. 22. q. 7. quamuis Caiet. 2. 2. quæst. vlt. art. 4. dub. 1. Palacius in 4. dist. 38. disp. 1. conclus. 4. Couarr. de pactis par. 1. §. 3. in fine. Armilla verb. nouitius. num. 10. putent eum, qui vouit se futurum religiosum, teneri profiteri in ea. sed non placet, quia communiter per hoc votum solum promittitur ingressus in religionem.

SVMMARIVM.

1 *Qui occidit presbyterum, & impetrauit dispensationem à Papa super irregularitate, non facta mentione de qualitate personæ, talis dispensatio iuxta aliquos est inualida.*

2 *Non omne id, quod si exprimeretur, potuisset retrahere Principem à concedenda dispensatione, reddit dispensationem inualidã; sed solum quod in iure præcipitur vt exprimatur.*

QVÆSTIO LXII.

An qui voluntarie occidit presbyterum, absolutus postea à peccato per Iubileũ impetrauit dispensationem super irregularitate, dicens se occidisse quendam hominem, non facta mentione, quod occisus esset presbyter, sit tutus in conscientia. & an talis dispensatio sit valida.

1 RESPÕDEO. Hoc dubium fuisse propositũ Doctori Nauarro, quod ipse dissoluit cõsil.

fil. 18. de rescriptis, & putat talem dispensationem non esse validam. & probat. quia tacuit non exprimendo id, quod de iure erat exprimendũ, & quod expressum retraxisset Principẽ à concedenda dispensatione, quod facit gratiam subreptitiam. cap. postulasti. cap. ad aures. cap. constitutus. de rescriptis. cap. si motu proprio. de præbend. in 6. Clement. 1. eodem tit. cap. finali de filijs presbyter. in 6. & docent ibi Glossa & Frãch. in fine. Tacuit enim verum non exprimendo satis specialiter delictum Summo Pontifici, quod commiserat, quia expressit, quod occidit hominem, & ipse occidit hominem presbyterum, sed hoc argumentum nõ est magni mo-
2 menti. primo quia multi putãt, non omne id, quod si exprimeretur, potuisset retrahere principem à concedenda dispensatione, & quacunque alia gratia, reddere dispensationem inualidam, sed solum cum in iure præcipitur, vt exprimatur, quando petitur gratia. ita glosa in Clement. 1. de præbẽdis. verb. vel alteri. Felinus in cap. postulasti. de rescriptis. n. 1. Bossius in praxi in tit. de remedijs ex sola Clemẽtia Princip. num. 34. Calderin. cons. 6. de præbẽd. in fine. Caputaquẽ. part. 1. decis. 310. nu. 3. at nullo iure exprimitur, quod in casu, de quo loquimur, sit exprimẽda circunstãtia homicidij, nam est qualitas omnino extrinseca, & nihil facit ad irregularitatem, quod occisus fuerit presbyter vel non; nam hæc irregularitas nõ tam imponitur ob delicti grauitatẽ, quam ob defectum perfectæ leuitatis, cum grauioribus delictis homicidio non sit imposita irregularitas. Secundo. Probat suam opinionem Nauarrus. fuit commissũ homicidium specialiter & grauissime qualificatum, & tamen hoc non fuit expressum, nec significatum Papæ, ergo fuit tacitum verum, quod iure debebat exprimi, & quod si Papa cognouisset, nullo modo concessisset gratiam. Respondeo nec hoc argumentum valere, nã in impetratione gratiæ, aut dispensationis non sunt necessario explicãdæ qualitates extrinsecæ, neque earum taciturnitas reddit gratiam subreptitiam, etiam, quando si principi illi qualitates esset notæ, non concederet gratiam. Hanc ob cau-

causam si Papa cōcederet beneficiū alicui homini satis malo nō tamen inhabili ad beneficium, collatio esset valida, quamuis certo constaret, quod si Papa illius mores cognouisset, nullo modo concessisset, beneficium, sicut etiam eleemosina facta homini pessimo esset valida, quamuis si is, qui illam fecit, eius vitam malam sciuisset, nunquam dedisset. quare puto talem dispensationem fuisse validam.

SVMMARIVM.

1 *Quando error committitur in nomine illius, cui impetratur dispensatio vel gratia, talis dispensatio est valida.*

QVÆSTIO LXIII.

An quando error committitur in nomine illius, cui impetratur dispensatio vel gratia, sit in tali casu inualida dispensatio.

1 RESpondeo talem dispensationem nōn esse inualidam. ita Milis in repertorio litera R. num. 7. verbo rescriptum. vers. rescriptum si contineat. Felinus in cap. significante. num. 1. de rescriptis, quia, vt dicitur in §. si quis in nomine. instit. de legat. quando erratur in nomine, cognomine, agnomine & similibus valet legatū relictum à testatore, si de persona, cui relictum est legatum, constet, & redditur ibi ratio, 1 quia nomina reperta sunt causa significandorum hominū, qui si aliquo alio modo intelligantur, nihil interest. ergo error nominis proprij non reddit dispensationem seu gratiā irritam, si constet de persona.

Obijcies, in dicto cap. significāte. de rescriptis dicitur esse subreptitium & inualidum rescriptum obtentum contra G. dioecesis Remensis, cum talis G. non esset Remensis sed Leonensis, ergo quando erratur in nomine personæ, rescriptum nullius est roboris. Respondeo in illo casu non solum errabatur in dioecesi & in nomine, sed etiam in persona, quia non constabat, quis esset ille, contra quem obtentum est rescriptum, nam si ex alijs circunstantijs potuisset haberi notitia de persona, resciptum suo

ro-

robore nõ caruisset, vt in dicto textu asserunt Abbas num. 4. Henric. num. 1. quod est conforme textui in l. si quis in fundi. ff. de legat. 1. vbi dicitur, quod quando erratur in vocabulo fũdi, vt si nominetur Cornelianum pro Semphroniano deberi Semphronianum, nec tale legatum reddi inualidum, quamuis in nomine error committatur, cum de corpore legati constet.

SVMMARIVM.

1 *Quando subreptio committitur à procuratore, rescriptũ est inualidũ, si subreptio sit in causa finali.*
2 *Si subreptio per ignorantiam, vel simplicitatem fuit admissa, an totum rescriptum reddatur inualidum.*
3 *Quando rescriptum impetratum per subreptionem vitiat plures partes rescripti, an vitiet totum rescriptum.*
4 *Pœna est stricte interpretanda.*
5 *Quando subreptio committitur circa vnam partẽ rescripti, an semper vitietur totum rescriptum.*
6 *Quando subreptio fuit solum circa vnam partem rescripti, non vitiatur altera pars ipso iure.*
7 *Pœna non incurritur ipso iure sed post latam sententiam, si contrarium non fuerit in iure expressum.*
8 *Vtile non debet vitiari per inutile.*

QVÆSTIO LXIV.

An rescriptum totum reddatur inualidum, si subreptio contingat in sola quadam parte rescripti.

1 Dico primo. Si subreptio non committatur ab eo, cui impetratur rescriptum, quia ipse verum expressit, sed à curiali vel procuratore, qui vel veritatem sibi propositam non manifestauit, vel falsitatem expressit, rescriptũ sic impetratum est subreptitium & inualidum, quando subreptio est in causa finali, qua scilicet non existente, non fuisset concessum rescriptum, ita Cordub. in sum. quæst. 45. opinio. 1. puncto 1. Franc. in cap. si motu proprio. de præbend. in 6. num. 3. & colligitur aperte ex cap. super litteris de rescriptis, vbi dicitur. Si vero per huiusmodi falsitatis expressionem vel suppressionem etiam veritatis litteræ fuerint impetratæ, qua tacita vel expressa nos nullas lit-

litteras dedissemus, à delegato non est aliquatenus procedendum. deinde ad hoc vt gratia impetrata sit valida, requiritur intentio concedentis, ergo quando princeps nullo modo concederet gratiam, si veritas exprimeretur, vel falsitas non proponeretur, defectu intẽtionis principis concedentis valor gratiæ concessæ corruet, quamuis ille, cui impetrata fuit gratia, nullam culpam admiserit, sed solum eius procurator.

2 Dico secundo. Si subreptio per ignorantiam vel simplicitatem fuit admissa, siue tacendo veritatem, siue explicando falsitatem, non totum rescriptum est inualidum, sed solum pars illius, si talis subreptio non fuit causa finalis totius rescripti, sed solum illius partis, quia nimirum explicata veritate princeps non concessisset illam partem rescripti, cũ tamen reliqua concessisset. ita Abbas in cap. sedes. de rescriptis. n. 2. Gutier. lib. 2. quæstio. canonic. cap. 15. nu. 45. & patet ex cap. super literis. de rescriptis, & colligitur etiam ex cap. si eo tempore. de rescriptis in 6. & docet ibi Franc. num. 4. quod si subreptio fuerit commissa per fraudem vel malitiã, tunc vitiatur totum rescriptũ, quamuis subreptio non fuerit causa totius rescripti, sed solius partis, vt patet ex dicto c. super litteris de rescriptis. illis verbis. In suæ peruersitatis pœnam nullum ex illis litteris cõmodum consequatur, & tradit ibidem Abbas num. 1. notab. 2. Imola num. 6. Barbatius nu. 24. Decius nu. 4. idem constat ex cap. sedes. de rescriptis. in fine ibi. Mendax precator careat impetratis, & notat ibi Decius nu. 14. notab. 4. idem patet ex l. & si legibus. ff. si contra ius. quod fuit statutum in pœnam mendacij. quod est intelligendum iuxta ea, quæ dicam. n. 6. non tamen vitiatur totum rescriptum, si curialis vel procurator per fraudem vel malitiã subreptionem commisit tacita scilicet veritate vel falsitate expressa, cum tamen pars principalis ad cuius instantiam petitur rescriptum, veritatẽ proposuerit. & ratio est, quia principalis impetrans nullam in hoc culpam admisit, ergo non debet omnino priuari commodo litterarum, nam in allegato cap. super litteris. de rescriptis im-

impetrans priuatur commodo totius rescripti in pœnam suæ peruersitatis & malitiæ. cum igitur pars principalis nullam culpam admiserit, non debet affici ea pœna, hoc tamen est intelligendum, si talis subreptio non fuit causa totius rescripti, sed duntaxat partis rescripti.

3 Dico tertio. Quod rescriptum impetratũ per dolosam subreptionem vitiat plures partes separatas, ita vt vna pars non habeat connexionem cum altera, tunc non vitiatur totũ rescriptum, sed solũ illa pars, circa quam commissum est peccatum subreptionis. ita Dec. in cap. super litteris. de rescriptis. num. 7. & 18. & colligitur ex cap. si eo tempore. de re-
4 scrip. in 6. Nam hæc irritatio est pœna quædam, ac proinde est stricte interpretanda iuxta cap. odia. de regul. iuris in 6. & l. cum quidam, ff. de liber, & posthum. & l. constitutionibus. ff. ad municip. & l. 3. §. hæc ita. ff. de negoc. gest. & affirmant Iason in l. more. ff. de acquirend. hæredit. nu. 33. Tiraquel. de retract. lignag. §. 35. glosa 1. num. 2. Ioan. Petr. Bim. consi. 23. num. 13. Villagut. de extensione legum tit. de extensio. leg. pœnal. nu. 11. & seq. Decius cons. 442. nu. 4. & cons. 445. num. 50. Paris. lib. 4. cons. 158. num. 13. deinde tale rescriptum cum contineat diuersas gratias omnino inter se distinctas, virtute & formaliter sunt duo, vel plura rescripta, & per accidens & materialiter solum est vnum rescriptum, ergo subreptio dolosa circa vnam gratiam non debet destruere alteram gratiam separatam, in qua impetranda nulla est commissa subreptio.

5 Dico quarto. Quando subreptio dolosa committitur circa vnam partem rescripti, non semper vitiatur totum rescriptum, sed solum quando subreptio fuit causa finalis, nã si fuit causa tantum impulsiua vnius partis immo totius rescripti, nihil vitiatur de illo rescripto, & ita est intelligendum caput super litteris. de rescriptis. vniuersaliter igitur asserendum est, rescripta tunc censeri subreptitia, quando veritas non explicatur, vel falsitas proponitur circa causam finalem, siue id fiat ignorãter, siue malitiose, ita vt Pontifex non concessisset literas, vel si

con-

conceſſiſſet, addidiſſet illis aliquas moderationes.

6 Dico quinto. Quando ſubreptio doloſa fuit ſolum circa cauſam finalem vnius partis reſcripti, non vitiatur altera pars in foro conſcientiæ ipſo iure, ſi in ea non fuit commiſſa ſubreptio, ſed ſolum eſt irrita illa pars, in qua commiſſa eſt ſubreptio, & quo ad alteram partem eſt expectanda iudicis ſententia & declaratio, nam ante talem ſententiam gratia obtenta non in totum vitiatur. ratio eſt. quia in cap. ſuper literis. de reſcriptis ſolũ legimus impetrantem doloſũ debere carere commodo alterius partis, in qua non fuit ſubreptio in poenam delicti com-

7 miſſi ab impetrante, at poena non incurritur ipſo iure, ſed poſt latam ſententiam, ſi contrarium non fuerit in iure expreſſum ex Nauarro de datis pro iuſtit. num. 41. & 44. Molina tom. 1. de iuſtit. diſp. 96. §. quod attinet. Soto lib. 1. de iuſtit. q. 6. artic. 6. ad 4. & lib. 4. q. 6. num. 3. ad finem. Sanchez lib. 2. decalogi cap. 22. nu. 20. & cap. 39. in fine. & lib. 9. de matrimon. diſp. 30. num. 1. Peregrino de duello quæſt. 7. nu. 11. & 13. Ledeſ. 2. 4. q. 18. ar. 2. dub. vlt. Angelus verb. pœna. num. 3. Syluest. verb. aſſaſſinus. q. vlt. Tabiena verb. aſſaſſinus. q. vnic. num. 2. Peregrino de iure fiſci. lib. 5. tit. 2. nu. 171. & ſeqq. Scaccia lib. 1. de iudic. cap. 98. num. 10. Tiraquel. in l. ſi vnquam. verb. reuertatur. n. 400. C. de reuocand. donatio. Alexand. in l. ſi quis maior. C. de tranſactio. num. 13. Felin. in cap. cum ſecundum leges. de hæreticis in 6. §. confiſcationis num. 1. & in cap. Rodulphus. 8 num. 35. de reſcriptis. Couar. in 4. decretal. 2. par. c. 6. §. 8. num. 8. verſ. quod ipſe. Boſſius in pract. tit. de hæreticis. num. 26. Philiarch. tom. 2. par. 2. lib. 6. cap. 23. ad 3. Henriq. lib. 7. cap. 36. num. 1. & lib. 13. cap. 56. num. 2. Suarez tom. 5. de cenſuris. diſp. 27. ſect. 1. num. 8. & diſp. 40. ſect. 2. num. 17. & 22. & tom. 1. de religio. tract. 3. lib. 4. cap. 43. num. 13. & c. 38. nu. 2. Leſſius lib. 2. cap. 29. num. 63. & cap. 34. num. 14. & 188. & cap. 53. nu. 47. & 148. Vaſquez 1. 2. tom. 2. diſp. 168. n. 23. Vgolin. de ſimonia tabula 1. cap. 21. §. 3. & cap. 22. §. 4. num. 4. Azor. tom. 1. lib. 5. c. 8. q. 3. Simanch. de catho.

cap.46. num. 72. Quaranta in bullario verb. alienatio. num. 49. Prosper. de Augustin. ibi. in additio. verb. beneficiorum resignationes, & verb. simonia. & verb. sodomia. Gutier. lib.2. quæstio. canon. cap.5. n. 18. Morla in Emporio iuris 1. par. tit.1. q.9. num.43. Zerula in praxi Episcopali verb. priuatio. §.6. Graff. lib. 2. decision. cap. 11. num. 41. Vega in sum. par. 2. cap. 23. casu 7. Petrus de Ledesma in summ. part. 2.
8 tract.7. cap. 2. conclus. 14. Prætera vtile non debet vitiari per inutile. l. 1. §. sed si mihi. ff. de verborum signif. & cap. vtile. de regulis iuris. ergo illa pars vtilis obtenta in rescripto absque subreptione non debet vitiari ipso iure per partẽ inutilem obtentam per subreptionem; quapropter quando in dicto cap. super litteris. dicitur totum rescriptum vitiari, cum hoc ius sit pœnale, & correctorium iuris communis. debet restringi. iuxta l. præcipimus. C. de appellation. & ita debet dici talem pœnam non esse ipso iure inflictam, sed debere expectari Iudicis sententiam. deinde qui sic impetrauit dispensationem, habet ius, vt pars vtilis dispensationis non vitietur per alteram partem inutilem, in qua fuit cõmissa subreptio, & cum in pœnam doli cõmissi priuetur hoc iure, est sententia Iudicis expectanda.

SVMMARIVM.

1 *In eadem dispensatione sunt referenda omnia impedimenta matrimonij, alioqui dispensatio erit inualida.*

2 *Aliqui opinantur dispensationes esse validas circa diuersa impedimenta, quamuis proponantur in diuersis supplicationibus.*

QVAESTIO LXV.

An necesse sit in dispensatione referre omnia impedimenta, an vero satis sit ea referre in diuersis dispensationibus.

1 RESPONDEO. In eadem dispensatione esse omnia impedimenta referenda, alioqui dispensatio erit subreptitia & inualida, quare qui simul essent cõsanguinei & affines

fines. si in vna dispensatione proponerent consanguinitatis impedimentum reticendo affinitatem, & in altera proponerēt affinitatis impedimentū nō manifestata cōsanguinitate neutra dispensatio valeret, sic etiam qui simul haberēt impedimētum affinitatis,& publicæ honestatis,& in duabus dispensationibus explicarent seiunctim hæc duo impedimenta, neutra dispēsatio esset valida, sed vtraque esset subreptitia. ita Couar. in 4. decretal. part. 2. cap. 6. §.6.num. 11.vbi ait. Ex hoc deduci potest irritam fore Romani Pontificis dispēsationem ad matrimonium cōtrahendum concessam,sublato aliquo canonico impedimento, quod legitime illud matrimonium cōtractum dirimeret, si in eadem dispensatione mētio non fiat de cognatione spirituali, quæ inter impeditos aderat per catechismum tantum contracta. Forsan enim princeps, si eiusce cognationis notitiam habuisset, coniugium non permitteret.argumen.cap. postulasti. de rescrip. sic insigniter hanc opinionem docet Domin. in consi. 33. nu. 2. Petrus de Ledesma vbi agit de matrimonio cap. 27. concl. 6.difficult. 1. in sum.Sacramēt. Menochius de arbitrar. lib. 2. centur. 3. casu 203. num. 12. Gallego de cognatio.spirituali cap. 23. num. 6. Lopez. in instructorio 1.part.cap.296. & 2. parte vbi agit de matrimo. c. 46. impedim.4. Cephalus vol. 5. consi.639. num. 39. & seqq. Dominicus consi. 33.num. 2.& seqq.Decius vol. 5. consi. 602. num.19.dub. 7. Mandos. de signatur. gratiæ in tit. dispensationes matrimoniales in fine vers.reliquum est, & probatur. quia impedimentum coniunctum cum altero est fortius, ac difficilius in eo dispensatur c. ex tuarum. de authorit. & vsu pallij. cap. pastoralis. de priuileg. & Pontifex, si vtrumque impedimentū cognosceret, difficilius dispensaret, vel fortasse nullo modo, & decipitur putans nullum aliud subesse impedimentū inter volentes contrahere, ergo vtrumque impedimentum est in eadem dispēsatione manifestandum.

2 Si contrarium esset verum, sequeretur valere dispensationem, si proponeretur Pontifici asserendo inter volentes contrahere nullum aliud subesse

impedimentum nisi illud tantum, quod manifestatur. nam si non esset necesse manifestare alterum impedimentum, mendacium erit circa rem non necessariam, ac proinde non vitiaret dispensationem, at hoc nullo modo est concedendum, ergo nec etiam debet concedi sufficere in dispensatione vnũ tantum impedimentum manifestare, non proponendo alterum.

Obijcies cum ijs, qui opinantur dispensationes esse validas circa diuersa impedimẽta, quamuis proponantur in diuersis dispẽsationibus seu in diuersis litteris & supplicationibus, & quamlibet dispensationem esse validã quoad impedimenta in illa supplicatione exposita principi. ita Nauar. conf. 1. de consanguin. nu. 2. & consil. 8. num. 2. & conf. 9. num. 2. & conf. 10. nu. 1. eodem tit. de consanguin. Graff. in decisio. 1. part. lib. 2. cap. 81. num. 13. Henriq. lib. 12. cap. 2. num. 4. lit. Z. in glos. & cap. 3. num. 8. & cap. 11. nu. 2. Petrus de Ledesma de matrimonio quæst. 59. art. vlt. dub. 2. difficult. 3. concl. 3. Corollar. 1. Ceuall. in quæstio. pract. quæst. 737. num. 27. Roderic. in sum. tom. 1. cap. 238. num. 1. & 5. Vega in sum. tom. 2. cap. 34. casu 97. in fine. Emanuel Sa verbo dispensatio. num. 16. Potest quis petere absolutionem ab vna excommunicatione non facta mentione de altera, in qua est, & absolutio valet, vt docent glosa in cap. ex parte. verbo redire. de offic. ordinarij. Sayr. lib. 2. cap. 21. num. 16. ergo etiam poterit petere dispensationem in vno impedimento non facta mentione de altero, & dispensatio etiam valebit. Respondeo negando consequentiã, est enim dispar ratio. nam interdum potest quis absolui ab excommunicatione, etiam si non petierit absolutionem, si enim confitearis, & in confessione omittas per obliuionẽ vel per ignorantiam aliquam excommunicationem, in qua es, absolueris ab illa excommunicatione per absolutionem generalem, quæ præmitti solet in absolutione sacramentali, cum sacerdos dicit. absoluo te ab omni vinculo excommnnicationis. immo potest quis inuitus absolui ab excommunicatione, vt probant Auila de censuris. par. 2. cap. 7. disp. 2. dub. 2. Sayr. de censuris. lib.

lib. 2. cap. 2 1. nu. 7. vt nunquam conceditur dispensatio in aliquo impedimento, nisi petatur, vel saltem rarissime, nec vllo iure habetur, vt ad valorē excommunicationis necessario requiratur, vt impedimentum aliquod explicetur nisi tantum ea causa, ob quam incidit quis in excommunicationem. at in iure habetur, vt omnia impedimenta debeāt exprimi in dispensatione, ne illa subreptitia sit. nam cum iura præcipiant, vt omnia impedimenta manifestentur Pontifici, à quo petitur dispensatio, tacite etiam præcipiunt, vt hoc fiat in vna & eadem dispensatione, nam si taceretur aliquod impedimentum, taceretur veritas, quæ intrinsece confert ad valorem dispensationis, & impedimentum, quod manifestatur, non manifestaretur, prout est.

SVMMARIVM.

1 *Vltima voluntas defuncti omnibus modis seruari debet, & pro lege est seruanda.*

2 *Vltima dispositio est seruanda, quamuis facta fuerit per simplicem scripturam, vel per verba sola sine notario & testibus.*

3 *Est tutus in conscientia is, qui accepit aliquid alienatum sine solemnitate.*

4 *Alienatio facta sine iuris solemnitate valet in foro conscientiæ.*

5 *Solemnitates adinuenta sunt ad vitandas fraudes, deceptiones, & dolos.*

6 *Quando hæres tenetur in foro conscientiæ soluere legatum testamēti minus solemnis, potest legatarius in foro conscientiæ accipere illud legatum per occultam compensationem, si aliter illud accipere non possit.*

7 *Voluntas defuncti totum facit, & lex non verbis, sed voluntatibus fauet defunctorum.*

8 *Doctores omnes dicunt voluntatē defuncti esse seruandam.*

9 *Vbi est manifestus sensus testatoris, alia interpretatio non est facienda.*

10 *Impium est à voluntate defuncti recedere.*

11 *Nihil debet admitti contra defuncti voluntatem.*

12 *Permittitur recedere à forma data ab ipso testatore, dummodo non recedatur à mente.*

13 *Defuncti voluntas seruanda est, etiamsi verbis improprijs fuerit expressa.*

14 *In vltimis dispositionibus debet magis spectari voluntas quam verba.*

15 *Mens, quæ non est expressa, colligenda est ex coniecturis probabilibus.*

16 *Voluntas defuncti est seruanda, quamuis in dispositione errauerit,*

rit, siue sit error facti siue iuris.

17 Voluntas testatoris est seruanda, quamuis sit nuda. & non est inspicienda verborum ineptitudo, cum de voluntate apparet.

18 Semper voluntatis defuncti vestigia sequi debemus.

19 Licitum est recedere à voluntate defuncti, quando adest causa, quam si defunctus non ignorasset, verisimile est, eum non ita fuisse dispositurum.

20 Quando clare non constat, quæ fuerit mens defuncti, verbis est inhærendum.

21 Cum de mente constat, nihil de verbis curandum est.

22 A propria verborum significatione receditur propter mentem defuncti.

23 Voluntas testatoris interdum debet interpretari aduersus facilem, & vulgarem litteræ intellectum.

24 A verborum proprietate est recedendum, si voluntas testatoris possit ostendi.

25 Non est inspiciendus rudis sensus verborum, sed verisimilis mens testatoris. & illa sententia est vera, quæ mentem defuncti non figuram verborum sequitur.

26 In testamentis magis debet obseruari ipsa mens testatoris, quam propria verborum significatio.

27 Voluntas defuncti primum locum obtinet, & præfertur cuilibet verborum significationi.

28 Magis spectatur voluntas testatoris, quam communis vsus loquendi, vel proprius ipsius testatoris.

29 Si testator in testamento proferat aliqua verba, quæ secundum substantiam & veritatem sunt contra mentem testatoris, verba debent intelligi secundum opinionem testatoris.

30 Testatoris voluntas ex eo interpretationem accipit, quod ipse opinabatur, & non ex eo, quod verum sit.

31 In testamento illud est inspiciendum, quod testator opinabatur.

32 Conditio impossibilis apposita in vltimis volũtatibus habetur pro non adiecta. at si testator credidit, eam esse possibilem, non reijcitur.

33 Quando constat de voluntate defuncti, talis voluntas non est interpretanda, vt sit conformis dispositioni iuris.

34 In testamentis nõ est recedendum à propria verborum significatione, nisi manifeste appareat de contraria voluntate.

35 Lex potius præsumitur velle se conformare cum voluntate defuncti, quam voluntas defuncti cum lege.

36 In testamentis voluntas totum facit, & primum locum obtinet, & in omnibus dominatur, & ante omnia seruari debet & testamentum pendet à sola voluntate testatoris.

37 Testator potest suam voluntatem declarare, & si testator se ipsam glossat, non est recurrendum

dum ad Glossam legis.

38 *Testator potest suam voluntatem interpretari non solum in ipso testamento sed etiam post factum testamentum.*

39 *Testator potest suam voluntatem interpretari etiam per scripturam priuatam.*

40 *Est cauendum, ne, dum nimia verborum subtilitate vtimur, iudicia testantium defraudentur.*

41 *Verba debent seruire intentioni, & non intentio verbis.*

42 *In foro conscientiæ sola veritas spectatur.*

43 *Qui certus est de voluntate defuncti, non eget alio testimonio.*

44 *Deus non curat nisi de intentione defuncti.*

45 *Qui habet veram scientiam voluntatis testatoris, potest rem possidere.*

46 *Nihil tam conueniens est naturali æquitati, quam vt obseruetur voluntas Domini volentis rem suã in alterum transferre.*

47 *Promissiones & donationes internæ ad pias causas inducunt obligationem.*

48 *Testatoris voluntas pro lege est habenda.*

49 *Donatio & promissio interior est valida, & obligat in foro conscientiæ.*

50 *Licitum est sequi opinionem probabilem, quamuis talis opinio sit in damnum alterius.*

QVÆSTIO LXVI.

Petrus nouitius cuiusdam religionis habebat bona, quæ æstimabãtur decem mille aureis, factus est professus in religione incapaci bonorum, nec ante professionem aliquid per scripturam disposuit de bonis suis, sed voluntas eius fuit, vt in bona sua succederet eius frater Paulus, & in mente item sua disposuit, vt mille aurei, quos habebat secreto apud amicum suum, darentur Caterinæ suæ nepti, an tuta conscientia possint illi mille aurei tradi Caterinæ, cum de hac voluntate Petri nulla appareat scriptura, & an Caterina possit etiã illos accipere sine obligatione restituendi.

1 Respondeo. Posse tuta consciẽtia tradi, nec Caterinam obligari ad restitutionem

nem probatur. vltima voluntas defũcti omnibus modis seruari debet cap. vltima 13. q. 2. & in Authent. de nuptijs. §. disponat. col. 4. dicitur voluntas defuncti pro lege esse seruanda, sed vltima voluntas Petri defuncti ciuiliter per professionem religionis fuit, vt illi mille aurei traderentur Caterinæ, ergo talis voluntas est seruanda, constat autem de hac voluntate ex ipso testimonio Petri.

2 2 Sãctus Antoninus 3 part. sum. tit. 10. cap. 3. §. 14. nota, inquit, quod cum quis sanus vel infirmus, qui est sanæ mentis, vltimo disponit de bonis suis, de quibus potest disponere per simplicem scripturam, vel per verba solum nõ violentatus, vel circumuentus, sed libere sine notario, & testibus debitis, standum est eius tali dispositioni in foro conscientiæ, & hæredes, quibus hoc constat certitudinaliter, tenentur ad obseruãdum illud, etiãsi prius per solemne testamentũ aliter disposuerit. executores enim tenentur ad hoc, si certi sũt de vltima volũtate, in quãtũ possunt. vnde Greg. in c. vltima. 13. q. 2. vult, vt modis omnibus defuncti vltima voluntas conseruetur, ita S. Antoninus. Cum vero vltima voluntas Petri defuncti ciuiliter fuerit, vt mille aurei traderentur Caterinæ, & hæc vltima voluntas, licet non constet per scripturam, constet autem per ipsum testimonium Petri, quod certius est, quam scriptura, hæc vltima voluntas est seruanda.

3 Illud idem, quod asserit Antoninus, scribit etiam Syluester in verbo testamentũ primo. q. 5. notab. 4. & in verbo alienatio. num. 13. putat enim esse tutum in conscientiam eum, qui accipit aliquid ab alio alienatum sine solemnitate, quia, inquit, in foro animæ sufficit contractum tenere secundum limites iuris naturalis. sed secundum limites iuris naturalis potest Caterina accipere illos mille aureos, cum cognoscat talem fuisse voluntatem Petri.

4 idem Syluester in verbo restitutio. 5. quæst. 8. ait valere alienationem factam sine iuris solemnitate in foro conscientiæ, quia, inquit, solemnitates sunt inuentæ propter deceptiones vitandas, vnde vbi cessant, cessabit in foro animæ ipsa lex. ita Syluester. cum igi-

igitur propter vitandas deceptiones sit in iure statutum, vt mēs testatoris exprimatur scripto aliquo, si nulla in aliquo casu reperiatur fraus, non est necessaria scriptura, sed sufficit, si ipsa mens testatoris exprimatur vel scriptis, vel verbis etiam post mortem ciuilem testatoris asserentis talem fuisse suam vltimam voluntatem. Quod vero dixerūt sanctus An
5 toninus & Siluester, affirmat etiam Angelus verbo testamentum. num. 5, & verbo alienatio. num. 14. ait solemnitates adinuentas esse ad euitandas deceptiones.

Præterea Adrian. quodlib. 6. art. 1. concl. 2. vers. secundo infero. Non obstante, inquit, nullitate contractus ob defectum solemnitatum, quæ de iure adhiberi debent, potest quis sic adeptum licite seruare in foro conscientiæ, nisi fraus vel deceptio interuenerit, ratio est, quia solemnitates adinuentæ sunt, vt fraudibus & dolis obuiam iri possit, vbi ergo fraus, & dolus, vel deceptio nulla interuenerit, dispositio iuris super solemnitatibus adhibendis seruanda nō est in foro conscientiæ, hactenus Adrianus. Ex quo infero, quod cum ad tollendas fraudes sit statutum, vt mens defuncti scripto vel verbo alijs manifestetur ad hoc, vt alter possit succedere in hæreditate, vbi cessat fraus, non requiritur scriptum aliquod, sed satis sunt verba defuncti ciuiliter declarantis talem fuisse eius voluntatem. Secundo infero ex hac doctrina Adriani. De iure naturali, secluso iure positiuo ciuili, potest Caterina accipere illam summam pecuniæ, ergo etiam, permanente iure ciuili, poterit quo ad forū consciētiæ
6 accipere. Tertio infero ex eadem doctrina Adriani asserentis hæredem teneri in foro conscientiæ soluere legata testamenti minus solemnis, si cognouerit nullam in eo testamento fraudem interuenisse, posse in foro conscientiæ, Caterinam accipere illam summam per occultam compensationem, si aliter eam accipere non possit, quia talis fuit voluntas Petri legantis in vltima sua voluntate, quam Caterina cognouit ex ipso Petro defuncto ciuiliter.

7 3 Probatur nostra sententia. In l. ex facto. §. rerū autem. ff.

ff. de hæred.instituend. dicitur voluntas defuncti totum facere, & in §. nostra.instit. de legat. dicitur. lex non verbis, sed voluntatibus fauet defunctorum, & in l. quoniam indignũ. C. de testamen. & in l. si quis hæredem. in fine. C. de instit. & substit. dicitur diligenter esse cauendum, ne, dum nimia vtimur verborum subtilitate, vera iudicia defunctorum subuertantur, & in l. cum de lanienis. §. item cacabos. vers. optimum. de fund. instruct. dicitur optimum esse non propriã verborum significationem scrutari, sed in primis quid testator senserit, & demonstrare, & significare voluerit, & in l. 3. §. conditio.in fine.de adi.lega. & in l. virum. de triti. legat. dicitur melius est sensum magis quam verba amplecti, ergo cum Petrus defunctus ciuiliter voluerit, vt mille aurei darentur Caterinæ, talis voluntas est seruanda.

4 Hominis peruersi est verba & literas sequi, & negligere voluntatem defuncti, nam si voluntas posset intelligi sine verbis, certe illis non vteremur, sed quia non potest intelligi, ideo verba sunt reperta. non tamen verba debent impedire, sed solum indicare voluntatem, quare cum voluntas intelligitur, non requiruntur verba, sed voluntas Petri fuit, vt illa summa mille aureorum pertineret ad Caterinam neptim. ergo illi debetur, & non Paulo hæredi.

8 5 Omnia iura clamant voluntatem defuncti esse seruandam, vt probaui, & affirmant Io. Ananias cons. 28. col. 2. vers. 2. Curtius senior cons. 42. numero 1. & 2. Socinus senior cons. 11. numero 4. vol. 1. quare non debet attendi, cum quo testator loquatur, sed in quem voluntatis intentio dirigatur. l. cum pater. §. donationis. de legat. 2. & docet Parisius vol. 3. cons. 3. numero 62. cum igitur intentio voluntatis Petri dirigeretur in Caterinam, hæc voluntas est seruanda, constat autem talem fuisse voluntatem Petri ex ipsomet Petro, qui optime potest explicare suam intentionem.

9 6 In l. 3. ff. de liber. præt. dicitur. vbi est manifestus sensus testatoris, aliam interpretationem non esse faciendam, quod etiam probat Parisius con-

consil. 74. nu. 27. & sequentib. & Crauetta consil. 1. num. 1. versic. sed præmissis. ait voluntatem defuncti, quamuis sit du
10 ra, debere obseruari, & Socinus iunior consil. 128. num. 8. vol. 1. ait impium esse à voluntate defuncti recedere, & in §. si vero expressim. in authen. de hæredit. & Falcidi. dicitur pium esse exequi voluntatem defuncti, ergo cum ex voluntate Petri defuncti ciuiliter per professionem emissam in religione isti mille aurei debeantur Caterinæ & non Paulo, talis voluntas debet seruari.
11 7 Si sermo testatoris est ambiguus, in primis illi intentionem est recurrendum, etiamsi fuerit contra causam fauorabilem, vt notant Socinus sen. in l. in ambiguo num 4. de rebus dubijs. & si defunctus de aliqua re disponat, potius debet intelligi, quod dispositio sit nullius momenti, quam quod aliquid contra defuncti voluntatem admittatur. l. verbis ciuilibus. de vulgar. & pupillar. substitut. & ibi Paul. Castr. num. 4. Alexander num. 3. Iason num. 3. cum igitur voluntas Petri fuerit ea, de qua hactenus dixi, illa est seruanda.
12 8 Permittitur aliquo modo recedere à forma data ab ipso testatore, dummodo non recedatur à mente, vt docet Baldus in l. vnum ex familia. §. si duos. de legat. 2. Boerius decis. 204. n. 32. vers. & ille textus. Imola in dicto §. si duos. Ergo in primis mens defuncti est spectanda in hæreditatibus, & legatis, sed mens defuncti Petri fuit, vt dicta pecunia perueniret in manus Caterinæ, & nō Pauli, ergo ad illam deuenire debet.
13 9 Defuncti voluntas seruanda est, etiamsi verbis improprijs fuerit expressa l. non aliter. in princip. de legat. tertio, & l. quoniam indignum. C. de testament. & l. non puto. §. 1. ff. famil. erciscund. nam si de voluntate defuncti cōstet, qualiscunque sit verborum significatio, standum est voluntati, quod etiam notat Baldus in l. voluntatis. num. 1. versic. vel latius. de fideicomm. Socinus senior in l. ambiguo. nu. 7. de rebus dub. immo voluntas defuncti est seruanda, quāuis verba tali voluntati repugnent, si tamen non omnino re-

repugnent. l. talem institutionem. in fine. ff. de hæred. institu. quare in l. quisquis. ff. de verbor. significat. reijcitur sententia Labeonis, qui verborũ figuras sequitur, & approbatur sententia Proculi, qui sequitur mentem defuncti: ergo ad iudicandum, ad quem debeant deuenire bona defuncti, præcipue est attendenda mens illius, sed mens Petri ciuiliter per professionem defuncti fuit, vt mille aurei traderentur Caterinæ suæ nepti, & non Paulo. ergo Caterinæ debent tradi.

14 10 Est cõmunissima sententia in vltimis dispositionibus debere magis spectari voluntatem, quam verba l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellian. & l. cum acutissimi. ff. de fideicommiss. & docent Alexand. volum. 4. consil. 52. num. 1. Tiraquell. in l. si vnquam. in verbo libertis. numero 41. & 42. de reuoca. donation. ergo cum vltima voluntas Petri fuerit, vt illa summa pecuniæ traderetur Caterinæ. merito illi est tradenda.

15 11 Voluntas tacita, quæ nimirum verbis non est expressa, seruanda est, dummodo sit verisimilis, &, quidem si à iure sit præsumpta, habetur pro expressa. l. cum proponebatur. de legat. 2. & mens, quæ non est expressa, colligenda est ex coniecturis probabilibus, vt docent Curtius iunior cons. 111. num. 5. & consil. 113. num. 9. Alciatus consil. 44. num. 1. & sequentib. & consil. 46. num. 9. & sequentib. lib. 9. ergo licet Petrus voluntatem suã nõ expresserit, illa seruanda erit, si posset constare, qualis fuisset vltima sua voluntas, sed certo constat, vltimam suam voluntatem fuisse, vt mille aurei deuenirent ad Caterinam, & nõn ad Paulum, ergo ad Caterinam illi mille aurei pertinebunt.

16 12 Voluntas defuncti est seruanda, quamuis in dispositione errauerit, siue sit error facti. vt l. Titius. §. Lucius. de liberis & posthum. & l. vltima de posthu. hæred. instit. siue sit error iuris. vt l. qui fructus. & ibi Bartol. de vsufruct. legat. Glos. in l. si librarius. de regulis iur. Socinus senior in l. in ambiguo. numer. 7. versic. quarta conclusio. de rebus dub. cum igitur Petrus per errorem putauerit posse illos

mille

mille aureos deuenire ad Caterinam, etiam non confecto testamento, eius voluntas est seruanda.

17 13 In l.1.§.vlt.de legat.2.dicitur esse obseruanda volũtas, quamuis sit nuda, ergo voluntas Petri est obseruanda, quãuis verbis illam nõ expresserit, dummodo constet de tali voluntate, at constat in casu nostro. quare multi doctores asserunt verba non esse necessaria in vltimis voluntatibus. & si verba fuerint inepta, non debere impedire voluntatem argum.l.vnic.in princip. de rei vxor. actio. quod quidem est verum, si aliunde voluntas defuncti cognoscatur, vt cognoscitur in casu nostro. & in l.Imperator. la prima. de statu homin.dicitur non esse inspicienda verborum ineptitudo, cum de volũtate apparet, quod etiã dicit Baldus in citata lege, & Alciatus cons.169.n.1.lib.9.

18 14 Semper volũtatis defuncti vestigia sequi debemus. l. penult.paulo post princip.verb. sed antiquitatem. de necess. ser.hær.instit. sed volũtas Petri fuit, vt illa summa pecuniæ perueniret ad Caterinã. ergo in foro interiori ad illam deueniet.

19 15 Non solum in foro interiori, sed etiam in foro exteriori licitum est recedere à voluntate defuncti, quãdo adest causa, quam si defunctus non ignorasset, verisimile est, eum non ita fuisse dispositurum, vt docent Bart. in l.nemo potest.de legatis primo. & ibi Aretinus, Ruinus volum.5.cons.87.nu.9. Alciatus in dicta l. nemo potest. num. 44. vers. vnde si iudex. Thom. Grammaticus decis.3. num.7.& ratio huius est, quia spectanda est defuncti voluntas. cum igitur voluntas Petri fuit, vt mille aurei traderentur Caterinæ, & de hoc fuisset confecturus testamentum, nisi putasset ex ignorantia probabili non requiri testamentum, nec aliam scripturam ad hanc dispositionem, & nunc constet de tali voluntate, dicendum est Petri voluntatem esse seruandam, quamuis ante tempus professionis illam non manifestauerit.

20 16 Quando clare non constat, quæ fuerit mens defuncti, verbis est inhærendum, vt ex communi doctorum sententia probat Curtius iunior consil. 169.num.1.& seqq.ergo è contrario si clare constet, quæ fuerit

rit mens defuncti, eius voluntati
est inhærendum, sed clare con
stat quo ad forum interius vo-
luntatem Petri defuncti ciuili-
ter fuisse, vt dicta summa pecu
niæ perueniret ad Caterinam,
& nullo modo ad Paulum, er-
go Caterinæ illa pars debetur.
21 17 Cum de mente constat,
nihil de verbis curãdum est ex
Paulo in l.cum virum.n.19. de
fidei. & in l.humanitatis. num.
30.de impub.& ali.subst.Paris.
22 cons.3.num.57.& seqq. Quare
à propria verborum significa-
tione receditur propter men-
tem defuncti, vt scilicet eius
voluntas seruetur ex Decio cõ
sil.317.num.1.& cons.399.n.7.
23 & cons.476. num.1. immo. vt
docet Couarr.lib.2.variar.reso
lut.cap.5. num.5.9. & 10.vo-
luntas testatoris interdum de-
bet interpretari aduersus faci-
lem, & vulgarem literæ intel-
24 lectum. Et in l.non aliter. in
princip.de legatis tertio. & in
l. cum antiquitas circa finem.
C.de vsufruc.& glosa.ibi.verb.
esse relictum dicitur à verborũ
proprietate esse recedendum,
si voluntas testatoris posset o-
stendi immo etiam in foro ex-
teriori sæpe receditur à pro-
pria verborum significatione
ob verisimilem voluntatẽ de-
functi, vt affirmant Corn.consi
21.num.20. vol.4. & cons.40.
num.3. eodem vol. cum igitur
euidentissime constet de volun
tate Petri, cõstabit etiam eius
voluntatem esse seruandam in
foro interiori, quamuis illam
verbis non expresserit.
25 18 Non est inspiciendus ru-
dis sensus verborum, sed veri-
similis mens testatoris. l. pater
Seuerinam. §. conditionum
verba. & l. Publius. §. Titia
Codicillis. de conditio. & de-
monstratio. & ibi Imola num.
5. & illa sententia est vera quæ
mentem defuncti non figuram
verborum sequitur l. quisquis.
de verborum signif. ergo mens
defuncti Petri ciuiliter est ser-
uanda, si illa constet, & non cu
randum, quod illam verbis non
expresserit.
26 19 Sæpe accidit, vt testa-
tores veluti semimortui nõ ac-
curate loquantur, nec vtantur
verbis proprijs, quare tunc ma-
gis debet obseruari ipsa mens,
quam propria verborum signi-
ficatio. l. in conditionibus. in
princ.& l. eas causas. de condi-
tio.& demonstrat.& cap. intel-
ligentia. de verbor. significa-
tio. ergo in casu nostro inspi-
cien-

cienda est mens Petri.

27 20 Voluntas defuncti, primum locum tenet, & præfertur cuilibet verborum significationi & interpretationi l. in conditionibus. de conditio, & demonstratio. & l. 3. de liber. præt. & docent Socin. iunior cons. 116. nu. 7. & seqq. vol. 3. Cephalus cons 306. num. 118. Riminald. iunior cons 418. nu.

28 48. ait etiam Iason in l. si pater tuus. nu. 2. in fine. C. de hæred. instit. magis spectari voluntatem, quam communem vsum loquendi, vel proprium ipsius testatoris. ergo voluntas Petri est seruanda.

29 21 Si testator in testamento proferat aliqua verba, quæ secundum substantiam & veritatem verborum sunt contra mentem testatoris, talia verba debent intelligi secũdum opinionem testatoris, & non secundum substantiam veritatis verborum, vt asserunt Aretinus in l. seruum filij. §. si quis rem. in fine. de legat. 1. Glos. in l. seruo manumisso. ff. de conditio. indebiti, & ibi Iason num. 2. & patet ex l. quo loco. §. 1. & ibi Glos. verbo alterum. ff. de

30 hæred. instit. Alciatus etiam lib. 3. de verbor. significat. nu. 5. ait testatoris voluntatem ex eo interpretationem accipere, quod ipse opinabatur, & non ex eo, quod verum sit, ergo voluntas Petri est secunda. 22. In

31 testamento illud est inspiciendum, quod testator opinabatur ex Iasone in l. si tibi homo. in princ. num. 10. de legat. 1. & pro vero accipiendũ est, quod testator credidit esse verum. l. seruo manumisso. ff. de conditio. indeb. & ibi Iason num. 2. & dispositio testatoris ab eius opinione substantiam capit & non à vera substantia terminorũ, vt asserit Angelus in l. quo loco. §. 1. ff. de hæred. instit. & verba testamenti sunt intelligenda, quomodo ipse testator opinabatur, & nõ quo modo veritas ipsorum verborum erat, vt asserit Castro in dicta lege. quo loco. num. 3. & ideo nec verborum proprietas consideratur, sed opinio testatoris, vt notat Parisius cons. 19. num. 167. vol. 2. & effectus testamẽti regitur ab opinione testatoris & non à vera existentia terminorum, vt ait Baldus in dicta l. quo loco. §. 1. quare in ijs, quæ à voluntate pendent, spectatur potius opinio, quam veritas, vt docent Baldus loc. cit. Socin. se-

senior conſ.124.num. 2. vol. 4. Io. Crott. in l.qui Romæ.§.duo fratres.num.16.ad finem.verſ. non obſtat. de verbor. ſignificat. Alciat.conſ. 145. num. 4. lib.9. Crauett. conſ. 88. num. 15.& conſ.608. num. 10.quæ omnia ſatis fauent noſtræ ſententiæ.

32 23 Licet conditio impoſſibilis appoſita in vltimis volũtatibus habeatur pro non adiecta, & conſequenter nõ vitiet l.1.de conditio. inſtit. tamen ſi teſtator credidit eſſe poſſibilem, talis conditio non reijcitur, ſed vitiat diſpoſitionem, & exequenda eſt vltima teſtatoris voluntas. l. ſeruo manumiſſo. ff. de conſtitut. indebit. & notat ibi Bartol.vt etiam notat in l. ab omnibus.§.1. num. 3.de legat. 1. Angel.conſ. 77. num.2.Imola in dicta l.1. num. 11. verſ. fallit quinto. de condition.inſtitu.& ibidem Caſtro nu.2.Socin. ſenior in l. multa. §.ſi ſeruos.num.2.de conditio. inſtit.Crauet.conſ.167.num.8. Couar. in Epitom. de ſponſal. 2.part.cap.3.§.2.nu. 5. in fine. cũ igitur Petrus crediderit poſſe ſua bona deuenire ad Caterinam, etiã nulla confecta ſcriptura, eius opinio eſt executioni mandanda in foro interiori, credidit enim ſolam voluntatem abſque ſcriptura poſſe transferre dominium rerum in alterũ, quoties conſtaret de voluntate Domini volentis ſua bona in alterum transferre.

33 24 Licet ſucceſſiones in hæreditatibus debeãt intelligi, & fieri iuxta iùs commune, hoc tamen intelligendum eſt, niſi voluntas defuncti refragetur, vt clare colligitur ex l.iam hoc iure. ad finem. de vulg. & pupill. ſubſtitut. at cum aperte conſtat de voluntate defuncti, talis voluntas non eſt interpretanda,vt ſit conformis diſpoſitioni iuris,quia in claris non eſt opus cõiecturis. l.cõtinuus. §. cum ita. de verbor. obligat. & notat Socin.ſenior in l.3.nu. 4.in fine.de legat.1.licet igitur de iure communi deberet ſuccedere in illos mille aureos Paulus, quia tamen voluntas Petri defuncti ciuiliter refragatur, & clare conſtet voluntatẽ Petri fuiſſe, vt illa ſumma pecuniæ perueniret ad Caterinã, & nullo modo ad Paulum, dicendum eſt illa mille eſſe tribuenda in foro cõſcientiæ Caterinæ & non Paulo.

34 25 In l.non aliter.in princ.

de

de legat. 3. & in l.si alij. de vsu leg. dicitur in testamentis non esse recedendum à propria verborum significatione, nisi manifeste appareat de contraria volũtate, cum igitur manifeste appareat de voluntate Petri, eius voluntas est seruãda, quãuis verbis non fuerit expressa.

35 26 Lex potius præsumitur velle se conformare cum voluntate defuncti, quam volũtas defuncti cum lege, quia lex sẽper sequitur vestigia volũtatis testatoris. l. pen. de neces. ser. hær. instit. ergo in successione hæreditatis potissimum est spectandum, qualis fuerit volũtas defuncti, sed volũtas Petri defuncti ciuiliter per professionẽ fuit, vt mille aurei traderentur, Caterinæ, & non Paulo, ergo Caterinæ in foro conscientiæ debentur.

36 27 In testamentis volũtas totum facit l. ex facto. §. rerum autẽ. ff. de hæred. inst. & primũ locum obtinet l. in conditionibus. ff. de cond. & demonstr. & in omnibus dominatur l. cum quæstio. in fine. C. de legat. & ante omnia seruari debet. l. 3. de liber. præt. l. cum virum. ff. de fideicommiss. & testamentum pendet à sola voluntate testatoris. l. 1. ff. de testam. ergo cum voluntas Petri fuerit, vt mille aurei traderentur Caterinæ; hæc voluntas est seruanda.

37 28 Testator potest suã voluntatem declarare, & si testator seipsum glossat, non est recurrendum ad glossam legis, vt obseruat Bal. in Auth. nisi rogati. ad Trebell. n. 9. & voluntas testatoris non potest apertius declarari, quã ex verbis ipsius, & quando testator seipsum interpretatur. non est necesse cõfugere ad aliã iuris interpretationem, vt ait Paris. vol. 2. cõs. 91. n. 27. & cons. 97. nu. 24. nam possumus esse certi de mẽte ipsius testatoris per eius declarationem, vt inquit Bal. in l. pen. de impub. & ali. subst. n. 8. in fi-

38 ne. & testator potest suam voluntatem interpretari non solũ in ipso testamento, sed etiam post factũ testamentum. l. hæredes palam. §. si quid. ff. de testam. & declaratio potest fieri à testatore post longum etiam temporis interuallũ, vt ait Bal. in l. voluntatis. in princ. C. de

39 fideicõm. & testator potest suã voluntatem interpretari etiam per scripturam priuatã, & per epistolam, vt notat Bart. in l. alimenta. in princ. n. 3. de alim. legat Paulus Castren. vol. 2. cõs. 117. n. 2. Alex. vol. 6. cons. 14. n.

14. in fin. vbi ait scripturā testatoris habere plus authoritatis, quia ostendit ita fuisse eius intentionem. Ergo etiam Petrus defunctus ciuiliter poterit nūc, cum viuat naturaliter, declarare suam voluntatem, vt de facto declarat; quare eius voluntas est executioni tradenda.

29 Qui ex iusta voluntate domini aliquid accipit, vel retinet, non est fur ex communi doctorum sententia, quāuis talis voluntas nō fuerit verbo vel scripto expressa, ergo sola volūtas cognita est sufficiens ad transferendū dominiū rerū in alterū, ergo Caterina, cognita voluntate, Petri poterit accipere illos mille aureos, quos illi Petrus ante professionem emissam reliquit, quamuis talis voluntas non fuerit verbis nec scripto aliquo expressa.

40 30 In l. si quis hæredem. in fin. de instit. & substit. dicitur summopere esse cauendum, ne, dum nimia verborū subtilitate vtimur, iudicia testantium de-
41 fraudentur. & in c. secundo requiris. de appell. legimus verba debere seruire intentioni, & nō intentionem verbis. & in l. pater. §. conditionū. de cond. & demonst. dicitur, verba, quæ in testamento præscribuntur, pro voluntate considerari, &, vt dicitur in l. cōditionibus. in princip. eod. tit. voluntas primum locū obtinet. cū igitur volūtas Petri fuerit ea, quam dixi, illa præcipue est attendenda.

42 31 Lex, quæ requirit, vt voluntas verbis manifestetur, est intelligenda, quia non videtur alio modo posse cognosci voluntas defuncti: at in foro cōsciētiæ sola veritas spectatur. c. tua nos. c. is qui fidē. de spōsal. cum igitur volūtas Petri licet verbis nō fuerit manifestata tēpore professionis, nūc vero sit manifestata, illa debet impleri.

43 32 Card. Mantica de cōiec. vltim. volunt. lib. 2. tit. 14. n. 16. qui certus est, inquit, de volūtate defuncti, non eget alio testimonio, vt obligetur, & si possideat ex volūtate, sine aliquo offendiculo cōscientiæ & iuste videtur ea posse retinere. Item Ang. in l. penult. §. illo. C. de necessar. seru. hæred. instit. n. 3. volūtas, inquit, quæ fuit cognita, debet impleri, quāuis legibus non sit subnixa, sed voluntas Petri defuncti ciuiliter est hoc tēpore cognita, ergo debet impleri, quamuis legibus non sit subnixa.

44 33 Bal. in l. 1. n. 66. in fin. C. de sacros. Eccles. Deus, inquit,

non

nõ curat de intentione defun-
45 cti.Item Mantica loc.cit.n.23. ait. Si quis habeat verã scientiam voluntatis testatoris, sine offendiculo conscientiæ potest rem possidere.

34 Si quis in articulo mortis constitus disponat de suis bonis in mente,ita vt velit Titiũ fore hæredẽ suorum bonorum,nec tamen habeat testes, quibus posset manifestare suã voluntatem,si aliquo modo cõ staret Titio de volũtate defuncti,vt si Angelus illi reuelaret, posset in foro conscientiæ succedere in bonis defuncti, ergo etiã in casu nostro poterit Caterina accipere illos mille aureos, cum sit par ratio.

46 35 Nihil tam conueniẽs est naturali æquitati,quã vt obseruetur volũtas domini volentis rem suã in alterũ transferre.vt dicitur in inst. de rer.diuis.per traditionẽ. quare solẽnitates, verba,& alia huiusmodi requiruntur,vt tollantur fraudes, vt manifestetur voluntas, &c. & ita si cõstet voluntatem defuncti fuisse,vt eius bona ad aliquẽ deuenirent,dicendum est in foro conscientiæ fore tutum eũ, qui illa secreto acceperit.

36 Si voluntas interior non esset sufficiens ad transferendũ dominiũ post cognitam & acceptatã talẽ volũtatem, sequeretur posse accidere,vt nõ posset quis relinquere sua bona, cui vellet,quia fieri poterit, vt tũc careat testibus, calamo, &c. quod non est dicendũ. quare debet concedi,quod si hic post mortẽ reuelaret voluntatẽ suã fuisse, vt sua bona traderentur Ioãni, posset hic tuta cõsciẽtia huiusmodi bona accipere.quare idem dicendum est in casu nostro.

37 Verba & scripta exprimũt conceptũ internũ mentis,& nõ habent vim nisi ob interiorem animi affectũ, quare tota obligatio & dispositio pẽdet ex volũtate eius,qui voluit se obligare, & disponere de rebus suis. ergo dispositio de rebus, quãuis sit mere interna, est valida in foro cõscientiæ,dũmodo is, cui disponẽs reliquit sua bona, cognoscat aliquo tempore internam voluntatem disponentis,at Caterina cognouit dispositionem internam Petri.

38 Si quis mẽte dicat Dono talem rem meã Ioãni, vel promitto me daturũ Ioanni hanc rem,talis donatio & promissio, vt aliqui doctores probabiliter sentiũt, quos nu.49.citabo. de iure naturæ obligat.& Ioannes

vi talis donationis & promissionis internæ cōparat sibi ius ad illā rem. ergo etiā si quis de rebus suis mente disponat, talis dispositio de iure naturæ obligabit, & valebit, & consequenter is, cui facta est dispositio, comparauit ius ad rem.

39 Quādo aliquid habetur à domino pro derelicto animo interno, amittitur dominiū illius, & fit primi occupantis, immo amittitur etiā dominiū, quādo quis ea est animi volūtate, vt si interrogaretur, respōderet velle illā rem relinquere primo occupāti, ergo per solā voluntatē transfertur dominiū rei in alterū, quoties tamen cōstiterit de tali volūtate, & fuerit acceptata, ergo etiā in casu nostro potuit Petrus ante emissā professionem transferre dominium illorum mille aureorum in Caterinam, & hæc tuta conscientia poterit illam pecuniam accipere, quoties cognouerit talē fuisse mentem Petri.

40 Si Petrus ante professionē disposuisset in mente sua de dādis mille aureis Caterinæ cū cōditione expressa se velle post professionē talem dispositionē scripto vel verbo declarare, posset Caterina facta tali declaratione illā pecuniam accipere, ergo cum ante professionem Petrus ita disposuerit vel expresse vel tacite, & nūc post professionem voluntatem suam manifestet, poterit Caterina illos mille aureos licite accipere.

41 Martinus Ledesma infra allegandus ait. Si Petrus solo actu interiori donet Paulo centū aureos, tenetur in cōscientia dare illos, si Paulus postquā sciuerit talem donationem, voluerit acceptare donationem factā, & illos accipere, immo iuxta hūc doctorem Petrus tenetur manifestare Paulo donationem factā, ergo cū Petrus actu interiori donauerit mille Caterinæ, poterit hæc post cognitā volūtatem Petri illa accipere.

42 Si Petrus ante professionem nō potuisset suam dispositionem internā manifestare actu aliquo externo, in tali casu stādū esset internæ eius dispositioni postea manifestatæ, & cognitæ, ergo cū Petrus probabiliter putauerit solā dispositionem internā esse sufficientē ad trāsferendos illos mille aureos in Caterinā, standū erit tali dispositioni internæ, nam iusta & probabilis ignorātia par est impotentiæ, siquidem, vt notat Comitol. lib. 7. q. 1. n. 5. humana vo-

voluntas nec optare, nec eligere, nec efficere potest id, quod non cognoscitur, quis enim pareat legi, quæ ignoratur.

43 In aliquibus Prouincijs testamenta, quæ constat fuisse scripta sola manu testatoris, seruantur, ergo cum Petrus testamentum mentale ante professionem constituerit, si post professionem manu sua illud transcribat, tale testamentum est seruandum.

44 Expressio exterior nõ est necessaria, nisi vt possit cognosci voluntas defũcti, at potest hæc voluntas cognosci post mortẽ ciuilem Petri.

45 Si internæ cogitationes possent cognosci absque verbis & signis ab hominibus, sicut cognoscuntur ab Angelis, tunc per actum internum optime posset donatio & promissio fieri, vt docet Lessius lib. 2. de iustit. cap. 18. dub. 5. num. 32. ergo cum Caterina possit cognoscere internam cogitationem Petri, quæ ab eodem sibi manifestatur, talis donatio & dispositio erit valida.

46 Si Petrus ante professionem manu sua simplicem scripturã confecisset, in qua manifestasset suam voluntatem fuisse, vt mille aurei traderentur Caterinæ, standum esset tali scripturæ in foro conscientiæ, ergo cũ post professionem Petrus possit conficere scripturam, in qua solum manifestat illam suam priorem voluntatem, nihil de nouo addendo, debet stari huic scripturæ, nec enim Petrus post professionem amisit potestatẽ conficiendi scripturam, qua possit manifestare suam priorem voluntatem.

47 47 Hæc vltima dispositio Petri non solum fuit facta per modum testamẽti & donationis, sed etiam per modum eleemosynæ, quia fuit facta à Petro omni meliori modo, quo posset fieri, at promissiones, & donationes internæ ad pias causas inducunt obligationem, vt docet Ledesma 2. 4. quæst. 18. art. 1. dub. 13. Molina de iustitia tom. 2. disp. 266. vers. Ledesma, quod vero hæc dispositio potuerit fieri per modum eleemosynæ, patet, quia Caterina magna premebatur necessitate.

48 Naturalis obligatio oritur ex interno cõsensu. l. Stichum. §. naturalis. ff. de solution. sed consensus eius, qui mente do-

nat,est perfectissimus, vt supponimus, ergo ex tali consensu oritur naturalis obligatio, ergo ex donatione interiori Petri oritur obligatio dandi Caterinæ illos mille aureos,& cõsequenter Caterina poterit tuta conscientia illos accipere, & retinere.

49 Si Deus alicui reuelet voluntatem tuã,quæ est, vt bona tua ad alterum post certum tẽpus deueniant,posset ille licite accipere illa bona, vt tradit Sayrus in claui Regia lib. 9. c. 10.num. 6. quia, inquit,cum tota efficacia sit à voluntate, & omnia externa sint tantum necessaria vt signa,quæ si aliũde supplentur,per accidens esse videntur, sed in casu nostro Petrus post professionem manifestat suam voluntatem Caterinæ, ergo hæc tuta consciẽtia poterit illos mille aureos accipere.

50 Si quis interno consensu cõtraheret matrimonium cum altero,& Deus huiusmodi consensum illi reuelaret,posset inter eos, stando in iure naturæ, contrahi legitimum matrimonium sine vllo signo externo, vt sentit Maior. in 4.dist.26.q. 1. ad 3. & dicit esse probabile. Veracrux 1. parte speculi art. 3. ergo etiam si quis mente interna donat rem aliquã alteri,eamque Deus vel etiam donator postea talem donationem manifestet, valebit talis donatio.

48 51 Testatoris voluntas pro lege est habenda l. 1. C. de sacrosan.Eccles. & S.disponat. in Authent.de nupt.sed voluntas Petri, qui est veluti testator, fuit,vt mille aurei traderentur Caterinæ, ergo illi tradendi sunt.

49 52 Difficultatis huius resolutio pendet ex illa quæstione, an donatio & promissio interior sit valida.de qua re sic ait Ledesma 2.4. quæst. 18. art. 1. dub.13.probabilius & securius est, quod datio facta sicut & promissio solo actu interiori tenet, & obligat dantem,& promittentem in conscientia, vt satisfaciat, quam sententiam nonnullis argumentis probat. & infra ait. Si Petrus solo actu interiori donet Paulo centum aureos, tenetur in conscientia dare illos, si Paulus postquam sciuerit, voluerit accipere, ita quod Petrus tenetur reserare Paulo donationem illam,& infra explicat S. Thomam, qui con-

contrarium videtur significare, & in fine dubij ait, obligatur donans interiori donatione, & tenetur donatario referare. Sotus lib. 3. de iustit. quæst. 5. art. 3. post secũdam conclusionem. vers. de donatione autem. & lib. 4. de iustit. quæst. 5. art. 1. ad 1. vbi ait etenim, si ego firmato consensu do, aut polliceor rem aliquam, postquam illa est vera assertio, videtur hominem ligare, & paulo post ait teneri eum, qui mente aliquid alteri promittit, aut donauit, patefacere hominibus, quæ illis pollicitus est, & manifeste concludit esse probabile in donationibus, & promissionibus posse transferri dominium per actum interiorem. Idem auctor lib. 7. quæst. 2. art. 1. in solutio. ad 1. vers. aliquando autẽ difficilius dubium est, ait esse valde probabile mẽtalem promissionem & donationem esse validam, & obligare in foro conscientiæ, quod probat quinque argumentis, licet etiam dicat contrariam opinionem esse probabilem.

Sãch. li. 1. de matrim. disp. 3. n. 4. in fine ait, esse satis probabile promissionẽ internã homini factam obligare. Arrag. 2. 2. quæst. 88. art. 3. in meo codice pag. 727. litera C. in secunda columna. vers. dico 2. ait esse opinionem probabilem promissionem internam obligare. scribit etiam esse probabile propter donationem mẽtalem hominem in conscientia astrictum manere. Angles in floribus 2. part. quæst. 1. de voto art. 2. difficul. 4. opinio, inquit, probabilis est, quæ tenet sic promittentem (nempe per solum actum interiorem) obligari ad manifestandã suam mentem illi, cui facta est promissio, vt eam, si placuerit, acceptet. Molina tom. 2. de iustit. disp. 266. paulo ante solutionem argumentorũ sentẽtiam eorũ, qui putant promissiones, & donationes mere internas obligare in foro conscientiæ stando in solo iure naturæ, videri sibi valde esse verisimilem ob difficultatem argumentorum, quæ proposuit. Mendoza lib. 1. de pactis. cap. 4. num. 8. & nu. vlt. ait posse eum, cui facta est hæc promissio mentalis, si ex confessione promittentis hoc illi constaret, & rem promissã habere non posset, occulta compensatione sibi satisfacere, sic etiam sentit Palacius lib. 5. de

contractibus cap. 11. §. Porro vt meam. Lessius lib. 2. de iustitia. cap. 18. dub. 5. num. 29. ait esse sententiam probabilem, quod promissio & donatio interna consistendo intra limites iuris naturalis inducant veram obligationem.

50 53 Potest quis sequi opinionem probabilem, quamuis talis opinio sit in damnum alterius, vt probant Vasquez 1. 2. quæst. 62. cap. 7. nu. 38. Sayrus in claui lib. 1. cap. 6. nu. 12. sed est opinio probabilis, quod donationes internæ valeant in foro conscientiæ, ergo Caterina potest illam sequi, & hoc modo retinere illos mille aureos, minor probatur, illa opinio est probabilis, quam putãt esse probabilem graues doctores, sed donationes internas esse validas, putant esse opinionem probabilem graues doctores; ergo.

Hanc quæstionem volui fuse tractare, & meam opinionem cõfirmare plurimis rationibus, quia magna incommoda poterant oriri, si contrariam opinionem fuissem secutus.

SVMMARIVM.

1 *Testator & disponens præsumitur velle, vt sua dispositio valeat omni meliori modo. & si non sustinetur vno modo, debet sustineri alijs modis.*

2 *Actus ita præsumitur gestus, vt omnino valeat, non autem vt pereat.*

3 *De validitate actus est præsumẽdum, donec de inualiditate constiterit.*

4 *Is, qui actum fecit, præsumitur voluisse omni meliori modo illum facere.*

5 *Quando testamentum non potest valere secundum ius commune, debet præsumi esse confectum iure speciali, & priuilegiato.*

6 *Dispositio testatoris præsumitur facta in eo casu, quo de iure fieri potest, vt valeat.*

7 *Testamentum debet sustineri, vt omnino valeat.*

8 *Receditur à sermonis proprietate, ne fideicommissum à testatore relictum corruat.*

9 *In dubio sumenda est interpretatio, qua testamentum sustineatur etiam contra filios.*

10 *Voluntas testatoris in testamentis totum facit.*

11 *Voluntas testatoris interpretanda est secundum id, quod testator ipse credebat non autem secundum id, quod erat in veritate.*

12 *Testatoris affectio plurimum valet in coniecturanda eius voluntate.*

Pre-

13 *Præsumitur, quod testator velit suam familiam conseruari.*

14 *Dispositio quamuis perfecta recipit declarationem ab ipso suo cōditore.*

QVÆSTIO LXVII.

Quomodo testamenta, donationes, dispositiones, & alij similes actus sint interpretandi.

1 Dico primo. Quādo dubitatur de vltima voluntate testatoris, vel donationis, vel disponentis, semper solet sumi illa interpretatio, quod testator, vel donator voluerit suam dispositionem valere omni meliori modo, vt patet ex l. 3. ff. de testam. milit. Secundo, voluntas & dispositio testatoris ita est interpretanda, vt comprehēdat casum illum, de quo si fuisset interrogatus, respondisset, se ita testari & disponere velle. l. tale pactum. §. vlt. de pactis. glos. & doctores ibi, qui etiam notant ex casu superueniente colligi præsumptionem, & coniecturam, ita vt si disponens de illo cogitasset, ita disposuisset, tunc enim talis mens coniecturata attendi debet iuxta dictam l. tale pactum. Tertio. Iudicandum est voluntatē disponentis fuisse talem, vt eius dispositio omnino valeret, ita vt nullo casu euerti posset, quare si illa vltima voluntas nō sustinetur vno modo, debet sustineri alijs modis. ita Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsump. 2. num. 18.

Quarto. Quando vltima voluntas fuit, vt testamētum, vel donatio valeret quocūque modo, vt melius valere potest, talis voluntas magnam vim habet. ita Menoch. dicta præsūp. 2. num. 23. & præsumendū est regulariter testatorem voluisse disponere omni meliori & efficaciori modo, quo posset.

2 Quinto. Actus ita præsumitur gestus, vt omnino valeat, non autem vt pereat l. 3. ff. de testament. milit. & l. quoties. ff. de verborū obligat. Abbas in cap. sane. de verborum signi-

3 ficat. & glosa ibi. & quidem de validitate actus est præsumendum, donec de inualiditate constiterit. Glos. in l. si post diuisionem. verb. non posse. C. de iuris & facti ignorantia.

Bald.

Bald. in l. 2. in fine. C. de edicto Diui Adriani tollendo. Vãtius tract. de nullitate. in titulo quid sit nullitas. nu. 24. quare si testator leget verbis significãtibus potius proprietatem quam vsumfructum, si legatarius est incapax proprietatis, præsumitur legasse vsumfructũ Angel. in l. cum hi quibus. §. si vni. ff. de transactio. & ibi Iason num. 5. Boerius quæst. 66. num. 4. ne scilicet actus reddatur inualidus. quod etiam videtur asserere Iason in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & posthum. cum scribit dispositionem testatoris intelligi factam eo casu, quo de iure fieri potest, vt valeat l. dotis fructus cum l. sequenti. ff. de iure dotium. vbi glos. & colligitur ex l. 3. ff. de testam. milit. quare si actus nõ potest in esse produci nisi certo modo & certa forma, & reperitur simpliciter factus, præsumitur sub illa forma factus, ne pereat. Iason in dicta l. Gallus. §. quidã recte. in 30. notab. nam maior est præsumptio pro sententia confirmante, quam pro infirmante. Bald. in Authent. si quis litigantium. num. 3. C. de Episcop. audient. Hinc fit, quod si dubitetur, an sententia sit definitiua an interlocutoria, præsumitur & interpretatur esse sententia vel definitiua, vel interlocutoria, vt melius valeat. Ripa in l. 1. in fine. ff. de re iudicat. Crauetta consil. 52. n. 3. vers. simile videmus. Corn. lib. 4. consil. 262. col. 3. Hinc etiam infertur, quod si dubitetur, an donatio sit facta inter viuos, vel causa mortis, præsumitur, & interpretatur talis, vt valere, & sustineri possit. ita Decius in l. si donatione. num. 12. C. de collatio. Ripa in trac. de peste. tit. de priuileg. contract. num. 179. Corneus libro 4. cons. 259. col. 3. Socin. in l. cum senatus. de rebus dubijs num. 8. ratio horum est, quia ita sumenda est interpretatio actus, ne frustra sibi disponens prospexisse dicatur l. vlt. ff. si certum petatur. vbi Iason. Socin. iun. lib. 3. cons. 94. nu. 21. idem Iason lib. 3. cons. 84.

4 Dico secundo. Is, qui actum fecit, præsumitur voluisse omni meliori ac efficaciori modo illum facere. Bald. in cap. quia verisimile. de præs. & in cap. 1. de controuer. inter mascul. & fœm. Alexand. in l. si seruus plurium. §. si numerus. col.

col.2.in fine.de legat. 1.vbi ait in dubio hominem præsumi facere actum eo modo, quo efficacius potest. Calcan.conf.11. col.3. Crauetta conf.318. nu. 4. Hinc sequitur, quod cum varij sint modi conferendi beneficium, præsumitur à conferente esse electus ille modus, quo melius valeat sua concessio. ita Crauetta cons.284.nu. 5. vers. quinto respondeo. & cons.322. col.4. in princip.notat item Crauetta consil.318. esse præsumendum, fuisse factũ actum magis operantem,quod est certius, quando alijs coniecturis apparet de voluntate disponentis, quod nempe voluerit eligere omnem meliorẽ viã, vt eius dispositio valeret. notat etiam Sfortia Oddo tractat. compendiosæ. in 5. particula in quinto præcepto. col. 2.vers.2. casus est,quod,quando actus potest valere tam de iure communi, quam speciali, sed tamen vtilius est ipsi agenti, vt iure speciali valeat, debeat tunc præsumi agentem fuisse vsum iure speciali. & colligitur ex l.3. ff. de militar.testam. ibi. Nec credendus est.

5 Obseruat etiam Alciatus de præsumptio.regula 3.præsump. 36. num. 6. vers. quarto limitatur,quod quando testamentum non potest valere secundum ius cõmune, debeat præsumi esse confectum iure speciali & priuilegiato, vt etiam tradunt Paulus Leonius in tractat. de substitut. tit. de compend. num.288. Oddo in tractat. de compendios. in quinta parti. in quinto præmisso. vers. primus est. Gallicula in l. centurio. ff. de vulgar.& pupillar. substit. num.144. nam vt dicitur in dicta l. 3. ff. de militar. testam. Nemo præsumitur eligere viam, qua sua dispositio subuertatur. Obseruat item Alciatus in dicta regula 3. præsump. 36. num. 4. esse præsumendum actum & dispositionem magis fauorabilem,quod est conforme doctrinæ Baldi in l. precibus. C. de impub. & alijs substitut. num.26.scribentis, quando testamentum potest valere vtroque iure, sed secundum vnum ius maior extat æquitas,hoc casu præsumi, quod testari voluerit secundũ maiorem æquitatem.

6 Dico tertio. Dispositio testatoris præsumitur facta in eo casu, quo de iure fieri potest, vt valeat. ita Iason in dicta

cta l. Gallus. §. quidam recte. num. 12. ff. de liber. & posthu. & ibi Aretin. num. 6. Decius consf. 43. in fine. Bald. in l. cum antiquitas. C. de vsufruct. nu. 1. vbi ait, verba testamenti fuisse prolata in casu possibili. Item dispositio testatoris ita est interpretanda, vt valeat, & sustineatur. ita Decius consilio 105. in fine. Crauetta consil. 143. num. 3. & patet ex l. si pars. in princip. ff. de inoffic. testament.

7 Quare si testator decreuit testari iure communi, secundum quod testamentum non valet, cum tamen secundum ius speciale valeat, sumenda est interpretatio, testatorem voluisse testari iure speciali, vt testamentum sustineatur dicta l. 3. ff. de milit. testam. & affirmant Oddo in tract. de compendi. substitut. in quinta particula in quarto præmisso, vers. ampliatur etiam. Paulus Leonius trac. de substitutionibus in tit. de compendiosa. nu. 229. Alciat. de præsumptio. regul. 3. præsump. 36. num. 6.

8 Notant Bartol. in l. cogi. in princ. in 1. & 2. notabili ff. ad Trebellian. & ibi Alexand. num. 2. recedi à sermonis proprietate, ne fideicommissum à testatore relictum corruat. Idem Bartolus in l. quintus. la 2. §. 1. num. 3. & in l. pediculis. §. item cum numero 1. ff. de auro & argent. legat. ait præsumi testa-

9 torem sensisse illud, quod verbis nõ continetur, vt valeat testamentum. notat Paris. in additio. ad Bartol. in l. si pars. ff. de inoffic. testam. in dubio sumendam esse interpretationẽ, quia testamentum sustineatur etiam contra filios. vt etiam in hoc casu sentiunt Gratus libro 2. cons. 30. num. 26. Fulgosius cons. 90. col. 2. vers. in dubio autem.

10 Dico quarto. Voluntas testatoris in testamentis totũ facit, vt patet ex l. in cõditionibus. ff. de condition. & demonstrat. & asserunt Barbat. in cap. Raynutius. de testam. num. 9. Emanuel Costa in l. Gallus. §. & quid tantum. in 5. p. num. 4. ff. de liber. & posthum. Socinus senior in l. 1. ff. de vulg. & pupillar. substitut. nu. 4.

11 & voluntas testatoris interpretanda est secundum id, quod testator ipse credebat, & opinabatur, nõ autem secundũ id, quod erat in veritate. l. quo loco. §. 1. ff. de hæred. instit. & ibi

12 Imola. Præterea testatoris affe-

ffectio plurimum potest in cõiecturanda eius voluntate l. si seruus plurium. §.vlt. de legat. 1. & l.Aurelius. §.Titius. ff.de liber.legat.Glos.in l.ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebellia. Angel. conf. 28.num. 2. Anchar. conf.237.num.2.quare affectio efficit, vt dispositio latius extendatur, & interpretetur, vt asserit Crauetta conf.
13 333. num.6. hanc ob causam præsumitur testatorem velle familiam suam conseruari.ita Pancirola lib. 1. conf. 95.num. 40. Castro lib. 2. conf. 15.Hieron. Gabriel lib 1.conf. 113.n.
14 20.& 32.hic duo notanda sunt primũ est, dispositionem quãuis perfectam recipere declarationem ab ipso suo conditore. l.hæredes palam. §.sed etsi. ff.de testam.secundum est.Principem, qui potest concedere ex iure communi & speciali, præsumi concessisse de iure cõmuni quia ius commune est iure ipso speciali potentius & firmius. l.eius militis. ff.de milit. testament.

SVMMARIVM.

1 *Ad hoc, vt promissio, vel donatio vel testamentum &c. dicantur facta ad piam causam, requiritur, vt fiant intuitu Dei.*

2 *Si quis promittat, vel donet aliquid pauperi causa affectionis, vel consanguinitatis, & non intuitu pietatis, non dicetur dare ad piam causam.*

3 *Legatum pro anima relictum non est pium, nisi pauperi fuerit relictum.*

4 *Quod legatur diuiti, nõ est ad pias causas.*

5 *Legatum pauperi relictum censetur ordinarie esse relictum intuitu pietatis.*

6 *Legatum factum cõsanguineo pauperi an sit legatum pium.*

7 *Eleemosyna magis est facienda cõsanguineis pauperibus quam alijs personis.*

8 *In dubio præsumptio iuris non adaptatur ad impugnandum id, quod agitur, sed potius ad confirmandum.*

9 *Legatum, si fiat pro anima, dicitur esse factum ad piam causam.*

10 *Legatum, si non respicit salutem animæ, non dicitur proprie pia causa.*

11 *Si quis relinquat aliquid diuiti, qui non habet ea, quæ illi necessaria sunt ad viuendum iuxta dignitatis suæ statum, vel non habet illa bona, quibus posset filias in matrimonio collocare, tale legatum est pium.*

12 *Dicuntur donata & legata pia legatum factum Ecclesiæ, fratribus prædicatoribus, vel minoribus, pro maritanda, seu monachanda paupercula, pro maritandis pauperibus puellis.*

QVÆ-

QVÆSTIO LXVIII.

Promissiones, donationes, testamenta, vel legata ad pias causas quæ dicantur.

1 DIco primo. Ad hoc vt promissio, vel donatio, vel testamentũ, vel legatũ, &c. sint, & dicantur facta ad piam causam, requiritur, vt fiant intuitu Dei. ita Abbas in procemio decretal. Gregor. parte, quæ incipit. Gregorius diuiditur. num.25. & 26. & ibi Felinus parte, quæ incipit. Gregorius Episcopus. num.25. Tiraquel. in tractat. de priuileg. piæ causæ. in præfatio. num.3. Sanchez lib.1. de matrimo. disp.4.
2 num.9. hinc sequitur, quod si quis promittat, vel donet aliquid pauperi causa affectionis, vel consanguinitatis, & non intuitu pietatis, non dicetur dare ad causam piam. & tradũt Tuschus tom.6. verb. pia causa. concl 332. num.62. Sanchez loc. cit. Baldus in l. illud. C. de sacrosanc. Eccles. num. 1. vbi ait, duo requiri ad hoc, vt causa sit pia. Primum quidem, vt interueniat pietas personæ. Secundum, vt fiat causa pietatis. quapropter asserit nõ esse causam piam, si leges aliquid diuiti, quamuis dicas, te legare causa Dei, quia pietas deficit
3 in persona, cui res legatur & quidem legatum pro anima relictum nõ esse pium, nisi pauperi fuerit relictũ docent Bartol. in repetit. l. 1. de sacrosanc. Eccles. num 33. Barbat. in cap. relatum. il 1. num.14. de testament. Mantica de cõiectur. vlt. volunt. lib.6. tit.3 num.27. nam
4 quod legatur diuiti, non est ad pias causas, vt patet ex dicta l. illud, & asserunt Tuscus loc. cit. num.40. Mantica num.27. Ancharan. cons.25. nu. 5. vers. Præterea aduertendum. Lapus allegatio.91. nu.4. in fine. nam pietas non stat in nomine pietatis, sed in substãtia veritatis. l. 1. C. de Mendicant. lib. 11. hanc etiam ob causam testamentum, vel legatum factum in fauorem priuati, qui non est pauper, non dicitur ad piam causam, licet in testamento, vel in legato diceretur, quod amore Dei testator id faceret, ta-

talia enim verba nihil operantur contra veritatem. ita Bald. conſ. 230. lib. 5. Nec item eſt legatum pium, ſi leges aliquid pauperi non tamen intuitu pietatis, vt dictum eſt. ordinarie
5 tamen, vt bene notat Baldus in dicta l. illud, C. de ſacroſanc. Eccleſijs. num. 1. verſ. concludo ergo. ex qualitate perſonæ, cui legatum eſt relictum, colligitur, an fuerit relictum intuitu pietatis & amore Dei an ſecus. ita etiam Albericus in l. nulli. de Epiſcop. nu. 24. Mantica de coniec. vlt. volunt. lib. 6. tit. 3. n. 22. quare ſi legatum pauperi fuerit relictum, cenſendũ eſt fuiſſe relictũ intuitu pietatis, quamuis teſtator non expreſſerit, quo titulo reliquerit. l. id quod pauperibus. & l. ſi quis ad declinandam. de Epiſcop. & Cleric. & aſſerunt Bald. dicto nu. 1. Mantic. de coniect. vltim. volun. lib. 6. tit. 3. nu. 22.
6 DICO ſecundo. Si promittas, vel leges aliquid conſanguineo tuo pauperi, non cenſeri legatum pium: putant Sanchez lib. 1. de matrim. diſp. 4. num. 9. Menochius de præſumptio. lib 4. præſumptio. 115. nu. 6. vſque ad numerum 10. Bald. in Authent. ſimiliter. num. 5. ad leg. Falcid. & ibidem Romanus num. 3. Decius conſ. 120. num. 4. Alciatus lib. 9. conſ. 213. nu. 13. Cephalus conſ. 216. nu. 23. nam præſumitur fuiſſe factum legatum ex affectione ſanguinis, quamuis eſſe legatũ pium exiſtiment Alexand. vol. 7. cõſ. 158. ad finem. Paulus Caſtrẽſ. in l. 1. C. de ſacroſanc. Eccleſ. in fine. Gutier. conſ. 26. nu. 8. Mantica lib. 6. tit. 3. num. 18. vbi ait relictum conſanguineo pauperi coram duobus teſtibus magis intelligi eſſe relictum intuitu pietatis quam conſanguinitatis, & ob hanc cauſam ſuſtineri, vt propter deficientem legitimam ſolemnitatem non pereat, & num. 22. ait relictum conſanguineo pauperi abſolute eſſe legatum pium, & magis præſumi tale legatum eſſe relictum ex miſericordia, quia nempe cõſanguineus eſt in neceſſitate quam ex affectione, ſic etiam Baldus loc. cit. per l. liber captus. C. de capt. & poſtlim. reuerſ. Iaſon. conſ. 183. col. 2. in princ. verſ. 6. vol. 2. Boerius deciſ. 94. nu. 2. & in hanc ſententiam videtur magis inclinare Tiraquel. in trac. de priuileg. piæ cauſæ in præfatione folio 9. ſic etiam videtur ſentire Andreas

dreas Barbatia in cap. relatum il 1.num.14.de testament. cum ait, eo ipso quod quis legat pauperi, videtur legare pro anima. fauent etiam huic opinioni doctores, qui asserunt ex persona legatarij magis quam ex verbis testatoris iudicandũ esse, an sit legatum pium vel secus. & hæc sententia mihi magis probatur, quare in dubio præsumendum est, testatorem id fecisse, vt animæ suæ consulat, cum anima cunctis rebus ac personis sit anteponenda. l. sancimus.in fine.de sacrof. Eccles. cap.cum infirmitas.de pœnitent.& remissio. & præcipue id est præsumendum in vltima voluntate, cum quis cogitat de salute animæ. deinde ratio consanguinitatis non impedit, quin possit præsumi tale legatum esse relictum ex misericor-
7 dia, præsertim cũ eleemosyna magis sit facienda consanguineis pauperibus, quam alijs personis cap.non satis.86. dist. & docent Glos.in cap.1.de cohabitat. Cleric.& mulier.& ibi Abbas num.4. Curtius iun. in tract. feud. in 2. part.quæst. 7. primæ quæstio. princ. num. 4. Afflictus decis. 290. num. 10. idem Abbas in cap. dilecto. de præbend.num.2.& quod in dubio magis præsumi debeat legatum esse factum intuitu pietatis quam consanguinitatis, est certius, quando in legato nõ fuit adhibita solemnitas iure communi requisita, nõ enim credendum est quempiam elegisse viam, per quam suum iudiciũ impugnetur l. 3. ff.de milit. testam. & in dubio capienda est illa præsumptio, per quã dispositio valeat. l. quoties.de
8 rebus dub. nam in dubio præsumptio iuris nõ adaptatur ad impugnandum id, quod agitur, sed potius ad confirmandum. l. si quis in filio. in princ. de legat. 1. l. Diuus. in princ. ff. de vsu & habit. & docent Aretin. in l. quod in rerum natura. §. 1. de legat. 1. Iason cons. 183. col. 2. vers. accedit. volum. 2. & quãuis Gutier. & Sanch. vt dictum est, sint contrariæ opinionis, addunt tamen esse legatum pium, si relictum fuerit pauperi consanguineo, quando in legato fit mentio paupertatis.

9 Dico tertio. Legatum si fiat pro anima, dicitur esse factum ad piam causam. ita Glos. in l. si quis Titio. de legat. 2. Alexand. lib. 2. cons. 209. Federicus de Senis cons. 294. in fine.

fine. Calderin.conſ.20.de conſtitut.num.1. in fine.Paulus de Caſtro conſ.167.num.2. lib.2.

10 Et legatum ſi non reſpiciat ſalutem animæ, non dicitur proprie cauſa pia. vt colligitur ex §.ſi vnum. in fine. in Authent. vt cum. de appellat. cogn. illis verbis. & piorum quoque animæ ex hac cauſa pijſſima ſubleuentur. & notant Gloſ.in l. illud. de ſacroſ. Eccleſ. & Bald. in repetit.l.1.in 2.q. verſ.ſolutio. ſic diſtingue. de legat. 2.

11 Item ſi quis relinquat aliquid diuiti, qui non habet ea, quæ illi neceſſaria ſunt ad viuendũ iuxta dignitatis ſuæ ſtatum,vel nõ habet illa bona,quibus poſſet filias in matrimonio collocare,tale legatum dicetur eſſe relictũ ad pias cauſas. ita Bal. in l.ſi quis ad declinandam.nu. 5.verſ.circa tertium. de Epiſc. & cleric. Alexand.lib.4. conſil. 126. num.7. Tiraquel. in præfatione de pia cauſa . folio 9. verſ. intellige ſecundo. & trac. de nobilit.cap.20.nu.148.Barbatia lib.1.conſ.86, Bartol.Cepol.in trac.de imperat.militum eligendo priuileg. 21. Tuſcus tom.6. verb.pia cauſa.concluſ. 332.num.63.Iaſ.in l.ſi conſtãte. ff. ſoluto matrim.num.151. Bellon.conſ.16.n.6.& ſeqq.

12 Dico quarto. Dicuntur legata & donata pia, legatum factum Eccleſiæ. Roman.conſ. 235.num. 5. & ibi Apoſtilla in verbo cauſas. legatum relictũ fratribus Prædicatoribus, vel Minoribus.Federicus de Senis conſ. 217. legatum pro maritanda ſeu monachãda paupercula. Bald. in l. illud. C. de ſacroſanct.Eccle.num.2. Alexan. conſ.190.nu.7.& 8.lib.6.quod eſt verum, quamuis talis fœmina eſſet cõſanguinea ipſius teſtatoris legantis, non enim ob conſanguinitatem tale legatũ deſinit eſſe pium.Bald. loc.cit. Alexand.conſ.158.num.9. legatum factum pro maritandis pauperibus puellis. Rota Florentina 1547. die 14.Octobris. legatum relictum pro dote mulieri pauperi. Roman. conſ.69. col.1.Socin.conſ.82.nu.35.lib. 4. & patet ex Authent.ſimiliter. C.ad legem Falcid. vt etiã ſentiunt Calcan.conſ.13. Ananias conſ. 57. ſic etiam legatũ relictum pupillis.Caſtrus lib.1. conſ.100.nu.3.& Apoſtilla ibi. & conſtat ex l.vnica. C.quãdo Imper.inter pupill.& vid.legatum factũ conuentui clericorũ dicitur eſſe factum ad cauſam piam.

piam. Corneus conſ.18. col.4. n.10. legatum alimentorũ dicitur etiam pium, quando eſt factum pauperi. Tiraquel. trac. de priuil. piæ cauſæ in præfat. pag. 9. Crauetta conſ.199. nu.10. & patet ex l. nulla. ff. de alimen. & cibar. legat. nam, vt dictum eſt, cauſa dicitur pia, quando relinquitur, vel donatur pauperi, aut contẽplatione paupertatis. & docet Alex. conſ.125. lib.4. & conſ.158. nu.9. lib.7. in fine, vbi dicit ſtari arbitrio Iudicis, quis dicatur, vel non dicatur pauper.

SVMMARIVM.

1 *In dubio pro pia cauſa iudicandum eſt.*

2 *Priuilegium datum in fauorem liberorum extenditur ad piam cauſam.*

3 *Quamuis donatio ad hoc, vt ſit valida, debeat fieri præſẽti, attamen hoc fallit in pia cauſa.*

4 *Quamuis donatio requirat inſinuationem, ſi excedit quingentos ſolidos, eam tamen nõ requirit, quando fit in fauorem piæ cauſæ.*

5 *Diſpoſitio generalis non comprehendit piam cauſam.*

6 *Quilibet etiam ſine mãdato poteſt agere pro pia cauſa.*

7 *Valet argumentum factum à libertate ad piam cauſam.*

8 *Legatum factum in piam cauſam abſolute eſt præſtandum, nec ex illo detrahitur Falcidia.*

9 *Quando ſumus in diuerſis opinionibus, illa præualet, quæ fauet piæ cauſæ.*

10 *Sola ſcriptura defuncti non ſufficit in foro exteriori, ſi non fuerit ſubſcripta à tribus teſtibus, ſed hoc fallit in fauorem piæ cauſæ.*

11 *Quando conſtat teſtamentũ manu teſtatoris fuiſſe ſcriptum, ad eius valorem in fauorem piæ cauſæ nõ requiruntur duo teſtes.*

QVÆSTIO LXIX.

Quibus priuilegiis potiatur cauſa pia.

1 DIco primo. Pia cauſa habet magna priuilegia. & quidem in dubio pro pia cauſa iudicandum eſt. vt notãt Roman. in l. ſeniũ. n.2. qui teſtam. facer. poſſ. & Authen. ſimiliter. n.38. & 39. ad l. Falcid. Corn. conſ.260 nu.18. vol.1. Calcan. conſ.107. n.6. & ſeqq. Ang. Aretin. conſ.41. n.23. & ſeqq. Alex. lib.2. conſ.121. in fine. & lib.6. conſ.71. n.4. Signorol. conſ.206 in fin. Anchar. conſ.46. n.2. Tuſcus verb. pia cauſa. cõcl.333. n.78. & patet ex l. ſũt perſonæ. in fine. de religioſ. & ſumpti. funer. & c. vlt. de re iud. ſumma enim

enim est ratio, quæ religioni fauet. l. sunt personæ. in fin. de relig. & sump. funer. Priuilegium
2 datũ in fauorẽ liberorũ extenditur ad fauorẽ piæ causæ, quæ nõ intelligitur esse minus fauorabilis. Bart. in l. 1. de sacros. Eccles. n. 74. Socin. sen. vol. 2. cõs.
3 229. n. 11. Itẽ quãuis donatio ad hoc, vt sit valida, necessario requirat, vt fiat præsenti, attamen hoc fallit, si fiat pauperib. & piæ causæ. ita Bal. lib. 5. cõs. 86. Tiraq. de priuil. piæ causæ. priuil. 115. Tusc. tom. 2. verb. donatio. cõcl. 686. n. 1. & cõcl.
4 637. n. 20. Itẽ quamuis donatio requirat insinuationẽ, si excedat quingentos solidos, eã tamen nõ requirit, quando fit in fauorẽ piæ causæ. ita Calderin.
5 cõs. 322. Calca. cõs. 13. vbi etiã dicit dispositionem generalem nõ præiudicare, neq; cõprehendere piã causam, vt etiã in hoc consentiũt Crauet. cõs. 3. n. 10. Socin. lib. 4. cons. 121. n. 29. Notant Abb. in c. relatum. de testam. & Calder. cons. 23. statutũ laicorum inducens nouam probationem, vel solemnitatẽ circa legata pia & disposita ad pias causas nõ valere. Ananias etiã cons. 57. nõ longe à princ. scribit, statutũ, quod vltima voluntas nõ possit probari nisi per instrumentũ, non habere locũ in legatis ad piã causã. & Bal. in l. generali. ad fin. C. de sacrosan. eccles. putat, statutũ prohibens nõ posse aliquid testari, vel alienari sine certa solẽnitate, nõ habere locũ contra piã causam. immo Abb. lib. 2. cons. 32. n. 1. & seq. putat omnẽ solẽnitatem, omnesq. regulas iuris ciuilis cessare in testamẽtis, & dispositionibus ad pias causas, & solum ius gentiũ seruari, immo solã volũtatem attendi. sic
6 etiam Bal. cons. 118. Tot priuilegijs pia causa ornatur, vt quilibet etiã sine mandato pro illa agere possit. ita Felin. in c. final. de accus. Rom. in Authent. similiter. C. ad l. Falcid. Specul. tit. de instr. editio. §. nũc aliquã. vers. sed non. Idem Rom. cons. 428. n. 11. & cons. 69. n. 3. ait, quẽlibet de populo posse agere, vt legata pia executioni mãdentur, & vt causæ piæ conse-
7 quantur, quod illis debetur. idẽ auctor d. cons. 428. n. 2. & cons. 235. n. 5. scribit cum Alex. li. 6. cons. 190. & Fulgos. cons. 22. n. 2. valere argumentũ factũ à libertate ad piã causam. vt etiã asserũt Bart. in l. proxime. in fine. de ijs, quæ in testam. delẽd.

Oo 2 Bald.

Bald.in l.vnic:circa fin.verf.ad hanc pietatis. de comm. feru. manu. Socin. fenior conf.116. num.24. & in l.1. num.5.ff. folut. matrimon.& in l.mutianæ. num.2. de condit. & demonft. Idem Alexand.dicto conf.190. num. 26. quem fequitur Tufc. in verb. pia caufa. concl.334. arbitratur maiorem fauorē deberi piæ caufæ quam militibus.

8 Dico fecundo. Legatum factum in fauorem animæ, feu in caufam piam nō recipit interpretationem, quæ illud minuat; fed abfolute eft præftandum. ita Calderin.conf. 342. & ex donationibus & difpofitionibus, & legatis factis ad piam caufam non detrahitur neque Trebellianica, neque Falcidica. Bart.lib.1.conf.6. in fine. Abb. conf.32. num.4. Teftaméta, legata, donationes, & alia relicta in fauorem piæ caufæ funt fuftinenda, cum tutior via fit pro pia caufa inclinare. Bald.lib. 1.conf.216. in fine.

9 Quando fumus in diuerfis opinionibus, illa prævalet, quæ fauet piæ caufæ. Rom.in Authent. fimiliter. C.ad l. Falcid. Afinius in l. funt perfonæ.ff.de religiof. & fumpt. fun. in fine. Alexand.lib.6.conf.204.n.12.

10 Notāt Alex.vol.3. cōf.76. n.2. 3.& 13. Aretin.conf.74.col. penul.verf. veruntamen his nō obftantibus.Socin.iun.vol.2.conf. 189.n.64.& 74.& 87.folā fcripturā defuncti nō fufficere in foro exteriori, fi nō fuerit fubfcripta à teftibus, quāuis fuerit fcripta manu teftatoris, & colligitur ex c.cū effet.& c.relatū.il 1. de tefta.vbi dicitur teftamentū debere fieri corā duobus vel tribus teftibus, verū hęc sētētia fallit in fcriptura facta in fauorē piæ caufæ, talis enim fcriptura valebit etiā nullis adhibitis teftibus. ita Menoc.cōf.167.n. 20.& cōf.224.n.59.& feqq. nā cū fcriptura, feu teftamentū ad pias caufas fiat pro falute animæ, & iuftitia naturali, debet fauorabiliter fuftineri, neque de apicibus iuris eft in eius validitatē difputandū. c. vlt. de re iudic.& afferit Bal.li.1.cōf.201.

11 in fin. & quidē quādo conftat teftamētū manu teftatoris fuiffe fcriptū, ad eius valorē in fauorē piæ caufæ nec etiā in foro exteriori requiri duos teftes tradunt etiam Tiraq.de priuil. piæ caufæ priuil.4 Corn. lib.3. cōf.307.n.8.Imol.in l.fi is. n.6. ff.de teftam. Menoch. d. conf. 224. num.66.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Testamentum seu legatum factum pauperi est validum, si illi subscribant duo testes, quia est ad piam causam.*

2 *Testamentum conditum cum septem testibus reuocatur per testamentum ad pias causas cum duobus tantum testibus.*

3 *Testamentū ad pias causas manu testatoris scriptum sine testibus valet.*

4 *Relicta pauperibus numerantur inter legata pia.*

QVAESTIO LXX.

An fuerit validum testamentum, seu legatum, factum pauperi, cum in eo non fuerint subscripti nisi tres testes.

1 Respondeo fuisse validum, quia est legatum ad piam causam, quod sustinetur, si tali scripturæ seu legato subscribant duo testes, vt patet ex cap. relatum. §. 1. de testament. & notant ibi Abbas, Anania, Ioan. Andreas, Hostiens. & alij. Federic. cons. 217. nu. 2. Ancharan. cons. 332. num. 3. Alexand. vol. 7. cons. 4. nu. 6. vbi ait esse communem sententiam, & cons. 131. num. 2. eod. vol. Corn. vol. 1. cons. 261. num. 2. Boerius decis. 93. asserens doctores in hoc communiter cōuenire. Couar. in dic. cap. relatum. nu. 1. vers. hæc vero decretalis. Tiraquel. de pia causa, priuileg. 1. Clarus in §. testamentum quæst. 6. num. 1. Ludouicus Molina tom. 1. de iustit. disp. 134. & recentiores omnes asserentes talem esse praxim vtriusque fori nempe canonici & ciuilis, vt inter alios aduertunt Mantica lib. 6. de cōiectu. vltim. volunt. tit. 3. num. 4. Lessius lib. 2. de iustit. cap. 19. dub. 2. num. 4. Molina, Clarus, Couar. loc. cit. cum igitur hoc testamentū seu legatum sit piū, & in eo fuerint subscripti tres legitimi & idonei testes, tale legatum erit omnino iudicandū validum.

2 2. Testamentū conditū cum solemnitate iuris cōmunis videlicet septem testium reuocatur per testamentum ad pias causas cum duobus tantum testibus cōditum. ita Paulus Castren. lib. 1. cons. 327. Tiraquel.

de pia causa priuilegio 53. Alexand. lib. 7. conf. 131. ergo multo magis erit validum hoc testamentum, de quo agimus, cui subscripserunt tres testes.

3 3. Testamentũ ad pias causas manu testatoris scriptum sine testibus valet, si tamen constet esse scriptum manu testatoris. Imola in l. si is qui. ff. de testament. vbi dicit esse communem opinionem. Corneus conf. 307. nu. 8. Alexand. vol. 7. conf. 4. Menoch. cõs. 167. num. 20. & conf. 224. num. 59. Mantica lib. 6. de coniectu. vltim. volunt. tit. 3. nu. 13. Couar. in cap. relatum. il 1. de testamentis. nu. 12. Tiraquel. priuil. 4. cum igitur hoc testamentum sit ad piam causam, & manu testatoris cõstet esse scriptum, & in eo fuerint subscripti tres testes, non est dubitandum de illius validitate.

4 Quod vero huiusmodi testamentum seu relictum sit pium, est etiam certum, nam relicta pauperibus numerantur inter legata pia, vt patet ex l. id quod pauperibus, & l. si quis ad declinandum. de Episcop. & Cleric. & asserũt Glos. in l. ex duobus. §. vlt. de negoc. gest. Angelus in l. cum ij. §. si in annos. num. 1. ff. de transactio. Albericus in l. nulli. num. 24. de Episcop. & Cleric. Barbat. in dic. cap. relatum. num. 14. vbi ait, eo ipso, quod quis legat pauperi, videtur legare pro anima. Tiraquel. in præfat. de pia causa folio 5. vers. item relicta pauperibus asserens in hoc omnes cõuenire. Ludouic. Mol. tom. 1. de iustit. disp. 134. in princ. Lessius lib. 2. de iustit. cap. 19. dub. 2. num. 4. Mantica dicto lib. 6. tit. 3. num. 22. Nauar. de reddit. Ecclesiast. quæst. 1. monito 26. num. 4. qui asserit, hoc esse verum, quamuis testator non dicat se id facere amore Dei vel misericordia pauperis.

SVMMARIVM.

1 *Suspensio non incurritur absque peccato mortali.*
2 *Ignorantia si non fuerit crassa, & supina, excusat ab omnibus pœnis spiritualibus.*
3 *Propositio iuris indefinita tradens regulam æquiualet vniuersali.*
4 *Suspensio imponitur ob clauium contemptum.*
5 *Leges solum ligant laborantes negligentia lata.*
6 *Irregularitas ex delicto non incurritur absque culpa lata.*
7 *Excommunicatio, interdictum, & suspensio incurrũtur eodẽ modo.*

QVÆ-

QVÆSTIO LXXI.

An suspensio incurratur absque peccato mortali.

1 Respondeo non incurri. ita Henriq. li. 13. de excommunic. cap. 24. num. 1. Emanuel. Rodriquez in 2. editione tom. 2. sum. cap. 67. nu. 1. Emanuel Sà in Aphorismis verbo. suspensio. num. 20. vbi ait. qui certus est, se non peccasse, non incidit in suspensionem, nunquam enim imponitur ab homine sine culpa saltem veniali, nec à iure vel ab homine ob contumaciam nisi ob mortalē,
2 & probatur. Ignorantia, si non fuerit crassa, & supina, excusat ab omnibus pœnis spiritualibus, vt optime deducitur ex c. 2. de constitutio. in 6. vbi dicitur ignorantes non ligari sententijs, & sub nomine sententiarum non solum intelligitur excommunicatio, sed etiam aliæ censuræ & pœnæ spiritua-
3 les, nam propositio iuris indefinita tradens regulam æquiualet vniuersali. Glosa in cap. vt circa. verb. aliorum. de electio. in 6. & ibi Dominicus nu. 4. Franc. num. 4. Nauar. cons. 5. nu. 1. de sponsal. in 1. editio. in secunda vero cons. 2. num. 1. de clandestin. desponsatio. Dynus in proœmio de regul. iur. in 6. nu. 5. Bartol. in l. omnes populi. num. 57. ff. de iustit. & iure. Couar. lib. 1. varia. cap. 13. num. 8. & quidem illud cap. 2. de constit. in 6. intelligi non solum de excommunicatione, sed de omnibus alijs sentētijs, pœnis, & censuris asserunt Glosa ibi verbo. sententijs. Io. Andreas in fine. Dominicus num. 25. Franc. num. 8. & alij, sed qui non peccat mortaliter, non laborat ignorantia crassa, ergo excusatur à suspensione. Se-
4 cundo. Suspensio imponitur ob clauium contemptum, vt patet ex cap. reprehensibilis. de appellatio. & notant ibi Io. Andr. num. 2. Ancharan. num. 1. Abbas nu. 3. & 4. Syluest. verb. suspensio. quæst. 4. Armilla eodem verbo. num. 17. Nauar. in sum. cap. 27. num. 59. Diaz in practica in noua editione cap. 130. & alij plures, sed non dicitur contemnere claues, qui non peccat mortaliter, quamuis aliquid faciat, quod est lege

prohibitum, cum tamen ignoret talem prohibitionem, ergo non incurrit suspensionem.
5 Tertio. Silu ester communiter receptus in verbo. excommunicatio. 2. notab. 3. num. 6. & in verbo. ignorantia. quæst. 8. dicto 3. asserit constitutiones Pontificias solum ligare negligentia lata laborantes, at qui non peccat mortaliter, non laborat negligentia lata, ergo non ligatur constitutionibus Pontificijs, in quibus statuitur, vt qui aliquid fecerit, incurrat
6 pœnam suspensationis. Quarto. Irregularitas ex delicto non incurritur absque culpa lata, vt docet Henriq. lib. 14. de irregular. cap. 3. num. 1. Petrus Nauar. lib. 2. de restitutio. cap. 1. dub. 2. in secunda editione, ergo nec suspensio, cùm excō-
7 municatio, interdictum, & suspēsio incurrantur eodem modo, vt affirmant Hostiensis in cap. reprehensibilis. de appellation. & ibi Io. Andr. num. 2. Ancharan. num. 1.

SVMMARIVM.

1 *Pater in necessitate baptizans filium suum contrahit cognationē spiritualem & cum filio baptizato, & cum eius matre, immo omnes, qui sic baptizant, illam contrahunt.*

2 *Pater non priuatur iure petendi debitum à sua coniuge, quando in necessitate puerum suum baptizat.*

3 *Quando adsunt aliæ personæ, quæ possunt baptizare filium, tunc pater illum baptizans priuatur iure petendi debitum.*

4 *Pater non priuatur iure petendi debitum, baptizando filium, quādo nulla alia persona ibi adest, quæ possit filium in necessitate baptizare.*

5 *Aliqui sentiūt patrem baptizando filium etiam extra necessitatem non priuari iure petendi debitū à sua vxore.*

6 *Est communis sententia patrem baptizando filium extra necessitatem priuari iure petendi debitum.*

7 *Absque culpa nullus priuandus est iure suo.*

8 *Coniux, qui ignorat incurri pœnā priuationis debiti quoad petitionem baptizando filium, excusatur à tali pœna.*

9 *Quando aliquid est prohibitum iure humano, qui inuincibiliter ignorat tale ius, excusatur à culpa, & à pœna.*

10 *Sine culpa nemo puniendus est.*

11 *Ignorantia iuris humani, quando factum non est contra ius naturale & diuinum, excusat ab omni pœna.*

12 *Ignorantia pœnæ excusat à pœna.*

13 *Casus si non sit publicus, nec notorius, nec famosus, dicitur occul-*

cultus, licet ab aliquibus sciatur.

14 *Delictum dicitur occultum, quamuis fiat coram multis, si illi ignorant prohibitionem iuris, vel ob id nasci aliquod impedimentũ.*

15 *Episcopus potest dispensare in irregularitate contracta à sacerdote, qui in excommunicatione celebrauit, si excommunicatio sit occulta.*

16 *Facultas dispensandi tanquam fauorabilis est late interpretanda.*

17 *Dispensationes sunt late interpretandæ, quando in nullius vergunt præiudicium.*

18 *Beneficium Principis est late interpretandum.*

QVÆSTIO LXXII.

Titius baptizauit domi filium suum in necessitate, cũ tamen adessent tres vel quatuor fœminæ, an in tali casu contraxerit affinitatem spiritualem cum vxore sua, cum ipse Titius bona fide existimauerit, se posse in eo casu baptizare, cum tamen ex illis mulieribus vna reperiretur, quæ baptismi formam callebat, & an tuta conscientia possit ab vxore petere debitum, & an hic casus sit occultus, ita vt qui habet facultatem dispẽsandi in casu petitionis debiti occulti, possit cum dicto Titio dispensare ad petẽdum debitum.

1 DIco primo. Pater in necessitate baptizans filium suum contrahit cognationem spiritualem, & cum filio baptizato, & cum eius matre: est communis opinio doctorũ asserentium absolute & vniuersaliter omnes illos, qui in necessitate baptizant infantem, contrahere hanc cognationem spiritualem, nec aliquem excludunt. ita Supplementum Gabrielis in 4. dist. 42. quæst. 1. artic. 2. conclus. 4. col. penult. vers. profecto rationes. Palacius in 4. dist. 42. disp. vnica. vers. dubitas forsan. Abbas in cap. final. num. vlt. de cognatio. spiritual. & ibi Henric. in fine. Sylu. matrimonium. 8. q. 7. dicto 7. & patet ex cap. 1. & vlt. de cognatione spirituali, vbi absolute, & vniuersaliter legimus cognationem spiritualẽ contrahi per sacramentum ba-
2 ptismi, & confirmationis non-

ta-

tamen priuatur parens iure petendi debitum à sua coniuge, quando in necessitate puerũ suum baptizat, quando alius non reperitur, qui possit illum baptizare, vt constat ex cap. ad limina. 30. q. 1. nam, vt ibi dicitur, non est rationi congruum, vt pater in hoc casu priuetur iure petendi debitum baptizans filium ad hoc, vt nõ pereat in æternum, nec damnũ debet sentire, vbi culpa nulla intercedit. & pœna priuationis debiti quoad petitionem supponit culpam, quæ nulla est in hoc casu.

3 Dico secundo. Quando adsunt aliæ personæ, quæ possint filium baptizare, tunc pater illum baptizans priuatur iure petendi debitum, nisi ex aliqua circunstantia excusetur. probatur. In dicto cap. ad limina. 30. q. 1. ideo pater non priuatur iure petẽdi debitum, quia filius est in necessitate decedendi sine baptismo, ergo quoties aderit aliqua alia persona, quæ possit baptizare, puer non erit in necessitate, vt aderat in casu, de quo loquimur, erat enim vna ex illis fœminis, quæ sciebat formam baptismi, ergo pater baptizans incidit in pœnam priuationis iuris petendi debitum. Secũdo. Ideo pater baptizans filium in necessitate non incurrit hanc pœnam, quia non est alius, qui possit baptizare, ergo quoties aderit alius, si baptizet, incurret hanc pœnam.

4 & huius sententiæ sunt aperte Bonauentura in 4. dist. 42. articulo 1. quæst. 2. num. 8. Supplement. eadem dist. quæst. 1. art. 2. concl. 4. Alensis 2. part. quæst. 170. membro 3. §. 3. Io. Andr. in cap. si vir. de cognatione spirituali. num. 4. & ibi Henric. num. 3. Angles in floribus 1. par. de matrimonio. q. 15. de cognatione spirituali artic. 1. conclus. 2. asserentes tũc patrem non priuari iure petendi debitum bãptizando filium, quando nulla alia persona ibi adsit, quæ possit filium baptizare, & ideo illum baptizat, ne sine baptismo decedat, sed in nostro casu aderãt aliæ personæ, quamuis essent fœminæ, quæ poterant baptizare, ergo pater non excusatur ab hac pœna.

5 Dico tertio. Titius ex aliquo capite potest excusari ab hac pœna, quia scilicet bona fide putauit sibi licere baptiza-

zare filium. & probatur primo, quia non est improbabilis opinio aliquorum grauium doctorum asserentium patrem baptizantem filium etiam extra necessitatem non priuari iure petendi debitum à sua vxore. & huius sententiæ sunt Glosa in cap. si vir. verb. debitum de cognatio. spirituali. & ibi Ancharan. in fine. Præpositus item in fine. Durand. in 4. dist. 42. quæst. 1. art. 3. num. 11. & vere nullo iure hæc pœna expresse probatur, vt etiam aduertit Suarez 3. part. q. 67. art. 8. immo huic sententiæ valde fauet textus in dicto cap. si vir. illis verbis. siue ex ignorantia, siue ex malitia fecerint, nō sunt ab inuicem separandi, nec alter alteri debet subtrahere debitum, quare cum hæc opinio sit talium doctorum, poterit Titius illi adhærere. verum

6 ne recedamus à communissima sententia auctorum sentiētium patrem baptizando filiū extra necessitatem priuari iure petendi debitum, vt docent vltra doctores supra citatos. Hostiensis in dicto cap. si vir, de cognatione spirituali. num. 3. & ibi Abbas num. 5. D. Tho. in 4. dist. 42. quæst. 1. artic. 1. in corpore. Nauarr. in summ. cap. 16. num. 34. & cap. 22. n. 4. Angelus matrimonium 3. impedimento 7. in princip. Tabiena verb. impedimentum impedimento 5. num. 1. Anton. 3. part. tit. 1. cap. 15. §. 3. Palacius in 4. dist. 7. disp. 3. Henriq. lib. 11. de matrimon. cap. 15. num. 11. probatur alijs rationibus, & sit secunda ratio.

Ideo in dicto cap. ad limina, 30. quæst. 1. pater baptizans filium in necessitate non priuatur iure petendi debitum, quia, vt in eo textu dicitur, pater tunc excusatur à culpa, ergo cum Titius in hoc casu à culpa excusetur, cum bona fide putauerit sibi licere suũ baptizare filium, cum fœminæ præsentes ei etiam dicerent, posse parētem baptizare suum filium, quando homines non adsunt, sed solum fœminæ, ex-

7 cusabitur ab hac poena: nec enim, vt dicitur in cap. discretionem. de eo, qui cognouit cō sanguineam, absque culpa vllus priuandus est iure suo.

8 Tertio probatur. Coniux, qui ignorat incurri poenam priuationis debiti quoad petitionem baptizando filium, excusatur ab hac poena, at Titius,

vt

vt ſupponitur in dubio propoſito, ignorabat, ſe incurrere dictam poenam baptizando filium, ergo non eſt priuandus iure petendi debitum. maior eſt Roſellæ verb. impedimentum. impedimento 6. num. 6. Nauarri in ſum. cap. 16. num. 34. Philiarchi de offic. ſacerd. tom. 1. par. 2. lib. 2. c. 11. Graffij 1. part. deciſio. lib. 2. cap. 83. Paludan. in 4. diſt. 42. q. 1. concluſ. 7. Suarez tertia par. quæſt. 67. ar. 8. verſ. maius vero, qui aſſerunt non priuari iure petendi debitum eum, qui baptizat aliquem ignorans eſſe ſibi iure poſitiuo prohibitũ ſub poena illum baptizare, & præterea probatur illa maior propoſitio.

9 Quãdo aliquid eſt prohibitũ iure humano, qui inuincibiliter ignorat tale ius, excuſatur à culpa, & à poena ex Gloſ. in c. 2. de conſtit. in 6. verb. culpa. & ibi Innocent. num. 1. Abba. num. 7. Couarr. in cap. alma mater. 1. par. §. 10. num. 8. & 9. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centuria 2. caſu 185. num. 2. & patet ex cap. finali in fine. qui matrimon. accuſar. poſſ. & ex

10 l. ignorans. ff. locati, & vt dicitur in dicto cap. 2. de conſtitut. res, quæ culpa carent, in damnum vocari non debent, quod etiam habetur in regula. ſine culpa. 23. de regul. iur. in 6. nec enim ſine culpa quiſquã puniendus eſt, ſed Titius inuincibiliter ignorauit, ſe non poſſe baptizare filium in ea neceſſitate, immo putabat ſe facere rem gratam Deo, & contrahere culpam non baptizando, ergo excuſatur à peccato, & à poena priuationis iuris petendi debitum.

11 Probatur præterea illa maior propoſitio auctoritate Angeli. verb. ignorãtia. n. 4. exiſtimãtis ignorantiam iuris humani, quãdo factũ non eſt contra ius naturale, & diuinũ, excuſare ab omni poena, quod etiam tradunt Ancharan. in cap. à nobis. il primo. de ſenten. excommunic. num. 4. & ibidem Henric. num. 15. Alphonſus à Caſtro lib. 2. de lege poenali cap. 14. Cordub. lib. 2. quæ-

12 ſtionarij. q. 27. §. 2. Nauarr. in ſum. cap. 23. num. 47. vbi ait, ignorantiam poenæ excuſare à poenis, additque hanc doctrinam multos pios conſolari poſſe maxime in cenſuris. ſed Titius ignorauit eſſe aliquod ius humanum prohibens in-

ta-

tali casu baptizare filium suũ; ergo excusabitur à pœna priuationis debiti.

Dico quarto. Etiamsi cõcederemus Titiũ peccasse baptizando filium, & priuari iure petendi debitum, hic casus est occultus, & consequenter poterit in eo dispẽsare is, qui habet à sede Apostolica potestatem dispensandi in huiusmodi casibus, quando sunt occulti; & quod casus hic sit occultus,
13 probatur. nam tunc casus dicitur occultus, quando non est publicus, quare licet ab aliquibus sciatur, ita vt etiam testibus probari possit. tamen si nõ sit publicus, nec notorius, nec famosus, adhuc dicetur casus occultus saltem ad effectum, vt in eo possit dispensare is, qui habet facultatem dispensandi in casibus, seu delictis occultis. ita Nauar. in sum. cap. 27. num. 250. alias num. 255. §. 10. Suarez tom. 5. de censuris. disp. 41. sectio. 3. nu. 6. Emanuel Sà verbo Episcopus. nu. 33. Sayro de censur. lib. 4. cap. 17. num. 21. & lib. 7. cap. 13. num. 12. Candelab. 2. part. trac. de irregular. n. 315. Henriq. lib. 14 de irregularit. cap. 20. num. 4. Roderic. in bulla Cruciatæ §. 9. num. 129. & 1. tomo summ. in 2. editione cap. 166. num. 3. Lopez in instructo. parte 2. vbi agit de clauibus cap. 8. Auila de censuris. part. 7. disp. 10. dub. 6. conclus. 2. vbi ait, quod quamuis delictum sciatur à quinque, si tamen toleretur absque fama, & murmuratione, dicatur occultum quoad hunc effectum dispensandi, sed casus, de quo loquimur, non est publicus, nec notorius, nec famosus, ergo est
14 occultus. Immo Nauar. dicto numero 250. ait delictum dici occultum, quamuis fiat coram multis, si ipsi ignorent prohibitionem iuris, vel ob id nasci aliquod impedimentum; vt si Diaconus baptizet solemniter coram multis, qui tamen ignorent hoc esse iure Canonico prohibitum diacono, quod etiã asserit cons. 2. de Clerico non ordinato ministrante, quem sequitur Rodericus in sum. cap. 166. conclus. 3. Sanchez lib. 8. de matrimo. disp. 34. num. 56. vbi ait, ad hoc, vt delictum sit publicum, & non occultum, ita vt in eo non possit dispensari, requiri, vt sciatur per illud nasci aliquod impedimentum, nã alioqui erit tantum materialiter publicum, & non formaliter

ter

ter,& tamen ad hoc, vt sit publicum, ita vt non possit in eo dispensari, requiritur, vt formaliter sit publicum non solum quatenus actus, sed etiam quatenus delictum. & Nauar. dicto num. 250. in fine hæc habet. Ad hoc, vt delictum sit publicum, non sufficit, vt actus, qui est delictum, sit publicus, nisi etiam publice sciatur esse delictum, missa enim facta coram populo ab excommunicato occulto actus publicus est, non tamen est delictum publicum, & num. 241. in eodem cap. 27. in summa ait, posse Episcopum dispẽsare vigore decreti Cõcilij Tridentini sess. 24. cap. 6. de reformatio. si sacerdos excommunicatus celebrauit, si delictum sic celebrandi fuerit occultum erit autem, inquit, occultum, si excommunicatio sit occulta, licet celebratio sit publica. argum. l. in delictis. §. si extraneus ff. ad l. Aquiliam, quia quamuis actus celebrandi sit publicus, non tamen est publica eius malitia, additque ita fuisse definitum à sacra poenitẽtiaria. Huius sententiæ sunt etiam Henriq. lib. 14. de irregular. cap. 20. num. 4. Emanuel Sà verbo Episcopus. nu. 35. vbi ait. occultum intellige, quod non est publicum, vel notorium, etiamsi possit probari per multos testes, sufficit enim non esse diuulgatum, oportet vero non solum factum esse publicum, sed publice sciri esse etiam illud delictum, sic etiam Rodericus in sum. tom. 1. cap. 166. nu. 3. Sayrus lib. 7. de censuris. cap. 13. n. 13. cum igitur hæc vera sint, dicẽdum est casum, de quo disputamus, esse occultum, cum à paucis personis sciatur, quod si concederemus sciri à multis, quia tamen isti ignorant ad dictum baptismum Titium priuari iure petendi debitum, adhuc iste casus erit occultus, vt patet ex dictis, & consequenter in hoc casu tanquam occulto poterit dispensare is, qui habet potestatem dispensandi in casu priuationis iuris debiti ab vxore, quando casus est occultus.

Obijcies. Dispensatio seu actus dispensandi debet stricte intelligi iuxta cap. 1. §. ille vero, de filijs presbyterorum in 6. ergo nõ poterit dispẽsari nisi in casibus valde occultis, qualis non est casus, de quo agitur. Respondeo dispensationẽ esse quidem stricte interpretã-

dam

16 dam, at facultatem dispensandi tanquam fauorabilem esse late interpretandum ex Bartolo in l.2. in princ.num. 2. ff.de verbor. obligatio. & ibi Bald. num. vnico. Imola num. 2. Io. Andr.in cap.finali num.3. de Simonia. Couar.in 4. decretal. 2.part.cap.8.§.8.num.6.& 11. Angel. verb. dispensatio num. 9.Sylu. eodem verbo. quæst.5. num.9.Oldrad.consl.152.num. 1.Molina tom.1. de iustitia disput. 173. & consequenter is, qui habet talem facultatem dispensandi, poterit in isto ca-
17 su dispensare. Immo etiam dispensationes sunt late interpretandæ, quando in nullius vergunt præiudicium, vt accidit in casu nostro, iuxta Speculator. in tit.de dispensat.§.vlt. num. 2. Archidiacon. in cap. nos consuetudinem. dist.12.in
18 fine.cum beneficium Principis sit latissime interpretandum. cap. olim.de verbor. significatio.& l.beneficium. ff.de constitutio. princip.

SVMMARIVM.

1 *Aliqui putant Iubileum dici à nomine Iobel, quod significat buccinam, seu tubam.*

2 *Buccina, qua apud Iudaeos promulgabatur Iubileus, secundū aliquos erat argentea at fuit cornea ex bubalo, vel quod verius est, ex ariete.*

3 *Iudaei non anno quinquagesimo seu iubilei, sed quadragesimo nono praecedenti Iubileum clangebant.*

4 *Publicatio Iubilei fiebat in die & festo expiationis.*

5 *Iudaei in anno Iubilei sustentabantur ex frugibus anni superioris, quas Deus triplo plures suppeditabat.*

6 *Aliqui dicunt Iobeli nomen, à quo dicitur Iubileus, significare libertatem, quia eo anno dabatur libertas seruis, & agris antea venditis.*

7 *Alij dicunt Iubileum dici à radice Iubal, quod significat germinare, & producere, afferre, & adducere.*

8 *Aliqui putant esse potius dicendum Iobeleum, vel Iobileum quàm Iubileum, at verius est debere dici Iubileum.*

9 *Annus Iubilei fuit apud Hebraeos quadragesimus nonus annus iuxta aliquos, vt verius est fuisse annum quinquagesimum.*

10 *Quo mense incipiebat Iubileus apud Hebraeos.*

11 *Iubileus Hebraeorum fuit typus & figura legis Euangelicae.*

12 *Iubileus est plenissima omniū peccatorum indulgentia ac remissio.*

13 *Annus Iubilei uocatur annus Sanctus, remissionis, tempus acceptabile, &c.*

14 *Quo tēpore capit institui Iubileus.*

15 *Iubileus anni Sancti quo tempore indicitur Romae.*

Pra-

DE IVBILEO.

QVÆSTIO LXXIII.

Quid sit Iubileus, & unde dicatur.

1 Respõdeo. Aliqui putãt Iubileũ dici à voce seu nomine Iobel, quod significat buccinam seu tubam, & quia in die propriationis clangebatur buccina, vt celebraretur annus quinquagesimus maxima cum solemnitate, quique annus incredibili plausu, atq̃ue inæstimabili gaudio excipiebatur à Iudæis, ideo hic annus vocatus
2 est Iubileus: quam buccinam fuisse argenteã putat Abulensis in caput 25. Leuitici quæst. 7. & 8. at communiter alij scribunt fuisse corneam. ita Cornelius à Lapide in dictum cap. 25. vbi ait. Buccinæ hæ Iubilei non erant duæ illæ tubæ argenteæ, vti censuit Abulensis, quibus populus conuocabatur ad festa, de quibus Num. 10. sed erant corneæ. verum, inquit, non erant hæ buccinæ ex cornu arietino, quia eo tãtum clangebant in festo tubarum in memoriam Arietis substituti Isaaco à patre immolando, sed erant ex cornu bubalo; nam S. Hieron. in cap. 5. Oseæ Buccina, ait, pastoralis est. pastores autem non arietum, sed bouum cornua inflãt, qualia & veterum fuisse cornea docet Varro lib. 4. de lingua Latina, vbi ait. Cornua, quæ nunc sunt ex aere, tunc fiebant ex Bubalo cornu. Ribera quoque in c. 5. Oseæ. & lib. 5. de templo. cap. 24. putat buccinam istam fuisse à maiorum animalium cornibus. Alij vero communiter scribũt fuisse ex cornu arietino, quod puto verius, ita Lyranus, & Vatablus in dictum cap. 25. Leuit. Eugubinus in c. vltimum Numeri. Pagninus in Thesauro. Serarius in cap. 6. Iosue quæst. 4. Toletus lib. 6. cap. 24. num. 3. in summa. vbi ait. solebant enim Iudæi in signum liberationis alicuius sonate cornu arietis, quia Dominus libe-

liberauit Isaac offerendo arietem, quem Abraham sacrificauit loco Isaac. vnde Leuit. 25. in illo anno quinquagesimo, quo tanta liberatio fiebat, solebant vti sonitu cornu huius, ob idque ille annus dicebatur Iubilei, & sic apud nos ob tantam remissionem spiritualem indulgentiarum dicitur Iubileũ idest remissio sumpta significatione, seu analogia à prædicta causa. sic etiam Magalianus in cap. 6. Iosue sect. 1. qui scribit opinionem Abulensis esse contrariam tum expositioni antiquorum hebræorum, tum fere omnium aliorum scriptorum additque festiuitatẽ quinquagesimi anni fuisse dictam Iobel, quia huiusmodi cornuum sono anni illius sacri indiceretur ad-
3 uentus. Iudæi vero, vt notat Cornelius à Lapide in dict. c. 25. Leuit. vers. 8. nõ anno quinquagesimo seu Iubilei, sed quadragesimo nono præcedenti. Iubileum clangebant, simulque promulgabant, annũ quinquagesimum fore Iubileum, vt quisque ad eum se disponeret, & in vniuersa terra Israel erant buccinatores in singulis vrbibus, qui Iubileum promulgabant.
4 quæ publicatio fiebat in die & festo expiationis, quod celebrabatur die decima mẽsis septimi, sic enim præceptum est Leuitic. 25. optime vero fiebat eo die, quia in Iubileo futura erat plena remissio, & propitiatio. etenim eo anno non arabatur, nec serebatur, nec metebatur, & labores omnes agriculturæ remittebantur, & agri & domus diuenditæ pristinis dominis restituebantur, & serui pristinæ etiam libertati red-
5 debantur. sustentabantur vero Iudæi ex frugibus anni superioris, quas Deus triplo plures suppeditabat, vt compertum est ex cap. vlt. Numerorum, & cap. 27. & 25. Leuitici vers. 21. vbi Dominus dicit, Dabo benedictionem meã anno sexto, & facies fructus trium annorum, vbi notat Cornelius, fertilitatem terræ sanctæ ex parte non fuisse naturalem, sed diuinam atque ex dono Dei. Deus enim promittit Iudæis, se eis daturum anno sexto fruges pro tribus annis, scilicet pro anno sexto & septimo siue Sabbatico & octauo. hoc tanto beneficio puta tripla messe anni sexti priuati fuerunt Iudæi tempore Machabæorum, vt patet ex 1. Machab. cap. 6. vers. 49. & 53. &

notat Cornelius in dictum cap. Leuit. 25. vers. 21.

6 Alij dicunt Iobeli nomen, à quo dicitur Iubileus, significare libertatē, quia eo anno dabatur libertas seruis, sicut & agris antea venditis, qui ad priores dominos redibant. ita Ioseph. lib. 3. Antiquit. cap. 10. Rupertus lib. 2. in Leuiti. cap. 41. & in Ezechiel. cap. 11. Theodoret. quæst. 35. in Leuiti. Nazianz. oratio in sanct. Pētecost.

7 Alij dicunt Iubileum dici à radice Iabal, quod significat germinare, & producere, afferre, & adducere, vnde est nomen Iebul, quo fruges & fructus omnes significari solent, vt cōstat ex cap. 31. Exodi & cap. 26. Leuitici & cap. 6. Iudic. & psal. 66. 77. & 84. & ex c. 34. Ezechiel. & cap. 3. Habacuch. dicitur igitur annus iubileus quasi annus germinans, afferens, & producens fructus sine labore, quique etiam absque sumptibus dominis agros & possessiones restituit, & seruis antiquam libertatem. ita Caietan. in cap. 25. Leuit. Bellarminus lib. 1. de indulgent. cap. 1. vers. porro Iubileus. Angelus Pientinus lib. 3. de Iubileo cap. 4. Cornelius in cap. 25. Leuitici. vt etiam dixi in tract. meo de Iubileo c. 1. dub. 1. quare Iosephus lib. 3. Antiquitat. cap. 10. vox Iobeli, inquit, significat libertatem, idest reductionem in libertatē: & patet ex Leuitic. 25. vbi dicitur vocabis remissionem, ipse est enim Iubileus, postea sequitur. Reuertetur homo ad possessionem suam, & vnusquisque rediet ad familiam pristinam. & septuaginta etiā passim pro Iobel vertunt aphesin, idest remissionem, & à S. Hieronymo lib. 2. in Isaiā non longe à principio vocatur Iubileus annus dimissionis. & lib. de nominib. Hebræis in Genesim Iobel vertit dimittentem. Annus etiam dimissionis, seu remissionis vocatur ab Isidoro lib. 4. Ethymolog. c. 9. & ab Ambrosio tom. 2. in psal. 50. à Glosa interlineari. Exodi 27. & Leuit. 25. & ibidem ab Isychio. à Ruperto Abbate lib. 2. in Leuit. cap. 37. & lib. 2. Comment. in Ezechiel. cap. 11. Rodulpho Flauiacensi lib. 18. in Leuitic. cap. 3. Iobel igitur significat annū, quo plenaria fiebat remissio, & erat annus quinquagesimus.

8 DICO secundo. Nonnulli opinantur, cum Iubileus suum nomen accipiat à Iobel, esse po-

potius dicendum Iobeleũ, vel Iobileum quam Iubileum.ita Victorius in indice Hieronymiano. Nauar.Commentar.de Iubileo notab.1.nu.9. Augustinus Eugubinus in cap. 25. Leuit.& in cap.37. Numer. Caietan. in dictum cap.25.Io. Baptista Paulianus lib.de Iubileo. Anton.Cordubens. lib.5.quæstionarij. quæst. 11. Sabellius Enead. 3. Polidor.lib.8.de inuentio. At dicendum est à Iobel recte duci Iubileum, vt bene probat Serrarius in c.6.Iosue.q.6.& Iubileus vocatur ab auctore libri de Sacramento apud S. Cyprianum, & S.Hieron.in epistola ad Galatas c. 1.& epistola 125. quæst. 1.& episto.127.mansione 12.& lib. 2.contra Iouinian.Origenis interprete in cap.14.Matth.Ambrosio in psalm. 50. Lorino in cap.25. Leuitici vers. 10. Scaligero lib. de emendatione têporum. lib.7.fol.737.

9 DICO tertio. Annus Iubilei fuit apud hebræos quadragesimus nonus annus,& non quinquagesimus iuxta Hugonẽ Cardinalẽ in c.25.Leuitici. Rodulphum Flauiacensem lib. 18.c.13.Iosephum Scaligerũ li. 3.Isag.pag.282.& sequentibus & in animaduersionibus Eusebianis pag.15.&.seq. At verior est opinio dicentium fuisse annum quinquagesimum,vt probant optime Serarius in Iosue cap.13.q.14. Cornelius à Lapide in c.25. Leuit.vers.2. Lorinus in eodem cap.& ita opinãtur. Hieron.epistol.127.ad Fabiolam mansione 12.& in c. 5. Amos.Ambros.in psal.50. Cassiodor.in eũdem psalmũ. Eusebius in Chronicis. Clemẽs VI. Pontifex in bulla incip. vnigenitus,de pœnit.& remis.Cyrillus lib.17.de adoratione. Isidorus li.4.Etymolog.c.8. Beda serm.2.de festo Pentecostes,& lib.2.de Tabern.c.3.Abulẽs. in c.25.Leuit.q.6.& ibi Caietan. & Oleaster.Bẽzonius li.1.de anno Iubilei c.1.Ioseph. li.3. An-
10 tiqui.c.10.Hic annus apud Hebræos incipiebat in Nisan, qui nobis fere est mẽsis Martius, si credimus Abulensi in cap. 28. Leuit.q.8. at verius est cœpisse Mense Tisri, qui nobis fere est mẽsis Septembris. ita Rutilius de Iubileo li.1.c.1.Perer.in Genesim in disputatione de tempore creationis mũdi. Burgensis in c.12.Exodi additio. 1.

11 DICO quarto.Iubileus,qui apud Hebræos celebrabatur

quinquagesimo quoque anno, fuit typus & figura legis Euangelicæ, per quam homines peccatorũ remissionem consequũtur, & à dœmonum seruitute liberãtur, ac beatitudinis æternæ cõsecutionem adipiscũtur, ac innumerabilibus donis, & gratijs afficiuntur, quod fuit significatum in c. 61. Isai. vbi in persona Christi Domini sic dicitur. Spiritus Domini super me, eo quod vnxerit me, ad annũciandũ mansuetis misit me, vt mederer cõtritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiã, & clausis apertionem, vt prædicarem annũ placabilem Domino, & diem vltionis Deo nostro, vt consolarer omnes lugentes. Quod vero annus Iubilei fuerit typus Euangelij, docent communiter Doctores in dictum cap. 61. Isaiæ. nam sicut eo anno serui pristinæ libertati reddebantur, & possessiones ad priores dominos reuertebantur, ita homines, qui sub potestate diaboli detinebantur, per Euangelij vim & potestatem liberantur, & Deo veluti legitimo Domino restituuntur, & sicut annus Iubilei tubis promulgabatur, ita Christus magni alterius Iubilei preco in dicto loco Isaiæ dicitur prædicaturus annum placabilem, id est bonum Euangelij nuncium allaturus. loco anni placabilis legunt 70. apud S. Lucam cap. 4. annum Domino acceptum, quod vero per annum placabilem intelligatur tempus euangelij & gratiæ patet ex 2. ad Corinth. c. 6. vers. 2. ibi. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, de quo Isai. cap. 49. vers. 8. in tempore placito exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui. quod loc. cit. Isaias prædixit, fuit in Christi baptismo impletum, cum spiritus Sãctus in specie columbæ super Christum descendit, & audita est vox Patris dicentis. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui, ipsũ audite. Luc. 4. & notant S. Hieron. Iren. Athanas. Aug. Beda, Toletus, Luc. 4. Quod dixit Isaias, significauit etiã S. Petrus. Actor. 10. vers. 38 his verbis. venit Christus annunciares mansuetis, vel vt legũt 70. pauperibus id est hominibus pauperibus, præsertim gentilibus, qui ob peccata erãt vere pauperes tanquam gratia & salute destituti, vt interpretãtur Ambros. Origen. & Theophil.

phil.in cap.4. Luc. possunt etiã illa verba Petri intelligi de pauperibus spiritu, his enim Christus euangelizauit, idest bonum attulit nuncium, quando in montem ascendẽs dixit. Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorum est regnum cælorum. & ita intelligunt illa verba S. Hier. in cap. 61. Isai. Euseb. lib. 3. demonstrat. 1. Beda, & Maldonat. in cap. 4. Lucæ.

Dico quinto. Iubileus Hebræorum fuit etiam figura Iubilei, quem Ecclesia hoc tempore celebrat, & sicut in veteri lege sacerdotalis buccinæ clangore Iubileus promulgabatur, ita sacrosanctus Iubilei nostri annus Apostolicæ vocis oraculo euangelizatur, vt habetur in bulla sanctiss. D.N.D. Vrbani Papæ VIII. de indictione Iubilei. Incipit. Omnes gentes. promulgata Romæ apud S. Petrum anno Domini 1624. Tertio
12 Kalẽd. Maij. Iubileus noster de quo nunc agimus, est plenissima omnium peccatorum indulgentia, remissio, ac venia, quam summus Pontifex in Domino concedit, & impartitur omnibus vtriusque sexus Christi fidelibus vere pœnitentibus & confessis, qui Ecclesiã Lateranensem, Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, nec non Sanctæ Mariæ Maioris de Vrbe Basilicas semel saltem in die per triginta continuos, aut interpolatos dies, si Romani, vel incolæ Vrbis, si vero peregrini aut alias externi fuerint, per quindecim saltem dies deuote visitauerint. Annus vero. quo amplissima hæc remissio conceditur, vocatur annus Iubilei, seu annus Sanctus. de hoc iubileo loquuntur bullæ summorũ Põtificũ vt Bonifac. VIII. incip. Antiquorum. & habetur in extrauag. 1. de pœnitent. & remissio. & Clemẽtis VI. incip. Vnigenitus Dei. & habetur in extrauag. 2. eod. tit. & Pauli II. incip. Ineffabilis prouidentia. & Sixti Quarti in extrauag. Quemadmodum operosi. de pœnit. & remissio. vbi hic annus vocatur annus remissionis & gratiæ. & Gregorij XIII. incip. Dominus & Redemp. & Clement. Octaui & Vrbani Octaui incip. Omnes
13 gentes. in qua hic annus vocatur sacrosanctus, & diuino cultui dicatus, ac feruentioribus Christianæ pietatis studijs destinatus. annus remissionis, tempus acceptabile, dies salutis. In bulla Alexandri Sexti

incip. Pastoris æterni. annus hic vocatur sacer, annus reconciliationis cum pijssimo Redemptore nostro per diuinam misericordiam, & quamuis indulgentia, quam summi Pontifices in anno Sancto impartiuntur, solam pœnā temporalem peccatis debitam remittat, quia tamen eo anno insignia pietatis opera præstantur, & quia sceleratorū hominum conuersiones ad Deum multipliciter fiunt, propterea hic annus merito appellatur sanctus, Domino acceptus ac placabilis. tempus reconciliationis, remissionis, redemptionis, benedictionis, gratiæ, pacis, indulgentiæ, ac denique annus magnus. totus enim hic annus est deputatus operibus sanctis, vt perceptionibus sacramentorū, peregrinationibus sanctorum locorū. celebratur item in Vrbe sancta, apud sanctissimum Pontificem, qui præcipue hoc anno fidelibus magnā captandæ sanctitatis occasionē præbet.

Quod vero Iubileus Mosaicus fuerit typus & figura Iubilei nostri dixi etiā in trac. meo de Iubileo c. 1. dub. 1. & habetur in extrauag. vnigenitus. de pœnitent. & remissio. & asserit Iacobus Cardinalis S. Georgij tract. de iubileo lib. 1. c. 12. vbi scribit, quod, quamuis centesimo anno Bonifacius Octauus suus auunculus decreuerit celebrari Iubileum, ipse tamen figuram in Iubileo Mosaico anni quinquagesimi præcessisse dicit. in Iubileo enim nostro fidelibus plenissima delictorum dissolutio conceditur, quapropter teterrimæ diabolicæ seruitutis circumplexus hoc anno Christiani euadunt, & suauium virtutum species, quas vt possessiones habitas fraudolenter emptori diabolo vendiderant, bonis exercitijs, laboribusque, diuinoque numine adiuti recuperant, tandemque cælestis patriæ domum, superorumque ciuium adipiscuntur familiam. Quamuis Nauar. notab. 4. de Iubileo putet nostrum Iubileū non fuisse præfiguratum per Iubileum antiquum Mosaicum. nā inquit Bonifacius VIII. qui omnium primus hunc annum in scriptis redegit nullam facit mentionem de Iubileo vetere. Addit tamen Iubileum nostrum esse valde similem veteri Iubileo, nam sicut ille buccina indicebatur, sic noster voce Apostolica promulgatur, in il-

illo labor terram colendi omittebatur, in hoc labor proprius excusatur per laborem & merita Christi, & aliorum sanctorum . in illo debita temporalia remittebatur, in hoc spiritualia condonantur. in illo libertas temporalis, in hoc spiritualis restituitur. in illo possessiones terrenæ alienatæ recuperabantur, in hoc virtutes & merita per peccatū perdita. in illo exules in patriā redibant, per hunc exules à cælo, quæ patria nostra est, ad eamdē reducimur.

14 Dico sexto : Bonifacius Octauus instituit anno 1295. celebrandum Iubileū anno Domini 1300. ob veterē ea de re traditionem, vt constat ex dicto tract. Cardinalis S. Georgij lib. 1. c. 12. vbi etiam refert, cur à Bonifacio fuerit Iubileus institutus anno centesimo, postea Clemens Sextus iussit celebrari quinquagesimo quoque anno, id enim sanxit annō domini 1345. vt refert Volaterranus lib. 22. & ita fuit celebratus Iubileus anno 1350. quo tēpore Romam vndique infinita hominum multitudo confluxit, vt testatur Petrarcha, qui eo anno Romæ fuit, & inde orta est in Italia pestis adeo grauis, vt ex mille hominibus vix decem superessēt. vt scribit Crātzius lib. 9. Metuop. cap. 43. In dicta extrauagante Vnigenitus. de pœnit. & remiss. asserit Pontifex annum centesimum Iubilei reduxisse ad annum quinquagesimum, quia noster Iubileus fuit præfiguratus per Mosaicum Iubileum, & quia bonum est, vt quamplurimi huius indulgentiæ fiāt participes, cum pauci multorum respectu propter vitæ hominū breuitatem valeant ad annum centesimum peruenire, & alijs iustis de causis. Hic Pontifex fuit primus, qui indulgentiam anni Sancti Iubilei nomine appellandum cēsuit, cum à Bonifacio Octauo in sua cōstitutione Antiquorū. non appelletur Iubileus, sed indulgentia plenissima. Sub Nicolao V. anno 1450. fuit celebratus Iubileus, tantusque Romæ populorum concursus fuit, vt in aperitione Portæ Sanctæ multi suffocati perierint, vt testantur Platina in vita huius Pontificis & Sabell. lib. 5. Enn. 10. Paulus Secundus Iubileum ad 25. annum reduxit, & primus qui postea illum anno Domini 1475. celebrauit, fuit Sixtus IV. idque fa-

ctum est, vt tãtorum bonorum quælibet ætas particeps fieret. sub Gregor. xiij. fuit item anno 1575. celebratus Iubileus confluentibus Romam innumeris personis, ita vt in aperitione Portæ Sanctæ innumeri fuerint oppressi, & multi animi deliquium immo & mortem passi, vt refert Nauar. de Iubileo. notab.32. num. 36. vers. à primis vesperis.

Scribit Petrus Greg. li.2. Syntagm. c.9. nu.3. ante Bonifaciũ VIII. à Gregorio Magno concessum Iubileũ centesimo quoque anno, & plenariã peccatorum condonationem visitantibus Ecclesias SS. Petri & Pauli de Vrbe, sed cum hoc non probet, eius sententia non placet. sed Bonifacius videtur fuisse primus, qui Iubileum concessit, si credendum est Toleto lib. 6. cap.24. num.3. id asserenti, sic enim scribit. Bonifacius VIII. in extrauag. Antiquorũ. videtur fuisse primus. qui concessit indulgentias plenarias. concessit hoc Iubileũ centesimo quoque anno visitantibus Vrbem Romanam ob reuerentiam sedis, quæ in ea est, & vt fideles in fide cõfirmarentur, & in charitate accenderẽtur visitantes martyrum sepulchra. at vero Henriq. lib.7. cap.15. nu. 6. putat Iubileum non cœpisse concedi à Bonifacio (qui tamen in extrauaganti Antiquorũ. rem hanc antiquam primus mãdauit literis) nam ab eodem Bonif. & eius tẽporis viris doctis refertur, vt res antiqua. quare Io. Monach. qui tẽpore Bonif.8. erat Cardinalis in d. Extrauag. Antiquorũ. in 4. col. glos. 9. ait fuisse rem vulgatam eo tẽpore, quod iubilei indulgẽtia cẽtesimo quoq; anno semper cõcedi solita fuerit, quod ante illũ testatur Iacobus Card. S. Georg. li.1. de iubileo c.12. qui refert anno 1300. venisse Romã ingẽtẽ hominũ multitudinẽ ad obtinendã suorũ delictorũ remissionem, cõmuniter enim dicebatur quolibet anno cẽtesimo Romæ visitãtes S. Petri Basilicã plenariã cõsequi indulg. Quare Bonif. viij. videtur potius innouasse, & in scriptis redegisse omniũ primus cõstitutionẽ de celebrãdo iubileo, quã inuenisse, vt notat Nauar. de iubil. notab.7. n.4. nã tempore Apostolorũ erat in vsu indulgẽtia plenissima, quæ æquatur iubileo ex Nauar. notab.26. & Henriq. li.7. c.15. n.6. Quãuis S. Antoninus

nus par.1.tit.10.c.3.§.6.& Polydor. de inuentorib. rerũ.c.1. & Tolet.loc.cit.& quidem alij apud S. Antonin. velint primũ auctorẽ iubilei fuisse Bonif.viij.

15 Dico septimo.Iubileus anni sancti indicitur Romæ anno præcedẽti in die festo Ascensionis,& incipit initiũ iubilei à primis vesperis vigiliæ Natiuitatis Domini,& solet durare vsq; ad alterã vigiliã anni subsequẽtis: sub Iulio vero Tertio, quia sedes vacabat,& non potuit aperiri Porta Sancta,hæc solemnitas fuit trãslata in diem festũ S. Matthiæ Apostoli,durauitq. Iubileus vsque ad Epiphaniam sequentem.Solet vero Iubileus inchoari,etiam non finitis primis vesperis vigiliæ Natiuitatis. & in eisdem reuoluto anno finiri, vt notat Nauarr. de Iubileo notab.24. nu.2. & notab. 32. num. 36. dicitque ita seruari.

Quod si dicas. in bulla Sanctissimi Domini Nostri Vrbani Octaui legimus incipere Iubileum à primis vesperis,ergo nõ nisi finitis vesperis incipit cele-

16 bratio Iubilei, cũ præpositio A excludat tempus, cui adiungitur,vt docent Glos.in Clemen. sicut. verb. à die. de appell. & ibi Imola n. 10.Zabar.n.3.Glos. in c. statutũ. verb.numerandũ. de præb.in 6. & ibi Ancharanò tab. 5. Archid. nu. 2. Cosm. in pragm.sanctio. tit.de collat. §. videlicet. verb. A. Tiraq.de re trac.lig.§.1.glos.11.num.51.& seqq. Scaccia de appell.q.12.n. 57.Vulpel.de præposit.aduerb. & coniunc.signific.in dictio.A nu.6.Rot. diuers. par. 1. decis. 710.n.4.& par.2.decis.705.n.2 Aloys.Ricc.in collect.decision. par.2.collect.389.Magon.Florent.decis.8.n.7.Steph.Gratia. Marchiæ decis.124.n.4.& to.1. discept.forens. c.161.n.5.Gemin.in c. statutũ. de præb.in 6. n.11.Bald.vol.1.cons.457.n.3. Mandos. in regul.19.q.18.n.5. vol.1.Abb.in c.super eo.n.2.de appell.Ang.cõs.404.in fin.Ferdinand.Loazes in repetit.rubr. de iustit.& iur.n.68.& seqq.Oldra.cõs.49.n.1.Alex.vol.5.cõs. 114.n.2.Bal.vol.1.cons.412.n. 1.Barba.in c.excõmunicatis.de officio deleg.notab.2. Bertran. vol.7. cons.121.num.29. Ronchegall.in l. si ex duobus. ff.de duobus reis. num.16.

17 Sed respõderi potest præpositionem A in odiosis & pœnalibus excludere terminũ, & tẽpus,cui adiungitur, at vero in fa-

fauorabilibus includere, vt bene asserũt Tiraq. de retrac. lig. §. 1. glos. 11. nu. 44. Socin. in regul. 91. fallent. 2. Aretin. in l. si ex duobus. colum. 1. de duobus reis. Bald. in l. vlt. C. de tempor. appellatio. col. 2. vers. ex quo. Corn. lib. 4. consil 279. colum. 2. vers. potest autem. Stephan. Gratian. tom. 1. cap. 161. num. 23. quare quando in aliquo loco fuerit statutum, vt vesperi de nocte à pulsu cãpanæ nemo deferat arma, statutum intelligi debet post pulsum cãpanæ finitum, quia sumus in odiosis, & notant Gratianus num. 23. Barbosa de dictionibus. dictione 1. num. 2. vbi vero fuerit statutum, vt à pulsu campanæ de mane quilibet possit deferre arma, & exire, quia sumus in fauorabilibus, intelligitur à principio pulsus ex Gratian. num. 23. Barbosa num. 6. at indulgentia est materia fauorabilis, & propterea dicendum est Iubileum incipere à primis vesperis inclusiue. immo cum Porta Sancta aperiatur ante initium vesperarum, plurimi etiam antequam incipiant vesperæ decantari, satagunt eam intrare tanto cum ardore, vt multi deliquium patiantur, & nonnulli suffocati moriantur. quamuis pro lucrando Iubileo non sit necesse intrare per Portã Sanctam. Quæ ceremoniæ obseruentur, & preces decantentur, dum aperiuntur Portæ Sanctæ quatuor Ecclesiarum Vrbis Romæ in anno Iubilei, legendæ sunt apud Nauarrum in fine commentarij sui de Iubileo, & in tractatu meo de Iubileo cap. 2. per totum.

18 Dico octauo. In Extrauagan. antiquor. de pœnitent. & remiss. legimus Iubileum inchoare à festo Natiuitatis Domini, at in Extrauagan. Quemadmodum. eodem tit. dicitur à vigilia Natiuitatis. nunc vero incipit Iubileus à primis vesperis vigiliæ Natiuitatis, vt dictum est, & durat vsque ad vigiliam anni sequẽtis, vt etiam habetur in bullis Gregorij Decimitertij anno Domini 1575. & Clemẽtis Octaui anno 1600. Est tamen aliqua diuersitas, quod in principio Iubilei aperitur Porta Sancta, antequã incipiãt decantari preces vespertinæ, at in fine Iubilei, antequã porta claudatur, dicuntur vesperæ, & ita Iubileus durat vsque ad finem vesperarum. ex

quo

quo sequitur, non consecuturũ Iubileum, qui differret confessionem faciendam in die Natiuitatis Domini post clausam portam, cum Iubileus sit iam finitus in primis vesperis, & notant Nauarr. de Iubileo. notabili 24. num. 2. Filliucius tomo primo. tractatu 8. cap. 10. quæstione 2. num. 250. & dixi in tractatu de iubileo capite primo, dub. 3.

SVMMARIVM.

1 *Pluries in anno sancto potest acquiri indulgentia, seu Iubileus.*

2 *Dispositio generalis includit, & comprehendit omnes casus, ad quos eius verba extenduntur secundum propriam ipsorum significationem.*

3 *Beneficium Printipis late est interpretandum.*

4 *Indulgentia concessa visitantibus aliquam Ecclesiam potest acquiri, quotiescunque aliquis visitauerit illam Ecclesiam.*

5 *Quando conceditur Iubileus pro vna ex duabus hebdomadis, potest homo bis illum lucrari nempe in prima, & in secunda hebdomada, alij contrarium opinantur.*

6 *Quando gratia alicui conceditur, de primo intelligitur: explicatur hoc esse verum in onerosis, nõ in fauorabilibus.*

QVÆSTIO LXXIV.

An pluries acquiri possit iubileus et indulgentia.

1 DICo. Pluries in anno sancto potest acquiri indulgẽtia, seu iubileus, vt dixi in tract. de Iubileo in tertia editione cap. 5. dub. 4. & afferunt Nauarr. de Iubileo notabili 32. verbo. deuote. num. 46. vers. pars vero affirmans. & notabili 34. num. 6. versic. tertio esse. Rutilius Benzonius lib. 5. de Iubileo cap. 15. dub. 23. vbi ait, eos, qui Romæ commorantur, posse saltem duodecies acquirere Iubileum videlicet in fine cuiuscunque trigesimæ visitationis. Emanuel Sà verb. indulgentia. n. 7. Reginal. lib. 7. cap. vlt. sect. 4. num. 155. vbi ait. potest quis in anno Iubilei bis, ter, & pluries indulgentiam tunc concessam lucrari faciendo visitationes ad id requisitas. Filliucius tom. 1. trac. 8. c. 10. q. 7. n. 261. Henriq. lib. 7. de indulg. cap. 10. n. 2. Francisc. Rodriquez de iubileo c. 3. n. 10. Thomas Zerula in pra-

praxi Episc. par. 2. verb. Annus sanctus. ad sextũ. Iodochus verbo. Iubileus. n. 23. Hier. Gratian. de iubileo par. 2. c. 12. probatur. in bulla Iubilei conceditur indulgentia plenaria omnibus qui per triginta vel 15. dies visitauerint Ecclesias, quæ verba sunt generalia, ergo nõ debent restringi solum ad eos, qui prima vice trigesies, vel quindecies visitauerint, sed debent extendi etiã ad eos, qui pluribus vicibus easdem visitationes fe-
2 cerint, cum dispositio generalis includat, & comprehendat omnes casus, ad quos eius verba extendũtur secundũ propriam ipsorum verborũ significationem, vt colligitur ex l. cũ lege. ff. de testam. & asserunt Decius in l. factũ. §. in pœnalibus. ff. de regul. iur. Alciat. in rubr. de verbor. signif. in princ.

3 Secundo. Indulgentia, quæ cõceditur in Anno sancto visitantibus Ecclesiã, est beneficiũ Principis, quod latissimam exigi interpretationem. l. beneficium. ff. de constit. Princip. dũmodo non sit ambitiosum. cap. quamuis. 1. de præbend. in 6. in fine. nec in tertij præiudicium. cap. super eo. de offic. deleg. & huiusmodi est largitio Iubilei.

Tertio. Gratiæ & fauores nõ sunt restringendi, præsertim quando fidelium pietati & deuotioni fauent, at concessio indulgentiæ est gratia valde fauorabilis, in nullius præiudiciũ, omnibus expectata, vt patet ex illis verbis bullæ. omnes gẽtes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis, & ex illis. Quanto maximo possumus animi nostri gaudio.

4 Quarto. Indulgentia concessa visitantibus aliquam Ecclesiam potest acquiri, quotiescũque aliquis visitauerit illam Ecclesiam, ergo indulgentia concessa in Anno Sãcto visitantibus trigesies, vel quindecies quatuor Ecclesias potest acquiri, quotiescunque quis illas visitauerit per præscriptos dies. antecedẽs probaui dicto dub. 4. & est sententia Paludani in 4. dist. 20. quæst. 4. artic. 1. §. 3. conclus. 3. vbi ait. quando indulgentia in perpetuum, vel in certum aliquod tẽpus conceditur visitantibus aliquã Ecclesiã, potest illa acquiri quolibet anno, quolibet mense, & quolibet die. Ang. etiam verb. indulgẽtia. n. 4. & Rosella eod. verb. n. 12. asserũt indulgẽtiã cõcessam visitantib. pro deter-

terminato tempore aliquam Ecclesiam posse pluries acquiri, immo toties, quoties quis illam visitauerit.

Cordubensis lib. 5. quæstionarij. q. 33. scribit esse consuetudinem, quod, quando indulgentia conceditur per multos dies puta per octo dies visitantibus aliquam Ecclesiam, vel in ea orantibus, possit quilibet quolibet die saltem semel illã lucrari. consuetudo autem est optima legum interpres. cap. final. de consuetud. quamuis ipse in eadem quæstione sentiat non esse vniuersaliter verum, posse comparari indulgentiã toties, quoties. scribit enim quod, quando conceditur indulgentia indeterminate, seu in perpetuum, in tali casu possit acquiri indulgentia toties, quoties voluerit quis eam lucrari faciendo id, quod requiritur ad eam lucrandam, quare quando perennis indulgentia veluti centum dierum conceditur recitantibus coronam B. Virginis, vel quando per longum tempus, seu indeterminate conceditur indulgentia dantibus certam eleemosynam, vel visitantibus talem Ecclesiam, qui id fecerit, lucrabitur toties, quoties dederit, vel visitauerit, quia non videtur Summus Põtifex id concessisse magis prõ prima vice quam pro alijs, cum indistincte id cõcedat, quapropter talis concessio tanquam fauorabilis est late interpretãda, & non restringenda, putat tamen Summum Pontificem non nisi semel in die indulgentiam concedere, si alicui loco sacro fuerit applicata, vt si verbi gratia Papa det indulgentiam ad tempus indeterminatum visitantibus aliquã Ecclesiã, non enim quoties quis visitat illã Ecclesiã, lucratur indulgentiã, sed semel in die tãtum, quare qui decies in vna die visitauerit illam Ecclesiam, nõ decies illam indulgentiam lucratur, sed semel tantum.

Quando vero indulgentia conceditur ad tempus limitatum, tunc semel tantum intra illud tempus putat Cordubensis in dicta quæstione 33. vers. secunda pars. acquiri indulgentiam, vt quando conceditur indulgentia visitantibus aliquem locum sacrum à primis vesperis vsque ad secundas. immo etiamsi concedatur per octo dies, prorogatur vero tempus plurium dierum, non vt singu-

lis

lis diebus, qui illam Ecclesiam visitant, indulgentiam consequantur, sed, vt bene notat Durand. in 4. dist. 20. quæst. 4. ad finem, ad hoc, vt qui non potest venire ad lucrandā indulgentiam vna hora, aut die, veniat alio die, vel hora. Quod si aliquis obijciat. in Ecclesia sanctæ Mariæ de Angelis prope Asisium est fama, toties quempiam lucrari indulgentiā, quoties illam ingreditur, quod etiam de quibusdam alijs Ecclesijs idem creditur, respondet in allegata quæstione idē Cordubensis id esse vel ex speciali Papæ concessione, aut ex voluntate saltem tacita & interpretatiua, cum hoc sciat, & toleret ex rationabili causa, & sæpe communis error facit ius argumento. ecce ego. dist. 95. quia sæpe est causa aliqua, quæ facit; vt Princeps consentiat etiam licite, vt valide fiat, quod alias non valeret, vt notat Gerson in regulis moralibus alphabeto 24. litt. E.

Hanc sententiam sequitur etiam Suarez tom. 4. de pœnit. disp. 57. sect. 1. nu. 7. ait enim sibi non probari sententiam illorum, qui scribunt, quando indefinite cōceditur indulgentia visitantibus aliquam Ecclesiam, posse quempiam sæpius eodem die illam indulgentiam consequi visitando pluries illā Ecclesiam, nam hoc videtur esse contra intentionem concedentis, quare putat in tali concessione non esse verisimile cōcedi indulgentiam pro vna tantum vice in vita ei, qui illam visitauerit, nam verba indulgentiæ id non sonant, & nimis restringerentur, nec communiter ita recipiuntur, & intelliguntur, & propterea scribit posse talem indulgentiam semel tantum in die comparari, & quidem probabiliter ita potest dici, ad hoc, vt indulgentia sit prudenti & rationabili modo concessa; quia alioqui posset homo ingrediendo Ecclesiam, ex eaque egrediendo millies lucrari in die talem indulgentiam, quod est ridiculum. addit tamen nihil certi de hoc posse statui, cum totum ex concedentis intentione pendeat. Quando vero indulgentia ad vnum diem vel paucos dies daretur, tunc opinatur Suarez dari pro vna vice tantum, & sic communiter intelligi tales indulgentias.

Alij vero dissentiunt, & quidem

dem in compendio priuilegiorum Fratrum Minorum verbo indulgentia. notabili 6. scribit Capuccinus indulgentias perpetuas, vt sunt Romæ in Basilica S. Petri, & in alijs similibus posse cōparari toties, quoties tales Ecclesiæ visitantur, indulgentias vero temporales, quæ cōceduntur certis diebus determinatis, non posse acquiri nisi semel ab ijs, qui illa loca visitauerint, quibus conceduntur tales indulgētiæ, quod etiā opinatur Toletus lib. 6. cap. 28. in fine. scribit enim. Quando aliquæ indulgentiæ ad certum tempus conceduntur, vnus nō potest consequi nisi semel, cū vero sunt perpetuæ, vt cum conceditur indulgentia plenaria visitantibus locum aliquem & indulgētia hæc perpetuo manet, tunc obtinetur toties, quoties aliquis visitauerit, licet sæpius in die. & cum Romæ sit perpetua indulgentia quadraginta dierum visitantibus templum S. Petri, obtinetur toties, quoties etiā vno die visitatur, vt etiam sentiunt D. Thom. in 4. distin. 20. q. 1. artic. 3. quæstiuncula 2. ad 4. Felinus tract. de indulgentijs. num. 37. Grassius in decisio. libro 4. cap. 15. num. 26. Ioan. de Friburgo in summa confessor. lib. 3. tit. 34. q. 184. summa Pisanella verbo. indulgentia. versic. an quis toties. Tabiena verb. indulgentia. num. 6. Emanuel Sà verb. indulgentia. num. 7. cum datur, inquit, indulgentia visitanti tali die Ecclesiam, semel tantum illo die dari intelligitur. Quod si est perpetua, aut per multos dies, vt in Iubilei anno toties, quoties. Henriq. lib. 6. cap. 16. num. 3. litt. M. in glos. Dum Papa, inquit, concedit indulgentiam certam visitanti talem Ecclesiā sine expressione tēporis, potest sæpius in die consequi. Michael Zanardus parte prima directorij. tract. de sacramēnt. pœnitent. cap. 21. quæst. 40. idem sentit, notat tamen bene, quod licet is, qui visitat Ecclesiam, vbi est indulgentia perennis, consequatur indulgentiam toties, quoties eam ingrederetur, hoc tamen interpretandum non de quocunque ingressu Ecclesiæ, sed de rationabili, vt primo ad audiendum sacrum, deinde cōcionem, postea officium, deinde ad visitanda altaria bis & ter, nam indulgentia, inquit, non pensatur ex tempore, sed ex me-

meritis Ecclesiæ, quæ infinite & infinities possunt satisfacere, & quod non intelligatur de quocunque ingressu, sed de rationabili, habetur etiam in compendio Fratrum Minorum. verb. indulgentia. notabili 6.& asserit Filliucius tom. 1. trac. 8. cap. 8. quæst. 2. num. 197. scribit enim, quod quando conceditur indulgentia indeterminate, possit quis eam lucrari, quoties voluerit, & quidem in globolis benedictis, imaginibus, & similibus rebus videtur satis certum. cum dicatur communiter, quotiescunque quis recitauerit coronam, vel aliquid simile, lucrabitur indulgentiã.

In Ecclesijs autem, vbi esset indulgentia perpetua, verisimile est tantum semel in die haberi posse ex rationabili interpretatione mentis cõcedentis, dicunt tamen aliqui eodem die posse bis, terue acquiri, quoties scilicet prudẽter quis adit Ecclesiam ad audienda diuina officia, quod non est improbabile, quamuis certitudo pendeat ex intentione concedentis, si vero habeat tempus limitatum, vt diem, verisimile est semel tãtum posse acquiri. & citat Nauarrum de Iubileo notab. 31. num. 37. vers. vigesimatertia illatio. in fine asserentem esse verius id, quod Felinus post Lyra. ait, scilicet, quod bis & pluries potest quæri eodem die indulgentia perẽnis, sed non toties, & tali modo, vt fraus quædam, & irrisio videatur, quod idem asseruit notab. 15. num. 19. vbi scribit verum esse, quod indulgentia in perpetuum, vel in tempus aliquod certũ visitantibus aliquam Ecclesiam cõcessa lucri fieri potest quolibet anno, quolibet mense, & quolibet die, non autem qualibet hora, vel momento diei, eo quod ad tã repetitam indulgentiæ acquisitionem multo maior causa est necessaria, quam ad alias prædictas, & quia id videtur alienum ab intentione Romani Põtificis, qui indulgentiam iusta de causa concedere debet, & non ita quærendam, vt videatur ludrica. ita pariter sentit Benzonius de Iubileo lib. 5. c. 15. dub. 23. vbi ait, eum, qui statutis horis accedit ad Ecclesiam, vbi est indulgentia, consequi illam, qui vero sæpissime eodem fere momento ingreditur, vel egreditur, vel circulos peragit, non acquirere indulgen-

gentiam toties, quoties ingreditur, vel egreditur, & ita præsumendum est de mente concedentis.

5 Sic etiam aperte sentiunt ij, qui scribunt, quod quando cōceditur Iubileus pro vna ex duabus hebdomadis, possit homo bis illũ lucrari nẽpe in prima & secunda hebdomada, vt Henriquez lib. 7. de indulgentijs cap. 10. num. 2. & lib. 6. cap. 16. num. 3. vbi ait semel absolutum per Iubileum, qui in altera duarum hebdomadũ conceditur, potest intra id tempus absolui, si eo semel lucrato intra primæ hebdomadæ tempus reincidat in nouum cœnæ casum, posset etiam secunda hebdomada lucrari, & ab illo iterum absolui, quia fauor hic nō est restringendus, & litera M. in glossa ait, multos recentiores in praxi sic facere. & lib. 7. cap. 11. num. 1. nam vbi lex, inquit, & priuilegium non distinguit, & restringit, non est, cur negetur posse per totum id tēpus, & in secunda hebdomada absolui repetitis diligentijs. hanc sententiã sequuntur Rodericus in summa part. 1. cap. 184. num. 17. Pinell. de indulgent. cap. 18. Antonius Fernandez in medulla part. 3. cap. 8. §. 8. num. 4. quos citaui in trac. de Iubileo in tertia editione cap. 8. dub. 5. Benzonius lib. 5. de Iubileo cap. 15. dub. 23. sed Filliucius tom. 1. tract. 8. cap. 10. quæst. 7. num. 261. refert sacram Congregationem Concilij mense Maio anno 1620. declarasse tantum semel indulgentiam acquiri per Iubileum, & semel tantum à casibus reseruatis absolui quempiã posse, cui declarationi, si authentice constet, standum est, & sic etiam ante dictam declarationem senserunt Sanchez tomo 1. decalogi lib. 4. cap. 54. nu. 30. Suarez to. 2. de religione trac. de voto. lib. 6. cap. 16. num. vlt. Bonacina de sacramētis. disp. 5. quæst. 7. puncto 5. num. 17.

6 Obijcies. Quando aliqua gratia alicui conceditur de primo actu intelligitur, vt constat ex l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbor. signific. & l. dotis promissio. ff. de iure dot. in quibus textibus dicitur sermo simpliciter prolatus de primo tantũ actu intelligi. ergo Iubileus cōcessus visitantibus per tot dies Ecclesias sicut & quæcunque alia indulgentia intelligitur tãtum de vna visitatione. Respō-

deo illam regulam esse intelligendam in odiosis & onerosis; non vero in fauorabilibus. vt bene obseruant Abbas in cap. cum Apostolus de cẽsibus col. 1. nu. 2. Oldradus cõs. 32. Ananias cons. 14. Alexand. consil. 170. col. 2. at gratia cõcessionis Iubilei est maxime fauorabilis, vt dictum est.

SVMMARIVM.

1 *In Iubileo anni Sancti debent fideles deuote visitare quatuor Ecclesias, Romani per triginta dies, externi per quindecim.*

2 *Omnes quatuor Ecclesiæ sunt vno & eodem die visitandæ.*

3 *Quatuor Ecclesiæ possunt etiam noctu visitari.*

4 *Dies, in quibus Ecclesiæ debent visitari, possunt esse continui aut intermissi.*

5 *In Iubileis debent visitari Ecclesiæ diebus præfixis.*

6 *Si quis bis die visitaret omnes quatuor Ecclesias, quæ visitãdæ sunt, non satisfaceret visitationi duorum dierum.*

7 *Quando in Iubileis iubetur visitari certas Ecclesias diebus Mercurij, Veneris & Sabbati, visitatio debet fieri illis diebus.*

8 *Eleemosyna, quæ tempore Iubilei debet dari tribus diebus, non potest dari vno & eodem die.*

9 *Si quis ex ignorantia vel obliuione non orauit, nec dedit eleemosynã tempore Iubilei vsque ad diem sabbati, & tamen hæc illo die præstaret, probabile est, hunc consequi indulgentiam.*

10 *Satis est, si approbante confessario vltimo die, qui lucraturus est iubileum, suppleat eleemosynam, quã Iubileus præscribit fieri tribus diebus.*

11 *Opera, in qua ieiunium & visitatio Ecclesiarum commutantur, possunt fieri die vltimo Iubilei vel statim post communionem.*

12 *Solum ieiunium iuxta aliquos doctores est præstãdum diebus præscriptis in Iubileo, sed dare eleemosynam & preces recitare posse fieri quolibet die.*

13 *Aliqui dicunt tempore Iubilei sufficere, si fiat oratio, & detur eleemosyna ante communionem.*

14 *Tempore Iubilei iuxta aliquos sufficit die Dominico confiteri, & communicare.*

15 *Aliqui putant eum, qui tempore Iubilei prima hebdomada visitat Ecclesias, ieiunat, eleemosynam præstat, si die dominico nõ communicet, sed die sequenti lunæ, lucrari indulgentiam.*

16 *Aliqui dicunt eos, qui in secunda hebdomada fecerunt diligentias, posse communicare etiam alio die tertiæ hebdomadæ.*

17 *Vt Iubileus obtineatur, debẽt prædicta omnia præstari duabus hebdomadis præscriptis.*

18 *Ad consequendam indulgentiam visitatio Ecclesiarum debet esse religiosa.*

19 *Non omnes visitationes Ecclesiarum*

rum debent necessario fieri in statu gratia, sed sufficit, si vltima visitatio fiat in gratia.

20 *Quando indulgentia cõceditur visitantibus aliquam Ecclesiam, & in ea orantibus, necessario iuxta aliquos doctores debent fideles ingredi illam.*

21 *Quando quis Ecclesiam ingredi nõ potest propter populi multitudinem, consequitur indulgentiam, si oret foris prope ianuã Ecclesiæ.*

22 *Quando indulgentia conceditur cũ aliqua conditione, si ea non impleatur, non acquiritur indulgentia, quamuis conditio ob aliquam impotentiam non possit impleri.*

23 *Aliqui dicunt comparari indulgẽtiam ab eo, qui eleemosynas largiri non potest ob impotentiam, si catera alia adimpleuerit.*

24 *Romani, qui Roma non habitant, sed alibi domicilium constituerunt, consequuntur Iubileum, si per quindecim dies visitant quatuor Ecclesias.*

25 *Romani qui extra Romã sunt vrbiũ gubernatores, vel litteris dãt operam. gaudent priuilegio peregrinorũ in consequẽdo Iubileo.*

26 *Curiales existentes in curia Romana tenentur visitare per triginta dies quatuor Ecclesias.*

27 *Qui Romam veniunt ad certum negocium, gaudent priuilegio peregrinorum.*

28 *Habentes domicilium in suburbijs vrbis, & nati, & domicilium habentes in vicis & pagis vrbis non gaudent priuilegio peregrinorũ.*

29 *An scholastici gaudeant priuilegio externorum.*

30 *Religiosi, qui Romæ commorãtur, tenentur uisitare Ecclesias per triginta dies.*

31 *Ad hoc, vt comparetur indulgentia, requiritur, vt visitatio fiat cum intentione actuali vel virtuali acquirendi eam.*

32 *Indulgentiam anni Sancti sicut & quamcunque aliam indulgentiam æque consequitur is, qui est Romæ, & visitat quatuor Ecclesias, atque is, qui de longinquo venit ad eas visitandas.*

33 *Qui curru vel equo venit Romam, æque acquirit Iubileũ atque is, qui pedes venit.*

34 *Completa vltima visitatione immediate post illam communicatur fidelibus fructus indulgentiæ & Iubilei.*

35 *Conditionalis dispositio impleta conditione statim suum sortitur effectum, & non antea.*

36 *Relatiuum quis vel qui adiũctum verbo futuri temporis conditionem importat.*

37 *Est maxime vtile, vt vltima visitatio Ecclesiarũ fiat cum receptione sacramenti confessionis & cõmunionis.*

38 *Si quis post visitationes completas aduerteret, se vltimam fecisse in statu peccati mortalis, si intra annum confiteatur, consequetur fructuum Iubilei.*

39 *In Iubileis non necessario requiritur, vt confessio præcedat visitationes Ecclesiarum.*

QVÆSTIO LXXV.

Qualis debeat esse visitatio Ecclesiarum in anno Sancto, et alio tempore ad effectum consequendi Iubileum.

1 DIco primo. In Iubileo anni Sãcti debent fideles deuote visitare Ecclesiam Lateranensem, Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, necnon Sanctæ Mariæ Maioris de vrbe Basilicas semel saltem in die per triginta continuos, aut interpolatos dies, si Romani, vel Incolæ vrbis, si vero peregrini, aut alias externi fuerint per quindecim saltem dies, & pro ipsorum fidelium, ac totius Christiani populi salute pias ad Deum preces effundere, his enim vere pœnitentibus & confessis summus Pontifex plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, remissionem, ac veniam misericorditer concedit, & impartitur. solet tamen summus Pontifex tempus tot dierum visitationum tum immediate dispensare, tum mediate per confessarios, quos quilibet in vrbe elegerit, vt notat Antonin. 1. par. tit. 10. cap. 3. §. 6. in fine. vbi ait. potest Papa abbreuiare dies visitationis, sicut aliquando fecit propter maximam multitudinem concurrentem. Filliucius tom. 1. tract. 8. cap. 10. quæst. 5. num. 256.

2 & quamuis Io. Monachus in extrauag. antiquorum. de pœnitent. & remissio. verbo, & saltem semel in die scribat Bonifacium VIII. auctorem illius extrauagantis declarasse, non esse necesse simul eodem die omnes designatas Ecclesias visitare, at dicendum est omnes esse vno & eodem die visitandas ad consequendum Iubileũ vt etiam dixi in trac. de Iubileo cap. 4. dub. 2. nam in bullis Pontificijs de promulgatione Iubilei non conceditur alia interpolatio nisi dierum & nõ visitationum Ecclesiarum. & ita sentit Rutilius Benzonius de Iubileo lib. 5. cap. 15. dubio 5. vbi scribit sic declarasse Gregorium XIII. de hac re ab eodem Bẽzonio consultum, additque declarationem Ioannis

nis Monachi non fuisse scriptam de mente Bonifacij, & potius esse iudicandam additionem Glossæ, quam interpretationem illius Pontificis. ita etiã sentit Nauar. Comm. de Iubileo. notab. 32. num. 41. quia, inquit, non est recedendum à proprio & communi sensu verborum. l. non aliter. ff. de legat. 3. cap. ex literis. de sponsalib. cap. intelligentia. de verbor. significat. l. labeo. ff. de suppellect. legata. at in bulla iubilei dicitur esse visitandas quatuor Ecclesias semel saltem in die, quæ verba, si eorum proprius & communis sensus attendatur, requirunt, vt omnes illæ quatuor Ecclesiæ visitentur simul eodem die. deinde dicitur Ecclesias esse visitandas in die & non in diebus, ergo visitatio illarum Ecclesiarum debet fieri in vno die, & ita etiam vsus & praxis docet, & seruat. sic etiam opinatur Henriq. lib. 7. de indulgentijs. cap. 14 num. 5. lit. D. sic etiam sentiunt Pinellus de Indulgent. c. 23. Rodriquez de Iubileo. cap. 3. num. 6. Hieron. Gratian. de Iubileo par. 2. cap. 3. & 12. ab hac sententia non discedit Filliucius numero 225. versic. notandum 1. si attente legatur, nam est error in impressione, & deest particula non. cum enim legitur satisfacere, ante hoc verbum debet

3 addi dicto non. possunt tamen Ecclesiæ visitari etiam noctu vt dixi dicto dub. 2. & affirmãt Rodriguez n. 8. Iodochus verb. Iubileus. num. 22. Hieron. Gratian. de Iubileo. part. 2. cap. 12. Henriq. dicto num. 5. vt patet, inquit, ex Iubileo anni 1555. & talis est praxis, & consuetudo. sic etiam Viualdus tract. de indulgent. num. 19. Benzonius de iubileo. lib. 5. cap. 15. dub. 7. dies vero, in quibus Ecclesiæ

4 debent visitari, possunt esse continui aut intermissi, quare qui per quinque dies visitauit Ecclesias, & postea redeat in patriam, si iterum ad vrbem veniat, dicti quinque dies computantur in numero requisito, ita vt sufficiat, si visitet per decem dies.

5 Dico secundo. In Iubileis qui solent promulgari extra annum Sanctum, debent visitari Ecclesiæ diebus præfixis, quare si in illis mandetur, vt visitentur singulis diebus tres Ecclesiæ, non possunt visitari duæ in vna die, & sequẽti quatuor. vt dixi dicto dubio 2. &

cap. 7. dub. 1. & asserit Roderic. in sum. part. 1. cap. 184. nu. 3. qui citat Nauar. de Iubileo notab 32. num. 41. in fine, vbi
6 infert, non posse quempiam duas visitationes eodem die facere ad effectum satisfaciendi duorum dierum visitationi; de quo dubitatum est, inquit, à nónullis. sic etiam Filliucius tom. 1 trac 8. cap. 10. quæst. 5. num 255. vbi inquit, si quis bis die visitaret omnes quatuor Ecclesias, quæ visitandæ sunt in anno Sancto, non propterea satisfaceret visitationi duorum dierum, nam in bulla Iubilei dicitur. qui quatuor Ecclesias saltem semel in die visitauerit, & dicẽdo semel saltem in die, indicat eum, qui pluries in die, non propterea satisfacere nisi vni debitæ visitationi, sed ad summum esse opus super erogationis. sic etiam Rodericus, quare inquit, quando in Iubileis iubetur visitari certas Ecclesias diebus Mercurij, Veneris, & Sabbati, visitatio debet fieri illis diebus, alioqui Iubileus non comparabitur. sicut si confessor pœnitentiam imponeret ei, cuius peccata audiuit, vt per septem hebdomadas recitaret psalmos pœnitentiales, non satisfaceret pœnitens, si vna hebdomada, vel vno die vellet illos recitare septies, si hoc spatium non fuit concessum in fauorem corporis pœnitentis, ne scilicet multum in recitandis precibus defatigaretur, sed in fauorem animæ suæ, nempe vt toto illo tempore sua deflerat peccata, ita dicẽdum est in casu nostro. in Iubileo enim imponitur tẽpus trium dierum in fauorem animarum, vt scilicet sæpius, & maiori parte temporis in sanctis operibus fideles se exerceant, quapropter qui lucraturus est Iubileum, non potest illas preces, quas tribus diebus debet recitare, omnes vno eodemque die persoluere, cum tempus hoc non in fauorem corporis, ne nimium laboret, sit constitutum, sed in fauo-
8 rem animæ. additque Rodericus eodem numero 3. idem esse dicendum de eleemosyna, quæ, si debet dari tribus diebus, non potest dari vno & eodem die. Nauarr. item miscellan. 92. de oratione idem asserit. sic etiam Reginald. lib. 7. cap. vlt. quæstione 4. numero 184. quia forma concessionis, quæ debet seruari, conti-

tinet, vt tribus diebus fiant orationes, & dentur eleemosynæ.

9 Si vero quis ex ignorantia, vel obliuione non orauerit, nec dederit eleemosynam vsque ad diem Sabbati, & tamen hæc illo die posset præstare, probabile est, hunc consequi indulgentiæ effectum, sic enim de mente concedentis videtur præsumendum, & Pontifex si de hoc fuisset interrogatus, verisimiliter pro sua pietate & æquitate sic respódisset. ita Pinellus de indulg. cap. 23. Rodericus & Nauarr. locis cit. & Reginald. num. 185. cum id, quod culpa caret, in damnum vocari non conueniat cap. 2. de constitutio. & dixi in trac. de Iubileo cap. 7. dub. 1. sic etiam

10 sentire videtur Henriq. lib. 7. de indulgent. cap. 10. numero 6. vbi ait, satis esse, si approbante confessario, vltimo die, qui lucraturus est Iubileum, suppleat eleemosynam, quam Iubileus præscribit fieri tribus diebus. nam satisfit intentioni Papæ, quæ est, vt pauperi-

11 bus subueniatur. & idem affirmat de operibus, in quæ ieiunium, & visitatio Ecclesiarũ commutantur. hæc enim possunt fieri die vltimo Iubilei, vel statim post communionem. &

12 Gregorius XIII. vt aliqui referunt, interrogatus à patre quodam Societatis Iesu anno 1579. respondit, solum ieiunium esse præstandum diebus præscriptis in Iubileo, sed dare eleemosynam, & preces recitare posse fieri quolibet die. quod responsum authentice mihi non constat. notat bene Henriquez dicto numero 6. ad obtinendam indulgentiam satis esse, eleemosynam dari ei, cui debet de præcepto vt parenti, aut extreme indigenti, nec oportere dare per se ipsum, sed satis esse per famulum, vel per amicum, qui donet nomine ipsius. sic etiam Filliucius tom. 1. tract. 8. cap. 6. quæst. 13. num. 162. & idem est dicendum, quãdo eleemosyna imponitur in pœnitentiã, Pinellus de indulgentijs. cap.

13 15. Capuccinus item in compendio priuilegiorum Fratrum Minorum. verbo. indulgentia, in annotation. notabili 2. ait, quod quando in iubileo præcipitur, vt tribus diebus ieiunetur, & eleemosyna præstetur, & oratio fiat illis pariter diebus, non sit necesse, vt

diebus illis ieiunij detur eleemosyna, & oratio fiat, sed sufficiat, si fiat oratio, & detur eleemosyna ante communionem.

14 Asserit item in dicta annotatione in princip. quod quando in iubileo mandatur, vt fideles ieiunent, & infra hebdomadam confiteantur, & die Dominica immediate sequenti Eucharistiam sumant, si quis eodem die dominico confiteatur, & communicet, indulgentiam lucretur. vt etiam sentit Henriq. lib. 7. cap. 10. num. 8. vbi ait. Cum in iubileo dicitur, vt in ea hebdomada confiteatur, & communicet, satis est in fine hebdomadæ, seu in dominica confiteri ante communionem, si habeat conscientiam peccati mortalis. sic etiã Viuald. tractatu de confession. tit. de circũstant. peccat. n. 27. sic etiã Nauarr. miscellan. 95. de oration. vbi ait, quamuis melius sit in iubileis confiteri ante eleemosynas, orationes, & ieiunia, quæ solent imponi ad acquirendam indulgentiã, quam postea, attamen si quis differret confessionem vsque ad Dominicam, in qua debet communicare, indulgentiam consequetur, si cætera requisita impleuerit, quia confessio iubetur principaliter ob Eucharistiam, cui præmittenda est confessio. sic Reginald. libro 7. cap. vlt. quæst. 2. num. 173. versic. quintum est. Emanuel Sà verbo. indulgentia. nu. 13. cum dicitur, inquit in iubileo, vt quisque ante omnia confiteatur, sufficit, si intra tempus iubilei. Bonacin. de Sacrament. disput. 16. quæst.

15 1. punct. 5. num. 34. Rodericus in summ. part. 1. cap. 184. num. 14. & num. 19. putat, eum, qui tempore iubilei prima hebdomada visitat Ecclesias, ieiunat, eleemosynam præbet, si die Dominico immediate sequenti non communicet, sed die sequenti Lunæ, lucraturum indulgentiam, vt etiam sentit Henriq. num. 8. allegato. vbi refert Gregorium Decimumquartum anno 1591. in iubileo adiecisse, vt communio fieret in sequenti Dominica post Sabbatum, aut in alio die sequentis hebdoma-

16 dæ, immo scribit Henriquez eos, qui in secunda hebdomada fecerunt diligentias, posse communicare etiam alio die tertiæ hebdomadæ, additque ita

ita declarasse magistrum Sancium Episcopum præmissa consultatione cum sapientibus Sal
17 mantinis. Verum communis conceptus fidelium est debere fideles illa omnia præstare duabus hebdomadis præscriptis, & illis elapsis non comparari iubileum, nisi in bulla aliter diceretur, & huic opinioni tanquam tutiori est adhærendum, vt etiam dixi in tractatu de iubileo cap. 7. dub. 1. & asserunt Medulla part. 3. cap. 8. §. 8. Henriquez lib. 7. cap. 11. nu. 2. Nugnus 3. part. in addition. quæst. 27. artic. 3. dub. 5. in fine. Sanchez lib. 4. Decalogi cap. 54. num. 28.

18 Dico tertio. Cum ad consequendam indulgentiam visitanda sit aliqua Ecclesia, talis visitatio debet esse religiosa, ita vt in cultum, & honorem Dei, & sanctorum cedat, vt dixi in tractatu de iubileo cap. 4. dub. 2. ita Adrian. in 4. tractat. de indulgent. Suarez tom. 4. disput. 52. section. 1. num. 4. nam opus, inquit, quod exigitur ad iubileũ consequendum, vel indulgentiam, debet esse honestum, & pium, nam aliter potius impediret, quam iuuaret remissionem pœnæ, quare si quis ingrediatur Ecclesiam, vbi est indulgentia curiositatis gratia, vel ad confabulandum, vel deambulandum, indulgentiam hic non consequeretur, cum talis visitatio non sit religiosa. Visitatio igitur debet fieri ad Deum, vel sanctum aliquem colendũ, & honorandum, seu vt fiat ex pietate & deuotione. ita etiã asserit Michael Zanardus prima part. Directorij cap. 21. q. 40. Nauarr. de iubileo notab. 32. verbo. deuote. num. 45. & sequentibus, cum quis, inquit, ob vanam gloriam, vel lucrum, vel alterius leuem iniuriam visitat Ecclesias, vel nimio risui, & prophanis negocijs incumbens id agit, vel cum habitu & comitatu suæ personæ indecenti, vel tempore incongruo, cum scandalo saltem veniali aliorum, hic non consequitur fructum indulgentiæ. At vero, si dum visitat Ecclesias, ad aliquam leuem iracundiam, vel ad honorem excitatur, vel voluptati carnis non ita præ viribus resistit, ac similia, hic lucrabitur indulgentiam. ait etiam eum, qui modeste ac deuote Ecclesiam ingrederetur, ex eaque egrederetur, in eaque

que preces deuote effunderet, consecuturum indulgentiam, quamuis reliquum itineris immodeste perageret, & multo magis id erit verum in eo, qui maiorem partem actus visitandi bene faceret, licet pars eius esset mala. Sic etiam Reginald. libro 7. cap. vlt. quæst. 4. num. 188. Pinell. de indulgent. cap. 23. Henriq. libro 7. de indulgentijs. cap. 9. num. 5. si homo fragilis, inquit, dũ visitat stationes, sæpe cadat, aut dum Romam peregrinatur anno centesimo, adhuc consequitur indulgentiam, & satis est, si vltimam visitationem iubileo præscriptam impleat in gratia. Hinc sequi-
19 tur non esse necesse, vt nullum peccatum admittatur toto tempore visitationum Ecclesiarum, quare, inquit Nauar. de Iubileo notab. 32. num. 47. versic. ex quo. qui post aliquot visitationes factas peccauit mortaliter, non tenetur omnes visitationes ex integro repetere, quia illud peccatum visitationes antea factas non reddidit inualidas, & irritas, cum non sit de substantia, vt omnes visitationes fiant in statu gratiæ, & multo minus, quod nullum peccatum mortale admittatur toto tempore, quo illæ debent fieri. Qui item nondum lucratus est indulgẽtiam, licet visitationes cæperit, potest eas de nouo facere, vel eas continuare, si erant moraliter bene factæ, nam etiam in illis casibus, in quibus dispositio finitur primo actu, potest repeti, & fieri secundo, si primus esset nullus, & omnino inutilis. l. hæc conditio. ff. de conditio. & demonstrat. ita etiam Reginaldus libro 7. cap. vltim. quæstione 4. numero 180. ait sufficere, si vltima visitatio fiat in statu gratiæ. sic etiam ad consequendas, inquit, indulgentias, quæ solent concedi contritis & confessis, qui feria quarta, sexta, & Sabbato ieiunauerint, quique in certis ecclesijs orauerint, & sequenti die dominico ieiunauerint, satis esse quod sit in gratia, ante quam Eucharistiam sumat.

Ab hac sententia dissentit Rutilius Benzonius lib. 5. de Iubileo cap. 15. dub. 4 versic. dico quinto. scribit enim in Iubileo anni Sancti esse valde probabile ante visitationes Ecclesiarum esse faciendam confessionem, illasque esse facien-

das

das in statu gratiæ, nam in diplomate Pontificio videtur dici, vt homines præmissa confessione Ecclesias inuisant. sic enim ibi dicitur. qui vere pœnitẽtes & confessi visitauerint. at ordo literæ est seruandus. l. quoties.ff.de vsufruc. cap. mandato. de præbend. in 6. & notat Felin. in cap. cum dilecta. de rescrip. numero 4. sed responderi potest, hunc ordinem verborum poni non ad significandum ordinem operum piorum, quæ debent fieri, sed ad meliorem congruitatem modi loquendi, quia sic melius explicatur, quod intenditur, & imponitur, & intentio Romani Pontificis esse videtur, vt intra tempus Iubilei ante, vel post cæteras diligentias fiat confessio ab ijs, qui volunt comparare Iubileum, vt notat Io. Monachus in extrauagant. antiquorum col. 4. vers. item quæritur, quem refert Nauar. de Iubileo notab. 32. numero 37. deinde in dicta extrauag. Bonifacius VIII. concedit Iubileum ijs, qui vere pœnitentes & confessi, vel qui vere pœnitebunt & confitebuntur, visitauerint Ecclesias, quare sufficit si intra annum Iubilei fiat confessio, & quamuis in Iubileis non soleat hoc tempore poni verba illa. qui pœnitebunt & confitebuntur. at tacite intelliguntur, quia Pontifices nolunt exigere maiorem pœnitentiam & cõfessionem ad consequendum Iubileum, quam Bonifacius requirebat ad suũ. sed hoc dicam infra.

20 Dico quarto. Quando indulgentia conceditur visitantibus aliquam Ecclesiam, & in ea orantibus, glosa in Clementina prima de reliquijs, & venerat. Sanctorum. sub finem verbo in Ecclesia. putat necessario debere fideles ingredi Ecclesiam ad consequendam indulgentiam, quapropter si eam ob gẽtium multitudinem ingredi non possunt, non consequentur, quamuis orent prope templum. indulgentia enim conceditur visitantibus aliquã Ecclesiam, & in ea orantibus, non dicitur vero orare in Ecclesia, qui eam non ingreditur, & tamen indulgentia tantum valet, quantum eius verba sonant. Hanc sententiam sequitur etiam Michael Zanardus parte 1. Directorij Theologorum de sacramento pœnitentiæ cap. 20. quæst. 40. vbi

vbi ait. Quando in diplomate dicitur, quod eis indulgentia conceditur, qui talem Ecclesiam visitauerint, & in ea deuote orauerint, ad acquirendam indulgentiam necessario requiritur, vt fideles ingrediantur in eam, quia oratio facta in valuis non dicitur esse facta in Ecclesia, sicut nec vulnus datum alicui in porta dicitur Ecclesiam polluere, si vulneratus, accepto vulnere, Ecclesiam ingrediatur, eamque sanguine aspergat, quare in tali casu, qui ob populi multitudinem eam ingredi non potest, non acquirit indulgentiam. Quando vero, inquit Zanardus, verba indulgentiæ habent tantum. Qui talem Ecclesiam visitauerint, sufficit ex ianua eam visitare, & indulgentia comparabitur.

21 Alij vero dicunt, quod, quādo quis Ecclesiam ingredi non potest propter populi multitudinem, consequatur indulgentiam si oret foris prope ianuā Ecclesiæ, & sic præsumitur esse mens concedentis indulgentiam. ita Rosella verbo indulgentia. num. 22. Cordubens. lib. 1. quæstio. quæstione 31. notab. 2. Roderic. in summa par. 1. cap. 184. nume. 2. Bonacina de sacramentis. disp. 6. quæst. 1. punc. 5. num. 26. Grassius de indulgent. n. 54. Antonius Fernādez in medulla par. 3. cap. 8. §. 8. n. 3. Paludan. in 4. dist. 20. q. 4. & dixi in tract. de Iubileo c. 4. dub. 3. sic etiam Franciscus Rodriquez. cap. 3. de iubileo num. 8. Alij dicunt esse attendenda verba concessionis indulgentiæ, quare si in diplomate dicatur, vt sacerdos sacrificet in Ecclesia, si indulgentiam voluerit consequi, nō satisfacit, si sacrificet extra eā prope fores, quamuis ob confluentium multitudinem illam ingredi non possit. si vero præcipiatur solū visitare Ecclesiā, poterit quis indulgentiā consequi absque eo, quod illā corporaliter ingrediatur. si præcipiatur orare in Ecclesia, satis etiam est, si prope fores Ecclesiæ oret, nam hic censetur moraliter in Ecclesia orare; & iuxta moralem loquendi modū talis oratio dicitur fieri in Ecclesia, quod præcipue est verum, quando quis facit, quod in se est, vt Ecclesiam ingrediatur, cum tamen ob populi multitudinē nō possit. ita Suarez tom. 4 de pœnit. disp. 52. sect. 1. n. 7.

Obij-

Obijcies. In bulla indulgentiæ dicitur, eam comparari ab ijs, qui Ecclesiam visitauerint, & in ea orauerint, at impotentia nō facit, vt quis consequatur indulgentiā, quando enim
22 indulgentia conceditur cū aliqua conditione, si ea non impleatur, non acquiritur indulgentia, quamuis conditio ob aliquam impotentiam non possit impleri, vt dixi in tract. de iubileo cap. 7. dub. 1. & asserunt Ioannes de Friburgo in summa Confessorum lib. 3. tit. 34. quæst. 187. summa Pisanella verb. indulgentia. vers. vtrū indulgentia valeat illi. Bellarmin. de indulgent. libro 1. cap. 13. quæst. 4. Paludanus in 4. dist. 20. quæst. 4. art. 3. principali conclus. 2. Reginald. lib. 7. cap. vlt. quæst. 4. num. 176. Anton. prima par. tit. 10. cap. 3. §. 4. sub finem. Nauar. de iubileo notab. 19. num. 4. Henriq. lib. 7. cap. 1. num. 3. Suarez tomo 4. de pœnit. disp. 52. sect. 5. num. 1. & seqq. Bonau. in 4. dist. 20. part. 2. art. 1. q. 4. in fine. S. Thom. quodlib. 2. artic. 16. Bonac. de sacrament. disp. 7. quæst. 1. punct. 5. nu. 17. & 20. Pinell. de indulgent. c. 15. Filliucius tom. 1. tractat. 8. cap. 6. quæst. 10. num. 152. vbi ait, si per impotentiam vel naturalem obliuionem opus expressum in indulgentia omittatur, non habetur effectus indulgentiæ, neque enim in his rebus voluntas pro facto reputatur, cum conditio, quæ postulatur, non sit sola voluntas, sed opus ipsum. Cum vero in indulgentiæ cōcessione requiratur tanquam conditio, vt in Ecclesia fiat oratio, si quis in ea orare nō possit propter multitudinem confluentium, non consequetur indulgentiā, quāuis oret prope fores Ecclesiæ, & faciat, quantum in se est, vt eam ingrediatur. Secundo. si vera esset hæc sententia, sequeretur posse comparari indulgentiam, etiam quando fores Ecclesiæ essent clausæ, orando extra illam. immo posset comparari indulgentia manendo domi, cum quis per vim in ea detineretur, quia posset dici, talem esse mentem concedentis, cum ob impotentium, omnino inuoluntarie omittatur visitatio Ecclesiæ, sed hæc non debent concedi, ergo nec etiā debet concedi comparari indulgentiam ab eo, qui prope Ecclesiam orat, cum illi impe-

peditur ingressus ob populi multitudinem, quãuis faciat, quantum in se est, vt eam ingrediatur.

23 Respondeo primo. nonnullos sentire eos, qui ob impotentiam omittunt aliquid facere, acquirere indulgentiam, quamuis in concessione bullæ præcipiatur, vt id fiat. & quidem Graffius in decisionibus libro 4. cap. 15. nu. 24. scribit, comparari indulgentiã ab eo, qui eleemosynas elargiri non potest ob impotentiam, si cætera alia adimpleuerit, etiamsi à confessario commutatio non fiat, quod secus est in ieiunijs, & citat pro sua sententia Nauarrum. Miscellan. 94. de oratio. & sic etiam sentiunt Henriq. lib. 7. cap. 10. num. 6. in glos. Reginald. lib. 7. cap. vlt. quæst. 4. num. 185. Antonius Fernandez in medulla part. 3. cap. 8. §. 8. num. 3.

Respondeo secundo non esse necesse ad acquirendam indulgentiam ingredi Ecclesiam, quando quis impeditur ob populi multitudinem, immo Romæ multi de nocte visitant septem Ecclesias, etiam quando ianuæ sunt clausæ, & orant prope fores Ecclesiæ, & putãt se consequi indulgentias, quæ à Romanis Pontificibus conceduntur visitantibus septem Ecclesias. Et cum Papa hoc sciat, præsumitur eius mens esse, vt consequatur homo indulgentiam, quando Ecclesiam ingredi non potest ob multitudinem gentium, quæ mens non præsumitur in casibus positis in argumento.

24 Dico quinto. In iubileo Anni sancti Romani, vel incolæ vrbis debet visitare quatuor ecclesias per triginta dies, peregrini vero, aut alias externi per quindecim saltem dies. Romani vero, qui Romæ non habitant, sed alibi domicilium constituerunt, si ad vrbem deuotionis causa ad consequendum iubileum venerint, gaudebunt priuilegio peregrinorum, & cõsequentur indulgentiam, si per quindecim dies prædictas quatuor Ecclesias visitauerint. sunt enim quoad hunc actum peregrini, & cum de præsenti non gaudeant priuilegio ciuitatis, cum alibi habitent, congruum est, vt in oneribus nõ reputentur vt Romani, sed veluti externi. deinde ideo conceditur peregrinis & exteris priuilegium acquiren-

rendi iubileum per quindecim dies, ne nimium defatigentur, & ne magnas impensas faciãt. at hæc ratio æque concludit in Romanis, qui Vrbe relicta alibi domicilium constituerũt, ac in exteris, quare eodem potiri debent priuilegio iuxta l. illud. ff. ad l. Aquiliam. & c. dudum. il 2. de electione, & huius sententiæ est Nauarrus de iubileo. notab. 32. verb. Romani. num. 42. & verb. peregrini. num. 44. & Hieron. Gratian. de iubileo part. 2. cap. 12. & dixi in tract. de iubil. cap. 4. dub. 4. Quamuis Benzonius lib. 5. de iubileo cap. 15. dub. 3. sentiat hos teneri ad visitandas Ecclesias per triginta dies. sed non placet. Maior difficultas est de Romanis, qui licet alio domicilium non transtulerint, alibi tamen commorantur, vt sunt Gubernatores variarum vrbiũ, & studẽtes, qui alibi literis dãt operam, & audito iubileo Romam veniunt ad illum consequendum statim postea reuersuri ad loca, quorum sunt præfecti, & ad vniuersitates studiorum, de quibus dicendum est, viros doctos de hac re consultos probabiliter iudicasse, eos gaudere priuilegio peregrinorum, cum deuotionis causa Romam venerint, statim postea redituri, isti enim hic & nunc sunt peregrini & Romipetæ, & propterea debent peregrinorum & Romipetarum beneficio & priuilegio potiri. & ita sentit Hieron. Gratian. de iubileo part. 2. cap. 12. & dixi in dicto cap. 4. dub. 4. de iubileo.

Incolas Vrbis, qui per triginta dies debent visitare quatuor Ecclesias, sentiunt aliqui dici eos, qui perpetuo, vel per multos annos Romæ habitant. ita Nauarr. loc. cit. num. 43. verbo. incolæ. Benzonius lib 5. dicto cap. 15. dub. 2. Scribit Ioan. Monachus in Extrauagan. Antiquorum. de pœnitentijs & remissionibus. verb. Forenses. Sixtum Papam declarasse curiales existentes in curia Romana teneri visitare per triginta dies quatuor prædictas Ecclesias, vt sunt Officiales curiæ, Aduocati, Procuratores, &c. vt etiã dixi dicto dubio 4. Addit Nauarrus teneri pariter per triginta dies visitare Ecclesias eos, qui commorantur per annum Romæ, vel ad aliud certũ tempus adeo magnum, vt arbitrio boni viri dici possint inhabitato-

tores, licet careant domicilio, quod multo magis est verum in ijs, qui venerũt Romam habitare simpliciter non autem ad certum negocium, vel tempus, nam licet isti mutata voluntate possint recedere, tamen interea antequam mutata voluntate recedant, reputantur pro incolis, immo vere sunt in-
27 colæ. Putant tamen nonnulli viri docti eos, qui Romam venerũt ad certum negocium, etiam quod sit lis, cuius finis nescitur, quando futurus sit, gaudere priuilegio peregrinorum, & exterorum, & posse lucrari iubileum, si per quindecim dies ecclesias visitauerint, cum enim isti non sint nec originarij, nec proprie incolæ, nec ad illos reducantur, cum ad Vrbem venerint animo ab ea recedendi negocio finito, includuntur sub nomine peregrinorum, aut alias externorum, & est sententia Hieronymi Gratiani de iubileo part. 2. cap. 12. & dixi dicto dub. 4.

28 De natis, aut habentibus domicilium in suburbijs vrbis, & de natis, vel domicilium habentibus in vicis & pagis territorij vrbis ipsi vrbi immediate subiectis videtur posse esse difficultas, an gaudeant priuilegio peregrinorum & externorum, in qua re sequenda est tutior opinio, & consulendum est eis, vt per triginta dies visitent Ecclesias, si velint lucrari iubileum, nam isti in rigore censentur ciues Romani, nec possunt proprie dici alienigenæ seu exteri. velle autem opinari noluisse obligare Pontificẽ ad triginta dies nisi moram trahentes intra mœnia vrbis, & in suburbijs non autem in vicis prædictis nõ videtur adeo clarum, & propterea adhærendũ est tutiori. vt dixi dicto dub. 4.

29 De scholasticis, qui studiorũ causa Romam venerunt, siue studeant in Sapientiæ Studio, siue in aliquo Collegio, siue alibi, aliqui possunt opinari eos lucrari iubileum, si per quindecim dies quatuor ecclesias visitauerint, quia isti nec sunt Romani, nec incolæ, quia Romam venerũt recessuri, absolutis studijs, quod esse verum, existimarunt, nõnulli viri docti, quãuis Romæ multis annis studuerint, & licet priuilegio ciuium in multis scholastici gaudeant, at in oneribus secus dicendum est. at contrariam opinionem secutus sum dicto dub. 4. pro

qua

qua citaui Nauarrũ notab. 32. de iubileo.verb. incolæ. nu. 43. Gratian.de iubil.par.2. cap.12.

30 Religiosos, qui Romæ commorantur,& sunt de familia alicuius monasterij,vel domus regularis,certum esse debet,teneri visitare Ecclesias per triginta dies, isti enim non solũ sunt incolæ vrbis,sed etiã ciues Romani,& quamuis ad nutum superioris sint amouibiles de loco ad locũ,donec tamen amoueantur, sunt incolæ & ciues. Quod si literas obedientiæ habuerint,vt ab vrbe ad alia loca recedant; non propterea desinũt esse incolæ & ciues, donec corporaliter accedant ad alia loca,vt etiam dixi loc. cit.

31 Dico sexto. Ad hoc, vt comparetur indulgentia Anni sancti,& quæcũque alia, requiritur,vt visitatio fiat cum intentione actuali vel virtuali acquirendi eam. ita Roderic.in sum. par.1.c.184.nu.7.consequetur tamen indulgentiã is, qui iret ad Ecclesiã præcipue ad lucrãdum iubileum.& minus principaliter ob alios fines,imo etiãsi æque principaliter iret tum ob indulgentiam, tum ob aliũ finem,si tamen non fuerit malus moraliter,cũ vnus finis non impediet alterũ.Roderic. loc. cit.

32 Dico septimo. Indulgentiam anni sancti,sicut & quamcũque aliam indulgentiã æque cõsequitur is,qui est Romæ, & visitat quatuor Ecclesias, atq; is,qui de lõginquo venit ad eas visitandas,vt dixi in trac.de iubileo c.5.dub.5. & tradunt D. Tho.in addit.ad 3.par.q.25.ar.2.ad 4.vbi ait.Vicinus Ecclesiæ & Ecclesiæ sacerdotes, & clerici consequuntur tantã indulgentiam,sicut illi, qui veniũt à mille dietis, quoniã indulgẽtia non proportionatur labori operantis,sed meritis Christi,& sãctorum, quæ dispensantur. sic etiam sentit glosa in extrauag. antiquorũ.de poenit.& remiss. verb. confitebuntur. vers. quia ergo. vbi ait. quia indulgentiæ respiciunt principaliter gratiã non meritũ proprium, ideo in indulgentijs conferendis nõ attenditur principaliter quãtitas operis,vnde in præsenti indulgẽtia anni sancti,Romanis,qui visitando Apostolorũ basilicas satis parũ laborant, plenissima cõceditur indulgẽtia, sicut eis, qui de vltimis Galliæ,Angliæ, Scotiæ,Hiberniæ,Hispaniarũq; finibus accedunt cũ magnis laboribus,& expẽsis. attenditur

ergo in istis indulgentijs conferendis principaliter non quantitas operis, sed genus operis; ita vt opus, quod pro dicta indulgentia obtinenda imponitur, sit tale, quod ordinetur ad finem in collatione indulgentiarũ intentum, qui est honor Dei, & exaltatio Fidei, & primatus Ecclesiæ in Vrbe existens. Peregrinatio vero ad præfatas beatorum Apostolorũ basilicas ad honorem Dei, & exaltationem Fidei vt plurimum ordinatur. Sic etiã Rosella verb. indulgentia.n.22.vbi ait. Vicini Ecclesiæ vt clerici, vel religiosi illius loci, vbi indulgentiæ conceduntur, consequuntur tantã indulgentiam, quãtam remoti, quia remissio non proportionatur labori, sed meritis, quæ dispensantur. sed qui plus laborat, de meritis plus acquirit. ita etiam Benzon.de iubil.lib.5.c.15.dub.1.Nugnus in addit. ad 3.par.q.24.ar.3.dub.6.Suar.to.4.de pœnit.disp.52.sect.8. n.3. & 6.Bonacin.de sacram.disp.6.q.1. punc.5. n.19. Graff.de indulg.c.5.n.60.& c.7.n.3. Cordub.li.5.q.31.propos.3.Iodoch. verb.iubileus. n.23. Hier.Gratia.de iubileo.par.1.c.12. Henriq.lib.7.de indulg.c.14. nu.4. Quamuis quidã, inquit, ex proximis locis, aut vicina domo veniant visitare templum Apostolorum cũ paruo labore & sumptu, non minus digni sunt consequi plenariam indulgentiam, quam qui è longinquo cũ magnis expensis, & laboribus peregrinatus est Romã. in vtroq; enim æque subsistit principalis causa recognoscendi Sedẽ Apostolicam Petri, & venerandi Papam. sic etiam Nauar.de iubi-

33 leo notab.31.n.35. Idem dicendum est de eo, qui curru vel equo venit Romam, & visitat Ecclesias. hic enim æque acquirit iubileum, atque ille, qui pedes venit, si cætera necessaria ad eum cõsequendum adimpleat, vt dixi loc.cit. & asserunt Benzonius lib.5.de iubileo cap.15. dub. 22. Franciscus Rodriquez de iubileo cap.3. num.7. Iodochus verbo iubileus.n.23. Gratianus de iubileo part.2. c.12. quamuis Io.de Anania trac.de indul.dub.13.putet eũ, qui curru, & equo veniret Romã, & visitaret etiã curru & equo Ecclesias, si bona vtatur valetudine, non comparaturum iubileum, sed fallitur vehementer.

34 Dico octauo. Completa vltima visitatione immediate

post

poſt illam communicatur fidelibus fructus indulgentiæ & iubilei. vt dixi in trac. de iubileo c.5.dub.1. & tradunt Nauar.de iubil.notab.32.n.49.verb. conſequentur. Benzon. de iubileo lib.5.cap.15. dub.11. Reginal. lib.7.c.vlt. q.4. n.178. Iodoch. Lorichius in theſauro nouo verbo iubileus.num.23. nec requiritur vlla alia vel confeſſoris, vel alterius abſolutio, vel con-
35 ceſſio. nam conditionalis diſpoſitio impleta conditione ſtatim ſuum ſortitur effectũ, & nõ antea, vt conſtat ex cap. ſi pro te.de reſcrip.& l.cedere diẽ.& l.qui hæredi. ff.de cõdit. & demonſt. & docent Decius conſ. 661. nu.12. Socin.vol.1. conſ. 148.n.46. Alciat.conſ.211.n.3. Gratus volum.2.conſ.86.nu.1. Pariſ.vol.2.conſ.95. n.44. Ancharan.conſ.169.n.2.Alexand. in l.1.in princip.n.7.ff.ad l. Falcid.Caualcan.tract. de vſufruc. mul.rel.cap.9.n.117.& 119.Bẽuenu.trac.de mercat.tit de mãdato.n.8. at iubileus cõceditur ſub conditione, ſi viſitauerit.
36 nam relatiuũ quis vel qui adiunctum verbo futuri temporis, vt in iubileo adiungitur, conditionem importat. l.Stichũ, qui meus erit.ff.de legatis 1.l.ſerui electione.§.labeo.ff. eodem tit. l.nuper.ff.de legat.3. & notant Accac.Ant.in rubric.ff.de condit.& demonſt.cap.2.n.9. Galganet.de condit.& demonſtrat. par.1.c.4.n.11. Tiraq. in l. boues.§.hoc ſermone.limit.16.n. 1.Ioſeph.Seſſe Arag.deciſ.124. n.17.Iaſ.in d.l.Stichum.nu.1.& ſeqq.& in l.ſi ita quis.de verb. obligat.n.2. & ſeqq.ergo completa vltima viſitatione ſtatim cõmunicatur fructus iubilei. & fauet Paludanus in 4. diſt. 20. q.4. ar.3.principali concl.2.cũ ait, indulgentiam conceſſam omnibus crucẽ ſumentibus ſtatim comparari ab eo, qui illam ſumeret,etiamſi plus non faceret,ſed ſi diceretur. transfretãtibus,non obtineri, antequam ſit vltra. ſin autem dicatur eũtibus, acquiri in via. vt etiam notauit Reginaldus dicto nu. 178.Hinc ſequitur non comparatum iri hunc iubilei effectum ab eo, qui in illo vltimo momento non fuerit in ſtatu gratiæ, vt etiam aduertunt Benzonius, & Nauarrus locis citatis.

37 Idem Nauarr. de indulgent. notabili 19. num.22. ait eſſe maxime vtile, vt vltima viſitatio in iubileo præſcripta, qua ip-

ipſo iure ſine noua abſolutione confeſſarij iubileus acquiritur, fiat in bono ſtatu,& maxime expedire,vt in die vltimæ viſitationis paulo ante vel poſt ſacratiſſimum Chriſti corpus ſu-
38 matur. Quod ſi poſt viſitationes omnes completas quis aduerteret, ſe vltimam viſitationē feciſſe in ſtatu peccati mortalis ,& ſuas confeſſiones non fuiſſe legitimas, ſi intra annū ſuppleat hunc defectum,& cōfiteatur , conſequetur fructum iubilei , quamuis etiam in patriam redierit. ita Nauar. dicto notab. 32. verbo durante. in fine. num. 39. & verbo conſequentur. num. 49. & ſic præſumitur eſſe mens Pontificis, qui tanto gaudio , inquit, ad tantam lætitiam tantam indulgentiam indixit. quod item aſſerit Benzonius lib. 5. de iubileo cap. 15. dub. 11. idem Nauar. num. 37. refert Io. Monachum in extrauag. Antiquorum. de poenit. & remiſſio. col. 4. verſ. item quæritur, aſſerentem, eum, qui in peccato mortali implet viſitationes, conſequi iubileum, ſi poſtea anno durante confeſſus in Dei gratiam redierit. nam in diplomate Iubilei ſolum videtur requiri, vt qui indulgentiam ibi conceſſam vult conſequi, tria præſtet, nempe vt ſit verus poenitens, & legitime confeſſus, & quod viſitet Eccleſias quindecies vel trigeſies. & quod dicit Nauar. videtur ſatis rationabile, nam alioqui ſequeretur, eū, qui in vltimo momento viſitationis eſſet in peccato mortali, non conſecuturum iubileum, quamuis per totum antea & poſtea fuerit in ſtatu gratiæ, quod videtur abſurdū, & propterea non debet concedi iuxta l. nam quod abſurdum. ff. de bonis lib. hanc ſententiam ſecutus ſum in tractatu de iubileo dict. cap. 5. dub. 1.

39 Dico nono. Ex dictis infertur in Anno Sancto Iubilei ſicut in alijs iubileis, qui extra annum ſanctum ſolent cōcedi, non neceſſario requiri, vt confeſsio præcedat viſitationes Eccleſiarum, vt probaui in tractatu de iubileo cap. 4. dub. 1. & tradunt Nauar. de iubil. notab. 32. num. 47. Henriq. lib. 7. de indulg. cap. 9. num. 5. Viuald. de indulg. num. 15. Reginal. lib. 7. cap. vlt. quæſt. 4. n. 180. & 188. Filliucius tom. 1. tract. 8. c. 10. q. 5. n. 258. Franciſcus Rodriq. tract. de iubileo cap. 3. num. 5. Hie-

Hieron. Gratia. de iubileo par. 2. cap. 12. est contra aliquos doctores, qui putāt in iubileo anni sancti debere confessionem præcedere visitationes Ecclesiarū, & debere has fieri in statu gratiæ. ita Benzon. lib. 5. de iub. c. 15. dub. 4. vers. dico quinto. Nauar. de iubil. c. 17. n. 11. & notab. 19. n. 16. & 19. Caietan. trac. 10. de indulg. q. 2. to. 2. Adrian. in quæst. de clauib. quæst. quæ incipit. sed probabile dubium. & quæstio. sequen. conclus. 4. Armilla verb. indulgentia. nu. 14. Comitol. lib. 1. responsor. quæst. 37. n. 2. sed probatur nostra sententia. Primo. quia sic videtur vsu receptum. nam in Anno sancto multi non præcedente confessione incipiunt visitare Ecclesias, & putāt se lucrari iubileum, saltem si ante finitas visitationes confiteantur. Secundo. Iubileus conceditur sub conditione, si durante Anno sancto fideles fuerint confessi, & visitationes fecerint, & quamuis illa verba, quæ habentur in bulla iubilei, sint præsentis, vel præteriti temporis, dicitur enim, qui pœnitentes & confessi, quia tamen adduntur alia verba nempe. Quo quidem anno durante. æquiualenter sunt etiam futuri temporis, & faciunt hūc sensum. si anno durante quis fuerit vere pœnitens, & confessus, & visitauerit, ergo non necessario confessio debet fieri ante visitationes. Tertio. beneficium Principis est latissime interpretandum. l. beneficium. ff. de constitut. Princip. si non fuerit in præiudiciū tertij. at concessio iubilei est beneficium supremi Principis, in nullius est præiudicium, ergo est interpretandum, vt non solum gaudeat illo beneficio, qui confitetur ante visitationes, sed etiam qui vel intra annum iubilei confitetur, vel qui id facit ante vltimam visitationem. Quarto. Optime etiam possunt interpretari illa verba. qui pœnitentes & confessi visitauerint, quod significent esse ex consilio præmittendam confessionem, & optime sibi consulere eos, qui omnes visitationes student facere in statu gratiæ, ergo hic sensus tanquā fauorabilis est amplectendus. alioqui pauci consequerentur iubileum. Quinto. In nonnullis iubileis, qui extra Annum sanctum publicantur, solet etiam dici. Qui

vere pœnitentes & confessi visitauerint tres Ecclesias, & feria secunda, quarta, & sexta alicuius hebdomadæ preces effuderint, & eleemosynas fecerint, & die Dominica immediate sequenti Eucharistiam susceperint, & tamen paucissimi sunt, qui ante feriam secundam, nempe die Dominico, quo publicatur iubileus, confiteantur, & faciant alia præmissa confessione, & tamen nulli est dubium eos consequi iubileum, si intra hebdomadam cõfiteantur, ergo quãdo in iubileo Anni sancti dicitur: qui vere pœnitentes & cõfessi visitauerint Ecclesias. & cæt. non significatur esse necessario faciendam cõfessionem, antequam fideles incipiãt visitare Ecclesias: sed satis erit, si vel intra annum Iubilei, vel saltem ante vltimã visitationem confiteantur.

Hic nota olim non potuisse esse de hoc difficultatem, nam in bulla Bonifacij Octaui incipit. Antiquorum. de pœnitent. & remission. dicitur consequi indulgentiam eos, qui vero poenitentes & confessi, vel qui vere poenitebunt, & confitebuntur, accesserint ad Ecclesias, quare non necessario erat ante visitationes Ecclesiarum facienda confessio. at in extrauaganti Clementis Sexti, & in subsequentibus bullis Pōtificij de indictione iubilei dicitur concedi indulgentiam iubilei ijs, qui vere poenitentes, & confessi Ecclesias præscriptas deuote per tot dies visitauerint.

SVMMARIVM.

1 *Ad hoc, vt quis consequatur indulgentiam, non necessario requiritur, vt praecedat confessio actualis. sed satis est, si homo sit in gratia.*

2 *Ad consequendam indulgentiam interdum requiritur confessio, quando scilicet Papa illam requirit, vt conditionem necessariam ad comparandam indulgentiam.*

3 *Quando in bulla indulgentiæ apponuntur verba. Præmissa aut facta confessione. Tunc necessario requiritur, vt praecedat confessio.*

4 *Si pœnitens habet solum peccata venialia, non necessaria est confessio actualis ad consequendam indulgentiam.*

5 *Qui in quadragesima est sine peccato mortali, non obligatur præcepto Ecclesiastico ad confessionē faciendam in Paschate.*

Ali-

6 *Aliqui putant ad consequendum iubileum necessario requiri, vt homo confessionem faciat peccatorum venialium, etiamsi nullius culpæ mortalis sibi fuerit conscius.*

7 *Quando indulgentia cõceditur sub hac forma, vere pœnitentibus & confessis, non necessario ex vi huius concessionis requiritur, vt præcedat actualis confessio, sed sufficit contritio seu confessio in voto, & quod fuerit facta tempore ab Ecclesia constituto.*

8 *Aliqui doctores dicunt esse præmittendam actualem confessionem, quando indulgentia conceditur sub hac forma vere pœnitentibus & confessis.*

9 *Dictio copulatiua vtriusque partis veritatem exigit.*

10 *Dictio & est coniunctiua & copulatiua.*

11 *In dubio à verborum proprietate non est recedendum.*

12 *Verba debent intelligi secundum communem vsum loquendi.*

13 *Communis vsus loquendi attendẽdus est.*

14 *Forma diligenter est seruanda, alioqui illa non seruata, actus est nullus.*

15 *Anno sancto acquiritur iubileus, si vltima visitatio Ecclesiarum fiat in gratia.*

16 *Quando confessio fieri non potest vel ex defectu confessoris, vel ex obliuione, vel ex alia impotentia, vel causa aliqua legitima, tunc sufficit status gratiæ ad lucrandam indulgentiam.*

17 *Habenda est tanquam lex id, quod respondisset legislator, si de hoc fuisset interrogatus.*

18 *Si in concessione indulgentiæ dicatur esse præmittenda cõfessio omnium peccatorum, non necessario requiritur confessio peccatorum venialium.*

19 *Si in concessione indulgentiæ diceretur esse præmittenda confessio, si quis ex obliuione vel alia iusta causa omittat confiteri aliquod peccatum mortale, consequetur effectum indulgentiæ.*

20 *Si confessio requiratur ad consequendum iubileum, & intra tempus præsciptum confitearis, antequam vero consequaris effectum indulgentiæ, iterum pecces mortaliter, necessario debes iterum confiteri, nec sufficit, si solum conteraris.*

21 *Si ex obliuione omisisti confiteri aliquod peccatum mortale, & antequam elabatur tempus iubilei, illud in mentem veniat, teneris illud confiteri, vt consequaris effectum indulgentiæ.*

22 *Si intra tempus iubilei peccas mortaliter, si non aduertas, neque illius recorderis, illud peccatum non impedit effectum indulgentiæ, si tamen deleatur per actum dilectionis Dei.*

23 *Si in bulla indulgentiæ requiratur communio, nec vlla fiat mentio de confessione, ex vi talium verborum non necessario requiritur, vt præcedat confessio ad consequendam indulgentiam.*

24 *Quando simul cum concessione indul-*

dulgentiæ conceduntur alij fauores, vt commutatio votorum, absolutio à peccatis reseruatis &c. An si confessio nō fiat, obtineatur indulgentia, & alij fauores.

QVÆSTIO LXXVI.

An ad consequendam indulgentiam requiratur confessio.

1 Dico primo. Ad hoc, vt quis consequatur indulgentiam, non necessario requiritur, vt præcedat cōfessio actualis, vt dixi in trac. de iubileo cap. 14. dub. 1. & docent Glossa in cap. quod autem. de pœnit. & remissio. verbo. vt prosint. & in Clement. vnic. de reliqu. & venerat. sanctor. Abbas in cap. omnis. de pœnitet. & remissio. & ibi Turrecrem. Gerson 2. part. suorum operum alphab. 33. & in trac. de indulg. consid. 3. Syl. verbo indulgentia. quæst. 7. num. 20. Anton. 1. part. tit. 10. cap. 3. §. 5. quæst. 6. Tabiena verbo indulgentia. quæst. 4. Rosella eodem verbo num. 22. supplement. Gabriel. in 4. dist. 45. quæst. 3. art. 3. dub. 1. Palud. in 4. dist. 20. quæst. 4. art. 3. concl. 1. Felinus sermo. de indulgent. col. 6. num. 25. & seqq. Angelus verbo indulgentia. num. 17. Rutilius Benzonius de iubileo lib. 5. cap. 15. dub. 4. Cardinal. in Clement. 1. de reliqui. & venerat. sācto. sub finem. Suarez tom. 4. de poenit. disp. 52. sectio 3. numero 1. Nauar. Comment. de iubileo. notab. 18. num. 8. & seqq. Reginal. lib. 7. cap. vlt. quæst. 2. nu. 171. Filliucius tom. 1. tract. 8. cap. 6. quæst. 8. num. 143. Bonacina de sacrament. disput. 6. quæst. 1. punc. 5. num. 6. Graffius de indulgent. num. 9. Coninch. de sacrament. dub. 7. nu. 38. disp. 12. de indulgentijs. Hieronym. Gratia. de iubileo part. 2. cap. 2. & 12. Pinell. de indulgen. cap. 13. nam satis est, vt quis sit in gratia ad hoc, vt lucretur indulgentiam. vnde interdum conceduntur indulgentiæ solum contritis, interdum contritis, vel confessis, ergo satis est contritio, quæ votum confessionis includat. quare si concedatur indulgentia visitantibus talem locum sacrum, & in bulla concessionis nulla fiat mentio de contri-

tritione, nec de confessione, satis erit ad illam comparandam contritio. ita Nauar. dicto notab. 18. num. 10. vbi ait, præsumendum est Pontificem concedere indulgentiam vere pœnitentibus non confessis, nisi exprimat, se illam concedere pœnitentibus, & confessis, quia licet quando vtrumque exprimit, vtrumque requiratur, tamen posterius iure tantum humano exigitur, prius autem etiam diuino, sic etiam in hoc casu docent Suarez num. 1. Reginald. num. 171.

Obijcies. In extrauag. vnigenitus de pœnitent. & remissio. dicitur Petro esse concessa facultas applicandi Thesaurũ indulgentiæ vere pœnitẽtibus & confessis, ergo ad hoc, vt alicui applicetur indulgentia, necessario requiritur confessio. & in Concilio Cõstãnsiensi sessio. vlt. dicitur, suspectos de hæresi esse interrogandos, vtrũ credant, quod Romanus Pontifex omnibus Christianis vere contritis & confessis possit ex pia & iusta causa concedere indulgentias. Respondeo in citatis locis solum exprimi id, quod certius est, vel quod ordinarie & per se requiritur ad hoc, vt remittatur culpa, & pœna, nec enim ex professo ibi tradit doctrina de indulgentijs, sed obiter tantum tangitur. Respondeo secundo per homines contritos & confessos intelligi homines existentes in gratia.

2 Dico secundo. Ad consequendã indulgentiam interdum requiritur confessio, quãdo scilicet Summus Pontifex illam requirit vt conditionem necessariam ad comparandam indulgentiam. probatur primo, quia interdum id apponitur, cum indulgentia conceditur. Secundo: potest Pontifex requirere aliqua pietatis opera, nempe ieiunium, orationem, eleemosynam, &c. ad hoc, vt quis lucretur indulgentiam, ergo poterit etiam exigere, vt præcedat confessio tanquam

3 opus pium. & quidem quando apponuntur verba: præmissa, aut facta confessione. tunc necessario requiritur, vt præcedat confessio, ita Suarez tom. 4. de pœnit. disp. 52. sect. 3. num. 4. Bellarm. de indulgent. lib. 1. cap. 13. quæst. 3. quia, inquit, ponitur in forma indulgentiæ confessio in re, vt conditio quædam, seu vt pars operis

ris iniuncti, & non solum ad hoc, vt homo transferatur de statu peccati ad gradũ gratiæ. Filliucius tom. 1. tract. 8. cap. 6. quæst. 8. dicto 2. num. 144. vt etiam dixi in tractatu de iubi-
4 leo cap. 14. dub. 2. Quod si pœnitens habeat solum peccata venialia, non necessaria est cõfessio actualis, vt dixi in tractatu de iubileo cap. 14. dub. 2. & affirmant Supplement. Gabriel. in 4. dist. 45. quæst. 3. ar. 3. dub. 1. Nauar. comm. de iubileo. notab. 18. num. 18. vbi ait: Non est necessarium facere confessionem die, vel tempore, quo indulgentia est lucrifacienda, sed satis est, quod post vltimam cõfessionem nullum peccatum mortale admiserit, neque de aliquo nondum confessione detecto noue recordatus fuerit, & citat pro hac sententia Glosam in Extrauag. 1. de pœnit. & remissio. idem asserit notabili 30. num. 6. sic etiam sentiunt Reginald. lib. 7. cap. vlt. quæst. 2. num. 173. Suarez num. 4. qui dicit esse communem opinionem. Bellarmin. dicta quæst. 3. vbi ait: quãdo in forma indulgentiæ non iniungitur expresse opus confessionis, sed simpliciter dicitur concedi indulgẽtia verè pœnitentibus & confessis, tunc non videtur requiri confessio, vt pars operis iniuncti, sed solum vt homo sit in statu gratiæ, & ideo si quis non habeat peccata læthalia, non necessario confiteri tenebitur. Aegidius Conink de sacramentis disp. 12. de indulg. dub. 7. num. 3. Nota, inquit, quando in indulgentijs requiritur confessio secundum communem sententiam id intelligendum est de ijs, qui habent consciẽtiam peccati mortalis, quia confessio non solet requiri nisi ad huius expiationem. Filliucius num. 145. Quando, inquit, in indulgentijs exprimitur confessio, intelligitur de pœnitente habente conscientiam peccati mortalis. Henriq. lib. 7. de indulgen. cap. 10. nu. 8. littera S. in glosa. & cap. 12. num. 2. Cæsar Bottonus de iubileo Sixti Quinti lib. 2. pag. 182. Bonacina de sacrament. disp. 6. punc. 5. num. 7. Iodochus Lorichius in thesauro nouo vtriusque Theologiæ. verbo iubileus. num. 21. Hier. Gratian. de iubileo par. 2. c. 22. Pinellus de indulgent. cap. 19 dicit esse opinionem probabilem, quamuis

tuis ipse contrariam putet probabiliorem Benzonius de Iubileo lib. 5. cap. 15. dub. 6. Michael Zanardus par. 1. directorij tract. de sacram. pœnitentiæ cap. 21. quæst. 24. Graffius in decision. lib. 4. cap. 15. nu. 19. vbi ait sufficere confessionem prius factam ante iubileum, quia ex quo, inquit, iste, qui alias rite confessus est peccata sua, sit in statu gratiæ, implet formam indulgentiæ, cum sit vere poenitens & confessus, & consequenter lucrabitur effectum indulgentiæ implens ea, quæ in bulla mandantur impleri, vnde illud participium, confessis, exponendum est nempe qui sunt, vel fuerunt confessi, vnde si fui confessus ante indulgentiam, & perseuerauì in statu gratiæ, est verum me fuisse confessum, ac proinde indulgentia mihi proderit. sic etiam sentiunt Turrecrem. in cap. mensuram. §. in Leuitico. num. 81. de poenit. dist. 1. Comitolus libro 1. responsorum, quæst. 39. & probatur. quia absolute & vniuersaliter loquendo, quando dicitur, quod sit facienda confessio, communiter intelligitur de confessione peccatorum mortalium, sicut quādo absolute dicitur peccatum, intelligitur de peccato mortali. Secundo Ecclesia non solet præcipere nisi cōfessionem peccatorum mortalium, quare qui in quadragesima est sine peccato mortali, non obligatur præcepto Ecclesiastico ad confessionem faciendam in Paschate, vt bene notant D. Thom. 3. part. quæst. 65. art. 1. & quæst. 84. art. 2. Durand. in 4. dist. 17. quæst. 9. num. 6. Maio. quæst. 2. Almay. quæst. 1. ar. 6. Scot. art. 3. Gabriel. quæst. 1. art. 2. concl. 2. Palud. quæst. 2. art. 4. Caiet. tom. 1. opuscul. tit. 5. quæst. 1. & 3. par. quæst. 65. art. 2. ad 4. Syl. confessio 1. quæst. 13. Sotus in 4. dist. 18. quæst. 1. art. 3. Nauar. in sum. cap. 21. num. 34. Azor tom. 1. lib. 7. cap. 39. quæst. 3. Suarez disputatione 36. sec. 2. num. 7. tom 4. de pœnitentia. Cano relectio. de poenitent. par. 5. Angelus confessio 2. num. 4. Rophensis art. 8. contra Lutherū. Ruardus art. 5. pag. 203. Benzonius de iubileo lib. 5. cap. 15. dub. 6. ergo nec solet exigere confessionem peccatorum venialium, vt cōditionem necessariam ad hoc, vt indulgētiam, vel fauorem aliquem cōcedat,

Ter-

Tertio. Indulgentiæ tantum valent, quantum sonant, sed illa verba, vere poenitentibus, & confessis nihil aliud significant, nisi vt qui indulgentiam consequi volunt, de suis peccatis fuerint cōfessi, quod vere præstiterunt, qui ante iubileum vel indulgētiam promulgatam sua peccata sunt confessi, deque illisque veram poenitentiam egerunt, ergo ad lucrandam indulgentiam non est necessaria alia cōfessio de nouo. Quarto. Sæpe conceduntur indulgentiæ confessis & Eucharistiæ sacramento munitis visitantibus Ecclesiam aliquo die festo alicuius sancti, & tamen omnes putant se consequi indulgentiam, si ante paucos dies fuerint confessi, & communicauerint, quamuis sciant post vltimam confessionem se esse lapsos in aliquod peccatum veniale, ergo vniuersaliter quando conceditur indulgentia vere poenitentibus & confessis, non requiritur necessario confessio actualis, si is, qui vult eā lucrari, non sit sibi conscius alicuius peccati mortalis. Quinto. Si Papa non concederet indulgentiam nisi confessis, vereque poenitentibus, atque contritis, non necessario requireretur vi huius concessionis nouus actus poenitētiæ seu contritionis in eo, qui post vltimam confessionem nullum peccatum commisisset, sic nec etiam noua confessio videtur necessaria in eo, qui post vltimam confessionem semper in statu gratiæ perseuerauit. Sexto. Si quotiescunque est consequenda indulgentia, requireretur noua confessio, sequeretur, quod semper fideles deberent adire sacerdotem in tēplis, vt ei sua peccata venialia confiterentur, quoties casu inciderent in eiusmodi indulgentias, quod sæpe accideret, cum passim Romæ fere singulis diebus festis concedantur indulgētiæ cōfessionis & Eucharistiæ sacramentis expiatis, si aliquam Ecclesiam visitauerint, immo deberent fere semper ducere sacerdotem, cui sua peccata confiterentur, quod nulla ratione concedi debet. Septimo. In concessione indulgentiarum, quod summus Pontifex maxime optat, id est, vt fideles absque vlla culpa mortali templa adeant, in illisque suarum poenarum condonationem, ac remissionem assequantur,

tur, ergo qui nulla labe mortali sunt polluti, consequuntur indulgentiam, quamuis nullam de nouo peccatorum venialiũ confessionem instituant. Octauo. Sæpissime ad Ecclesiæ valuas affiguntur indulgẽtiæ plenariæ ijs, qui sua peccata fuerint confessi, & sacrum Christi corpus susceperint, atque eleemosynam fuerint elargiti: plurimi, qui solum adeundo illud templum admonerentur tali scripto de indulgentia, illam minime cõsequerentur, quamuis sint in statu gratiæ, & ita euanesceret finis indulgentiæ, qui est eleemosynarum largitio, quod non debet admitti.

6 Ab hac sententia discedit Rodericus in sum. par. 1. cap. 184. num. 12. qui ait ad consequendum iubileum necessario requiri, vt homo confessionem faciat peccatorum venialium, etiamsi nullius culpæ mortalis sibi fuerit conscius. Filliucius tom. 1. trac. 8. cap. 6. quæst. 8. num. 145. ait hanc opinionem in rigore esse tutiorem, & probabilem. vt sensit, inquit, Antonin. 1. part. tit. 10. cap. 3. §. 2. Syl. indulgentia. quæst. 10. Rodericus in summ. part. 1. cap. 184. num. 12. Sanchez lib. 8. de matrimo. disp. 15. num. 19. vbi dicit esse veriorem, & communiorem opinionem. Pinellus de indulgent. cap. 23. Medulla part. 3. cap. 8. §. 8. num. 8. Herriq. in sum. lib. 7. de indulgentijs. cap. 12. num. 2. sane, inquit, qui tempore iubilei non habet cõscientiam peccati mortalis, non obligatur confiteri, quia iubileus intelligitur, sicut & præceptum annuæ confessionis, si modo quis habeat conscientiam peccati, licet tutior sententia sit, vt intra tempus publicationis confiteatur saltẽ aliquod veniale, indulgentiæ enim sunt explicãdæ, vt sonant, & Papa videtur inducere confessionẽ tanquam opus supererogationis, vt tutiori remedio in gratia constitutus impetret efficacius finem, ob quem conceditur indulgentia, sic enim præscribit ieiunia etiam senibus & minoribus 21. anno. & eleemosynas & orationes, quæ alias sunt de consilio. Viuald. de confes. nu. 27. ait hanc opinionem esse tutiorem. Cordub. lib. 5. quæst. quæstione 28. sub finem ait requiri confessionem particularem de venialibus notabiliter aggrauantibus memoriæ occurrẽtibus, quia sic videtur

tur tenor indulgentiæ, de alijs vero requiritur, & sufficit confessio sacramentalis generalis, seu in genere de venialibus, quod vero ad consequendum iubileum necessario requiratur confessio actualis sic probari potest. In bulla iubilei & indulgentiæ dicitur esse præmittendam confessioné, ergo quãuis homo solum habeat peccata venialia, debet præmittere confessionem. Respondeo negando consequentiam. nam verba bullæ sunt intelligenda de ijs, qui habent peccata mortalia, sic enim communiter fideles interpretãtur talem modum loquendi, & talis est vsus, nisi in bulla expresse dicatur, quod necessario requiratur cõfessio etiam in eo, qui tantum habet peccata venialia, quod rarissime, aut nunquam fit.

Secundo. Obijci potest. Ad lucrandum indulgentiam requiritur, vt præcedat communio, quamuis quis nullius peccati mortalis sit conscius, ergo etiam necessario requiritur, vt præcedat confessio. Respondeo non esse parem rationem. nam confessio requiritur supposito quod quis sit in peccato mortali; ad quod tollendum confessio est per se instituta, at vero cõmunio requiritur per se, & ideo omnes debent communicare, etiamsi peccata mortalia non habeant, cum communio requiratur vt conditio necessaria ad consequendam indulgentiam.

7 DICO tertio. Quando indulgentia conceditur sub hac forma. vere pœnitentibus & confessis. non necessario ex vi huius concessionis requiritur, vt præcedat actualis confessio, sed sufficit contritio, seu confessio in voto, & quod fuerit facta tempore ab Ecclesia cõstituto. ita Paludan. in 4. dist. 20. quæst. 4. art. 3. conclus. 1. Gerson. 2. part. suorum operum alphabeto 33. & in trac. de indulgent. co. 3. Glosa in Clement. vnic. de reliq. & venerat. sancto. & ibi Cardinalis sub finem. Io. Andr. in cap. quod autem. de poenitent. & remissio. Abbas in cap. omnis vtriusque sexus. num. 21. eodem tit. & ibi Bartholomeus de Belletzinis eius additionator. vbi ait. ille, qui fuit cõfessus in paschate, & intendit confiteri in futuro, gaudet beneficio indulgentiarum concessarum vere pœnitentibus & confessis, dum tamen

men habeat contritionem etiã absque cõfessione. Felin. trac. de indulgent.col.6. num.25.& seqq.Suarez tomo 4.de pœnit. disp.52.sect. 3. num. 12. & 13. Antonin. 1.parte tit.10. cap.3. §. 2. & 5. Rosella verbo indulgentia num.22. vbi ait, indulgentiam concessam vere pœnitentibus & confessis prodesse illis, qui fuerunt confessi semel in anno, & habent propositum confitendi, & contritionem de peccato præterito, nam isti dicuntur vere pœnitentes, ex quo habent contritionem, & vere confessi, ex quo fuerunt confessi tempore determinato, & habent propositum confitẽdi, nam contritio est illa, quæ multum operatur apud Deum. &, vt ait Glossa in Clement. 1. de reliqu. & veneratio. sanctorum. in verbo confessis, huiusmodi remissiones nõ decet, nec expedit amare interpretari. sic etiam sentit Toletus in summa lib.5.cap.27.num.2.vbi scribit.cum dicitur in indulgẽtia confessis & contritis,non est opus confiteri statim, nisi alijs verbis explicetur hoc in concessione, sed satis est, illo anno fuisse confessum,& habere tunc contritionem cum proposito confitendi tempore debito. Armilla verbo indulgentia,num.18.non requiritur, inquit, actualis confessio in recipiente indulgentiam, licet dicatur in bulla confessis & contritis,sed sufficit contritio cum proposito confitendi tempore debito secundum formam Ecclesiæ, quia tales dicuntur cõfessi iuxta dictam formam, bonum tamen est confiteri, nam ex vi huius sacramenti multoties ex attrito fit quis contritus, & magis ad indulgentiam disponitur. sic etiam Tabiena verbo. indulgentia. nu.18. Syl. eodem verbo quæst.7.num.20. qui addit sic fuisse responsum, & declaratum in Concilio Cõstãtiensi. sicut habetur in quodam libello scripto manu reuerendi quondam patris fratris Ioãnis de Galophia Ordinis Prædicatorum viri docti & veridici. & Felinus loco citato scribit etiam sic fuisse declaratum à Concilio prædicto. Angelus verbo indulgentia. num. 17. quamuis ad indulgentiam requiratur, quod quis sit contritus, & confessus,videtur tamen, inquit, satis rationabile, quod hoc intelligatur secundum Ecclesiæ interpretationẽ.

Vnde

Vnde ille, qui fuit confessus in Pascha, & post cecidit in peccatum mortale, si conteratur de eo, & deliberet confiteri in quadragesima futura, censebitur confessus & cōtritus, & sic habebit indulgentiam. & licet hæc sit pia opinio, quam Panormita. in cap. omnis vtriusq; de pœnit. & remiss. tangit, & Io. Andreas in cap. quod autē, de pœnitent. & remission. & in glos. in Clement. vnic. de reliq. & veneratio. Sancto. & Cardinalis ibidem tenet, tamen tutius est, vt confiteatur maxime cum vix sciant seculares vere conteri, si confiteri non potest, commode conteratur, & credo eam habebit, non autem existens in peccato scilicet nō contritus. sic etiam sentiunt Comitolus lib. 1. responsor. q. 39. num. 3. & 4. Supplement. Gabriel. in 4. dist. 45. quæst. 3. art. 3. dub. 1. quam sententiam Viuald. de indulgent. num. 20. dicit esse communiorem & valde probabilem, & hæc sententia sic potest probari.

Summus Pontifex per huiusmodi verba non exigit confessionem, vt opus quoddam speciale ad consequendam indulgentiam, quo modo exigit ieiunium, eleemosynam &c. sed solum vt quis sit capax effectus indulgentiæ, cuius potest esse capax per solam contritionem, quare dicit se indulgentiam concedere contritis & confessis, quia nempe requirit confessionem, quatenus est necessaria, vt quis sit dispositus ad consequendam indulgentiam at contritio sufficienter disponit ad hunc effectum. Secundo. Pontifex potest concedere indulgentiam contritis & confessis, ita tamen vt non semper requirat vtramque simul conditionem, sed solum quatenus vel vtraque vel vna tantum constituit hominem in gratia, ergo quando vtitur hac formula in concessione indulgentiæ videtur velle significare, quod sufficiat sola contritio, per quam quis constituatur in statu gratiæ, & talis videtur esse mens concedentis, & fauores, & gratiæ potius sunt extendendæ, quam restringendæ, cum enim agitur de beneficio principis, gratia est accipiēda, & interpretanda eo fauorabiliori modo, quo secundum verba potest intelligi. quare hæc opinio ita fauens animabus est valde probabilis.

8 Alij vero dicunt esse præmittendam actualem cōfessionem, quando indulgentia conceditur sub hac forma vere pœnitentibus & confessis. ita Durandus in 4. dist. 20. quæst. 4. Adrian. in 4. in materia de indulgent. Caietan. tract. de indulgent. cap. 10. Rutilius Benzon. de iubileo lib. 5. cap. 15. dub. 4. vers. verum hæc opinio. Roderic. in summ. par. 1. c. 184. num. 12. & in explicatio. bullæ Cruciatæ §. 1. num. 10. in fine. Sotus in 4. dist. 21. q. 2. artic. 3. Cordub. q. 24. de indulgent. opin. 4. Viualdus de indulgem. num. 21. vbi inquit. Quando in bulla vel iubileo exprimitur cōfessio, tutius est, vt infra tēpus, quo durat publicatio iubilei confiteatur, quia indulgentiæ explicandæ sunt, vt sonant. Intendit vero Papa inducere Christianos ad fructum Sacramentorum, vt certius sint in gratia, quo facilius impetrent id, pro quo datur indulgentia. Emanuel Sà verb. indulgentia. num. 3. vbi ait. Cum ad indulgentiam requiritur confessio; sufficere quidam putant cōtritionem cum proposito cōfitendi tempore debito & præcepto. Ego non puto nisi forte in eo, qui nō potest confiteri. sic etiā Reginal. lib. 7. c. vlt. q. 2. nu. 171. vbi inquit. Si Papa facit expressam mentionem cōfessionis in concedendo indulgentiam vere pœnitentibus, & confessis, præsumitur mentem eius esse, vt ad talis indulgentiæ acquisitionem præcedat cum contritione cōfessio de peccatis actu facta. sic etiam Aegidius Coninck de sacramentis disp. 12. de indulgen. dub. 7. n. 3. vbi ait. Quando indulgentia conceditur contritis & confessis, conscio sibi peccati mortalis necessariam nō esse actualem cōfessionem, sed contritionem sufficere multi probabile putāt, sed contrarium est longe securius. Bellarm. de indulgent. lib. 1. c. 13. q. 3. quando, inquit, cōceditur indulgentia vere pœnitentibus & confessis, si quis habeat peccata læthalia, probabile est, sufficere illi contritionem cum proposito cōfitendi, nam per hæc adipiscetur statū gratiæ. Tamen tutius & probabilius videtur requiri cōfessionem in re & nō solum in voto, quotiescunque dicitur indulgentia cōcedi pœnitentibus & confessis. & citat pro hac sententia Antonin. 1. p. tit. 10.

c.3. & gloss. in Extrauag. Antiquorum. de pœnitent. & remiss. Hanc sententiam sequitur Nauarr. cõment. de indulg. notab. 18. n. 1. & seqq. & probat.

9 Dictio copulatiua vtriusque partis veritatem exigit. l. si hæredi plures. ff. de conditio. inst. l. si ita quis. & l. si mihi & Titio. & l. si quis ita. ff. de verbor. obligat. & l. hæredi. §. Caio. ff. de fundo instructo. & l. Titia textores. §. nihil. ff. de legatis 1. & l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duobus reis. & docent Glos. in cap. 2. de rescript. & ibi Felinus num. 32. in verb. copula. Plotus de in lit. iura. § 6. num. 33. Paulus volum. 1 cons. 44. nu. 3. Bartol. in l. 1. de iustit. & iure. nu. 2. & ibi Iason num. 2. Thesaur. decis. 189. nu. 1. Paris. volum. 1. cons. 95. num. 7. & volum. 3. cõs. 63 num. 14. Moronus tract. de pace. q. 447. n. 1. & 2. Dec. cons. 89. num. 2. & cons. 417. nu. 1. & cons. 433. n. 6. Menoch. cõs. 56. num. 35. Brunorus à Sole in locis communibus verb. copula. num. 2. Rebuff. in l. coniunctionem. vers. 1. intellige. ff. de verbor. signif. at concessio prædictæ indulgentiæ, quæ fit vere poenitentibus & confessis,

10 copulata dispositio est, cum dictio & sit coniunctiua & copulatiua. l. si quis ita stipulatus. ff. de verbor. obligat. & notant Tuscus practic. conclus. tom. 2. litt. D. conclus. 274 num. 1. Menoch. cons. 111. n. 9. & cons. 117 n. 54. Bernar. Muscatell. in trac. de cognitio. delic. tit. de recept. num. 18. Gonzalez in regul. 8. Cancell. §. 7. prooemiali. n. 123. & glosa 3. nu. 1. Marius Antoni. lib. 1. variar. resolut. resolut. 7. n. 7. Ceual. comm. contra comm. quæst. 828. nu. 87. ergo ad consequendam prædictam indulgẽtiam requiritur, vt homo vtrũque faciat, nempe vt vere poeniteat & vere confiteatur. Sed hæc ratio non multum vrget. & solutio patet ex dictis num. 7.

11 Probat secundo suam opinionem Nauarrus. In dubio à verborum proprietate non est recedendum. l. non aliter. ff. de legatis 3. cap. intelligentia. de verbor. signific. & docet Glos. in cap. cupientes. §. quod si per vi-

12 ginti. de electio. in 6. & verba debent intelligi secundũ communem vsum loquendi. l. librorum. §. quod tamen. Cassius de legat. 3. l. labeo. ff. de suppellectili legata. l. cum de Lanionis. §. asinam. ff. de fundo in-

13 struct. & communis vsus loquen-

quendi attendendus est, vt asserunt Mantua lib.3.tit.8.nu.6. & tit.9.num.5.Menoch. vol.3. cons.266.num.63. Simon de Pret. lib.1. interpret. 1. dub.3. solut.11.num.3.Socin.in l.Gallus. §.si eius.ff.de liber.& posthum.num.6.Roman.in Authēt. similiter. C.ad l.Falcidiam.nu. 93.Ruin.vol.3. cons.88.nu.12. sed in bulla indulgentiæ requiritur contritio & confessio, ergo ad illam comparandam re-
14 quiritur actualis cōfessio. Tertio probat. Quia forma diligenter est seruanda,alioqui illa nō seruata actus est nullus. l. diligenter.ff.mandat. cap. Pisanis, de restitut. spoliat. l. cum hi. §. Prætor. ff. de transaction. l. Meuius. & l. qui hæredi.ff.de condition.& demonstrat. l.1. & 2.C.quando prouocare non est necesse, & notant Glos.in cap. cum dilecta. de rescriptis. verbo irritum. & ibi Abbas num.4. Felin.num.6.Tusc. practic.conclus. verb.forma. conclus. 414. num.1.& conclus.418. Alderanus Mascar. de generali statut. interpretatione conclus. 9. nu. 8.& 55. Cagnol.in l. si nihil.ff. de regul. iuris.num.2.Abbas in cap. nulli. de rebus Eccles.non alienand.nu.7.& in cap.si quis, num.4. eodem tit. & in c. prudentiam. de offic. delegat. nu. 5. Roland.lib.3.consil.30.nu.2. & cons.72.num.54. Vantius in tract. de nullitate. tit. quot & quibus modis.num.55. Asin. in pract.§.3. cap. 36. glosa 2. nu. 29. sed in concessione indulgentiæ ponitur forma de illa lucranda, vt nempe quis debeat confiteri, ergo ad eam lucrandã adhibenda est cōfessio.

Quarto probat. Quia vna & principalis indulgentiæ concedendæ vtilitas est per eam Christianos ad veram poenitētiam allicere,ad quam plurimũ valet confessio sacramentalis actu facta, cum per eam multi de attritis fiant contriti. multi enim raro, aut nunquam iustũ de peccatis dolorem cōcipiũt, nisi cum vel confitentur,vel ad statim confitendum se parant. Quinto probat. Quia hæc opinio est tutior, & magis pia. & videmus tempore iubilei multos magno cum feruore sua peccata confiteri,qui valde diminueretur, si sacerdotes contrariam opinionem secuti dicerent, satis esse habere propositum confitendi in Paschate. quare idem Nauarr.eodem notabili 18. de indulgent. nu.10.

infert. quando in aliqua bulla confraternitatis conceditur indulgentia plenaria ijs, qui illam ingrediuntur, dummodo sint contriti, & confessi, oportere, vt præcedat confessio ad eam lucrandam, & non sufficere, si in Paschate fuerint cõfessi, asseritque idem etiam sensisse alios doctissimos doctores.

Quod si obijcias. Satis dicitur esse cõfessus secundum ius, qui in Paschate est confessus, vt præcipitur ab Ecclesia. in c. omnis vtriusque. de poenit. ergo non requiritur alia actualis confessio. Respondet Nauarrus id esse verum quo ad effectum iuris communis non vero quo ad effectum priuilegiorum habentiũ clausulas aliquas requisitas ad indulgentiã, & alias gratias obtinendas. Deinde causa concedendi indulgẽtias, præsertim si fuerit plenissima, debet esse magna, & propterea debet præsumi Papam pro parte causæ iustæ adiecisse cõfessionem peccatorum actu faciendam. ita Nauarrus. cuius opinio est magis tuta, quamuis dicta argumenta facile possint solui ex dictis in hac quæstione.

Cæterum praxis est, vt dixi in tract. de iubil. cap. 14. dub. 3. tempore iubilei cõmunem sensum fidelium esse, teneri omnes confiteri, & non sufficere confessionem factam in Paschate. at vero quando indulgentiæ affiguntur in valuis & parietibus Ecclesiæ visitantibus aliquam Ecclesiam in die festo alicuius sancti, si confessionis & Eucharistiæ Sacramentis fuerint expiati, communis item conceptus & sensus fidelium est sufficere confessionem, & communionem antea factam: dummodo adsit contritio cum proposito confitendi. & de mente Pontificis concedentis indulgentiam ita præsumendũ est, cum illi constet communiter sic fieri.

15. De iubileo Anni Sancti ait Filliucius tomo primo tract. 8. cap. 10. quæstione 5. numero 258. quod licet sit tutius omnia opera præuia confessione præstare, vel saltem contritione, acquiratur tamen iubileus, si vltima visitatio fiat in gratia, illa enim ex necessitate facienda est in gratia, aliæ vero ex consilio. Et quamuis aliqui opinentur in Anno sancto, antequam fideles in-

incipiant visitare Ecclesias, esse necessario præmittendam confessionem, at communiter fideles putant se non teneri ad hoc ex præcepto, ita vt non consequantur iubileum, si non præcedat confessio, sed solum ex consilio. Viualdus item tit. de indulgentijs. nu. 15. ait plurimos doctores de hac re consultos respondisse in Anni Sancti iubileo confessionem non esse ante primam visitationem necessario præmittendam.

16 Notant præterea Angelus verbo indulgentia. nu. 17. Cordubens. quæst. 27. de indulgen. opin. 4. Benzonius de iubileo lib. 5. c. 15. dub. 4. quod quando cõfessio fieri non potest, vel ex defectu confessoris, vel ex obliuione, vel ex alia impotentia, vel causa alia legitima, tunc sufficiat contritio, vel status gratiæ ad lucrandam indulgentiam; quia ea præsumitur Papæ intentio in illo casu, vt inquit Glos. in Extrauag. Antiquorum. de pœnit. & remissio. vt etiam opinatur Nauarr. Comment. de iubil. notab. 18. num. 14. & 16. ait enim, eum, cui pœnitenti & confesso conceditur plenaria indulgentia in articulo mortis, acquisiturũ eam, si tunc defectu vocis, memoriæ, vel iudicij non potuit confiteri. quem sequitur Reginaldus lib. 7. cap. vlt. quæst. 2. num. 172. vbi scribit, illum indulgentiã pœnitentibus & cõfessis concessam acquisiturum, qui contritus confiteri voluit quidem, sed non potuit ob cõfessarij defectum, vel ob ægritudinem, vel ob excõmunicationẽ, aliamue legitimã causam. Quod similiter dici potest de eo, qui probabili facti, vel iuris ignorãtia se legitime cõfessum esse putat, cũ tamen cõfessio nõ fuerit legitima ob aliquã causam occultã. Ratio esse potest, quia concedens merito existimatur fuisse ea mente, vt exigeret confessionem, quatenus in cuiusque potestate est eam

17 facere. & habenda est tanquã lex id, quod respondisset legislator, si de hoc fuisset interrogatus ex Gloss. in cap. 2. de constitut. & in l. tale. §. finali. ff. de pactis. & pro tacite statuto habendum est id, quod verisimiliter statutum fuisset, si à statuente quæsitum fuisset, vt notat Nauar. Miscell. 92. de oratio. sub finem. & Reginal. lib. 7. cap. vlt. q. 4. num. 185.

Ab hac sententia discedit

 Sua-

Suarez tom. 4. de pœnit. disp. 52. sectio 3. nu. 12. nam si Pontifex, inquit, requirat confessionem vt conditiónem necessariam ad consequendum effectum indulgentiæ, illam non lucrabitur, qui ob impotentiam vel ignorantiam confessionem omittet, nam si conditio non impleatur, non acquiritur fructus indulgentiæ. Quod si non requirat confessionem vt conditionem necessariam, poterit acquirere indulgētiam, quamuis volens & sciens quis omittat cōfessionem, dummodo per contritionem constituatur in statu gratiæ. verum opinio Nauarri & aliorum est probabilis. nam Pontifex requirit confessionem in eo, qui vult lucrari indulgentiam, si illam potest facere, & si Pontifex de hoc interrogaretur, probabilissime præsumitur, quod ita responderet.

18 Dico quarto. Si in concessione indulgentiæ diceretur, quod deberet præmitti confessio omnium peccatorum, non necessario requireretur, vt præmitteretur confessio peccatorum venialium ad consequendum effectum indulgentiæ, vt dixi in trac. de iubileo cap. 14. dub. 5. ita Nauar. Comm. de iubileo. notab. 18. num. 17. & notab. 30. nu. 6. probatur. quia sicut cum dicitur esse præmittenda confessio, intelligitur de confessione peccatorum mortalium, ita cum dicitur esse præmittenda confessio omnium peccatorum, intelligitur de peccatis mortalibus, quæ absolute dicuntur peccata. Secundo. Quia est moraliter impossibile confiteri omnia peccata venialia in particulari.

19 Item si in concessione indulgentiæ diceretur esse præmittenda confessio, si quis ex obliuione, vel alia iusta causa omittat confiteri aliquod peccatum mortale, consequetur effectum indulgentiæ, vt dixi dicto. dub. 4. ita Nauar. Comm. de iubileo notab. 18. num. 15. Reginald. lib. 7. cap. vlt. quæst. 2. num. 172. nam requiritur ad consequendam indulgentiam, vt confessio sit integra morali & humano modo. Secundo. quia tunc censetur pœnitens esse virtute confessus etiam peccata oblita. Tertio. Quia talis præsumitur esse mens cōcedentis, vt scilicet confessio eo modo, quo in potestate cuiusque est eam facere.

Dico

20 Dico quinto. Si confessio requiratur ad consequendum iubileum, & intra tempus præscriptum cõfitearis, antequam vero consequaris effectum indulgentiæ, iterum pecces mortaliter, necessario debes iterum confiteri, nec sufficit, si solum cõteraris. ita Suarez to. 4. de pœnit. disp. 52. sect. 3. n. 7. Filliucius tom. 1. trac. 8. cap. 6. nu. 147. nam requiritur confessio omnium peccatorum vsque ad terminum indulgentiæ, quare si intra illum terminum admisisti aliquod peccatum mortale, teneris illud confiteri, nam requiritur integra con-
21 fessio. sicut si ex obliuione omisisti confiteri aliquod peccatum mortale, & antequam elabatur terminus iubilei, illud in mentem veniat, teneris illud confiteri, vt consequaris effectum indulgentiæ, nam ex vi huius concessionis necessario requiritur confessio omniũ peccatorum. ita Suarez num. 7. Filliucius nu. 147. & dixi di-
22 cto dub. 4. cap. 14. quod si intra illud tempus pecces quidem mortaliter, si non aduertas, neque illius recorderis, & ita non confitearis, illud peccatum non impediet, quo minus cõsequaris indulgentiam, si alioqui deleatur per actum caritatis in Deum, vel per actũ generalem contritionis. ita Suarez nu. 9. in fine. Filliucius num. 147. quicquid dicat Gerson. 2. part. suor. operum Alphabeto 33. littera R. qui ait, hunc non consequi totam indulgentiam, maxime si in concessione indulgentiæ dicatur de omnibus peccatis cõfessis, hic enim, inquit, non consequetur fructum indulgentiæ quo ad peccata oblita, consequetur vero quo ad peccata, quæ confessus est. quod etiam sentit Adrian. in 4. in materia de indulgent. qui etiam dicit id esse verum in peccatis venialibus, quando indulgentia cõceditur sub forma. si præcedat confessio de omnibus peccatis.

23 Dico sexto. Si in bulla indulgentiæ requiratur communio, nec vlla fiat mentio de cõfessione, ex vi talium verborum non necessario requiritur, vt præcedat confessio ad indulgentiam consequendam. ita Suarez dicta disp. 52. sec. 3. nu. 6. Filliucius nu. 146. & probatur, quia licet ad hoc, vt quis digne communicet, necessario debeat præmittere confessioné

peccatorum mortalium, cum tamen indulgentia non obliget fideles ad præmittendam confessionem, nec nos debemus obligare, nec plus oneris sit illis imponendum, quam verba sonent, & significent. Hinc sequitur, quod si quis tunc cum sola contritione communicet bona fide, vel quia non habet copiam confessarij, vel ex alia iusta causa, lucrabitur indulgentiam, quam non lucraretur, si in concessione indulgentiæ necessario requireretur, vt præmittatur confessio, nam qui non implet conditionem necessario requisitam ad consequendam indulgentiam, non consequetur illam, quamuis ob impotentiam conditionem implere non possit, nisi aliter de mente concedentis verisimiliter præsumeretur, vt dictum est supra. Item si quis confiteretur, nec tamen valorem sacramenti pœnitentiæ consequeretur, & postea bona fide Christi Corpus sumeret, & iustificaretur, in tali casu lucraretur indulgentiam, quam non lucraretur, si in concessione indulgentiæ fuisset apposita conditio, vt præmitteretur confessio, nam non esset in hoc casu præmissa, cum talis confessio ob defectum esset inualida, & nulla, cum tamen ad consequendam indulgentiam requiratur confessio valida.

Si dicas. confessio informis esset tunc sufficiens ad consequendam indulgentiam ergo. Respondeo si esset informis & inualida, non esset sufficiens, secus si esset valida, quamuis informis, nam tunc esset vera confessio, & sufficiens ad consequẽdum effectum indulgentiæ, dummodo tẽpore, quo esset talem effectum consecuturus, constitutus esset in statu gratiæ vel per cõtritionem, vel per aliquod sacramentum.

24 Dico septimo. Quando simul cum concessione indulgẽtiæ conceduntur etiam alij fauores nempe cõmutatio & dispensatio votorum, absolutio à peccatis reseruatis, &c. tunc si requiratur cõfessio tanquã cõditio, & tamen confessio vel nõ fiat, vel si fiat, sit inualida, in tali casu non solum nõ obtinetur indulgentia, sed neq; alij fauores illi adiuncti, cum conditio, sub qua conceduntur isti fauores, non impleatur. Quod si cõfessio fuerit valida quãuis informis, tunc propter peccatum in dul-

dulgentia non comparatur, at vero alij fauores illi annexi cōparabuntur, ita Suarez to. 4. de poenit. disp. 52. sec. 3. n. 16. probatur, quia tunc impletur cōditio apposita in concessione indulgentiæ, ergo licet nō possit obtineri indulgētia ob peccati mortalis obicē, poterūt obtineri alij fauores nempe dispensatio in voto, absolutio à peccatis reseruatis, quæ nō necessario supponunt, vt homo sit in gratia, sic etiam Filliucius to. 1. tract. 8. c. 6. quæst. 8. n. 149.

SVMMARIVM.

1 *Incola dicitur is, qui in aliquam regionē domiciliū suū contulit.*

2 *Tunc dicitur quis cōstituere domicilium in aliquo loco, cum ad illū se transfert animo ibi habitandi perpetuo.*

3 *Ad acquirendum domicilium in aliquo loco non est necesse quempiam ibi habitare per decem annos, sed statim atque quis incipit alicubi habitare cum animo ibi perpetuo manendi, acquirit domicilium.*

4 *Qui est præfectus alicuius vrbis vel arcis non dicitur contraxisse domicilium in illo loco, quamuis ibi per multos annos permanserit.*

5 *Qui aliquo studiorum causa se transfert, tunc dicitur in eo loco constituere domicilium.*

QVÆSTIO LXXVII.

Quis dicatur Incola.

1 DICO primo. Incola dicitur is, qui in aliquam regionem domicilium suum contulit. ita Andreas Gail. lib. 2. practicar. obseruationum. obseruat. 35. num. 8. & obseruat. 36. num. 3. & patet ex l. pupillus. §. incola. ff. de verbor. significat. vbi dicitur. incola est, qui in aliquam regionem domicilium suum contulit. & l. si in patria. C. de incol. libro 10. vbi dicitur. si in patria vxoris tuæ, vel qualibet alia domicilium defixisti, incolatus iure vltro te eiusdem ciuitatis muneribus obligasti. & ex l. domicilium. ff. ad municipale, & notat ibi Glos. verb. incolas. vbi ait domicilium facit incolas, vt etiam dicitur in l. ciues. & l. si in patria. C. de incolis. lib. 10. & asserunt Socinus in cap. licet ratione. de foro competent. n. 8. Gail dicta obseruatione 35. num. 3. In eo autem loco quis domicilium habere dicitur, vbi la-

larem, rerumque ac fortunarũ suarum summam constituit, vnde rursus non sit discessurus, si nihil auocet, vt constat ex l. ciues. C. de incolis. lib. 10. & notat glos. in l. final. verb. inter absentes. C. de præscript. long. temp. Per larem glosa in dictã l. ciues. verbo larem. intelligit animum habitandi perpetuo, & vt de facto habitet. Iacobus Cuiacius tomo 2. ad l. 239. ait incolas esse illos, qui tanquam ciues vocantur ad munera ciuilia, & qui in aliqua ciuitate sedes ponunt, & rerum suarum summam.

2 Dico secundo. Tunc dicitur quis constituere domicilium in aliquo loco, cum ad illum se transfert animo ibi habitandi perpetuo, nam si non adsit talis animus, nullo tẽpore comparabitur domicilium, quare non sufficit sola habitatio sine tali animo. ita Glosa in l. ciues. C. de incolis. lib. 10. verbo larem. & in l. est verum. verbo incolas. eodem tit. vbi ait. non esse incolas, qui in aliquo loco commorantur sine animo constituendi ibi domicilium; esse vero incolas, si ibi essent animo constituendi. sola enim habitatio non facit aliquem incolam, & quod ad cõstituendum domicilium requiratur animus perpetuo habitandi affirmant etiam Bartol. in l. quæsitum. ff. de legatis 3. num. 2. & in l. 4. §. prætor ait. num. 9. ff. de damno infecto. Io. Andr. in cap. is qui. de sepultur. in 6. in princip. & ibi Dominic. num. 5. Franc. num. 1. Nauarr. de iubil. notab. 32. nu. 43. versic. incolæ. Mascard. de probatio. conclus. 535. num. 13. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 1. casu 86. num. 5. & 22. & de præsumptio. libro 6. præsumpt. 42. num. 2. Rebuff. tom. 3. ad leges Galliæ tract. de domicilij electio. in præfat. num. 9. Zeuall. de communi. quæst. 604. num. 2. Henriq. lib. 10. c. 22. num. 2. Syluest. verb. domicilium. num. 2. & confessor. 1. num. 10. Farinac. in fragm. criminal. par. 1. littera D. num. 208. Hostiens. in summ. tit. de parochijs, §. penult. num. 7. Abbas in cap. vlt. de paroch. num. 8. & par. 2. consil. 62. nu. 10. Abulens. in cap. 1. Ruth. quæst. 6. Bald. lib. 4. cons. 313. Roman. consil. 264. Matth. Coler. de process. executiu. part. 2. cap. 1. num. 35. Decian. in tract. crimin. lib. 4. cap. 16. nu. 8.

San-

Sanchez lib. 3. de matrimon. disp. 23. num. 1. Stephan. Gratian. tomo 1. discept. forens. cap. 181. num. 10. & seqq. Ioan. Gratianus in regul. iuris. regul. 146. num. 3. Marian. Socin. in cap. licet ratione. de foro competenti. num. 25. Alciatus in l. pupillus. §. incola. ff. de verbo. signific. Felinus in cap. dilectus il 2. de rescript. num. 12. Bertachin. in repertorio littera D. verb. domicilium. & probatur ex l. nihil interest. ff. de capti. & postlimin. ibi: Neque enim satis est corpore domum quem redijsse, si mente alienus est.

3 Dico tertio. Ad acquirendum domicilium in aliquo loco non est necesse quempiã ibi habitare per decem annos, sed statim atque quis incipit alicubi habitare cum animo ibi perpetuo manendi acquirit domicilium. ita Henriq. libro 10. cap. 22. num. 2. Petr. de Ybald. in tract. de canon. portio. Episcop. & parochiali cap. 7. Anton. Gabriel. tom. 1. commun. lib. 4. vers. domicilium habitationis. Hostiens. in summ. tit. de paroch. §. penult. num. 7. Felin. in cap. dilectus. il 2. de rescript. num. 12. versic. secundus. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 1. casu 86. nũ. 2. Aloysius Ricci. in praxi fori ecclesiast. resolut. 263. num. 2. Dominic. in cap. cum nullus de tẽpor. ordinat. in 6. in princip. num. 11. & ibi Franc. num. 4. Alciatus in l. pupillus. §. incola. num. 1. ff. de verbor. signif. & patet ex l. domicilium. ff. ad municip. vbi dicitur domiciliũ re & facto transferetur, quæ verba interpretans. ibi Glossa verbo domicilium ait ad contrahendum domicilium esse necesse, & vt habitetur in eo loco, in quo constituendum est domicilium, & quod sit animus perpetuò ibi manendi.

4 Dico quarto. Ex dictis infertur, eum, qui est Præfectus alicuius arcis, non dici contraxisse domicilium in illo loco, cuius est Præfectus, seu Gubernator, seu Rector, seu Capitaneus, quamuis ibi per multos annos permanserit, cũ ibi habitauerit animo recedendi. ita Alciatus respons. 55. nu. 9. Menoch. de arbitrar. casu 86. nu. 8. lib. 2. centur. 1. Stephan. Gratian. tom. 1. discept. forens. cap. 181. num. 4. & cõstat ex l. quæsitum. in princip. de legat. 3. & l. nihil. de captiu. & postlimi. reuers. & l. ex facto.

cto. la 2. §. rerum. ff. de hæred. instit.

5 Idem est dicendum de eo, qui aliquo studiorum causa se transfert, nec enim in eo loco dicitur constituere domiciliũ, cum finito studio animum recedendi habeat. ita Bartol. in l. lex Cornelia. §. si tamen. ff. de iniur. Cephalus consil. 451. num. 172. Socin. in cap. vlt. colum. 10. vers. si vero digna sũt. de foro competenti. Rota coram Cardin. Mellino Roman. Cambiorum 4. Decembris. Ruinus lib. 1. consil. 18. num. 12. licet cõmuniter doctores velint scholasticos elapso decẽnio cõtrahere domiciliũ, cum non amplius ratione studiorum videãtur ibi cõmorari, sed animo habitandi. ita Felin. in c. dilectus filius. il 2. n. 9. & 12. Abbas in procem. decretal. n. 18. Gramm. decis. 87. n. 2. Matth. Coler. de process. execut. par. 2. cap. 1. n. 40. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 86. n. 24. & seqq. Socin. in cap. vlt. de foro compet. n. 26. Stephan. Gratian. to. 1. discept. cap. 181. num. 6. & patet ex l. 2. C. de incolis lib. 10. & glosa ibi verb. constituerint.

SVMMARIVM.

1 *Morbus comitialis efficit hominem irregularem.*

2 *In dubio melior est conditio possidentis non solum in materia iustitiæ, sed etiã in quacunque alia.*

3 *In pœnis sequenda est pars benignior & mitior interpretatio.*

4 *Ad hoc, vt incurratur irregularitas, debet esse expressa in iure.*

5 *Cum iura partium sunt obscura, reo potius est fruendum quam actori.*

6 *Fauores sunt ampliandi. odia verò restringenda.*

7 *Peccata reseruata sunt strictè interpretanda.*

8 *Quando agitur de obligatione contrahenda, stricta interpretatio est facienda.*

9 *Non tenemur eligere, & sequi tutiorem partem, sed satis est, si sequamur tutam.*

10 *Ad hoc, vt aliquis condemnetur ad aliquam pœnam grauem, vel inhabilitatem, vel onus, requiruntur clarissima probationes.*

QVÆSTIO LXXVIII.

An N. religiosus ex nobilissima ortus familia ob morbum, quem patitur, possit ad ordines promoueri.

1 RESpondeo esse valde difficile excusare N. ab irre-

regularitate & inhabilitate ad ordines. nam cum morbus comitialis siue Epilepticus efficiat hominem irregularem c. in tuis literis. cap. nuper. 7. q. 2. cap. communiter. cap. vsque adeo. dist. 33. & hic videatur hoc morbo laborare, non videtur posse ad ordines promoueri. quod si dicamus, hunc morbum non esse essentialiter comitialem, videtur tamen magnam cum eo affinitatem habere, proximeque ad illum accedere. Secundo. Ideo, qui laborat morbo Epileptico, non potest promoueri ad ordines; quia, vt dicitur in dicto cap. in tuis. indecens est, & periculosum, vt in consecratione Eucharistiæ morbo victus Epileptico cadat, at cum sit idem periculum in casu N. propter eandem rationẽ non potest ad ordines clericales ascẽdere. Tertio. Qui semel in hunc vel similem morbum incidit, raro solet perfecte conualescere, & fere semper est periculum, ne iterum in eumdem morbum reincidat, & propterea ad ordines admitti non debet, vel saltem est necessarium medicorum testimonium de sanitate perfecte recuperata.

Et quidẽ hæc in rigore videtur dicenda, quia tamen N. est religiosus, & quodãmodo ius habet acquisitũ ad suscipiẽdos ordines, non videtur facile condemnandus ad hanc inhabilitatem, & priuandus maxima consolatione, quam solent habere religiosi in suscipiendis ordinibus sacris, & præsertim ordine sacerdotali, quod magis est verum, quando nulla culpa religiosi interuenit, vt accidit in casu proposito. Quare iudico N. absolute posse promoueri ad omnes ordines, & probatur.
2 in dubio melior est conditio possidentis non solum in materia iustitiæ, sed etiam in quacumque alia; vt probant Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 41. num. 32. & lib. 1. Decalogi cap. 10. num. 11. Suarez tomo 5. de censuris disp. 40. sect. 5. num. 15. Petrus à Nauar. lib. 3. de restit. cap. 4. dub. 4. num. 48. in secunda editione, sed in hoc dubio N. possidet suam libertatem, cum dubium sit, an sit irregularis, ergo in hoc dubio iudicandum est, quod non sit irregularis, nec inhabilis ad susci-
3 piendos ordines. Secundo. In pœnis sequenda est pars benignior, & mitior interpretatio

cap.

cap. in pœnis. cap. odia. de regulis iuris in 6. & l. interpretationem. ff. de pœnis, at irregularitas est pœna quædam, vel saltem illi æquiualet, ergo in dubio non est quis habendus pro irregulari, &, vt dicit Abbas in cap. cum tu. de testibus, ea interpretatio est benignior, quæ pœnam tollit, cum igitur in casu nostro sit dubium, an N. sit irregularis, dicendum est, eum non esse irregularem.

4 Tertio. In c. 15. qui de senten. excomm. in 6. legimus, ad hoc, vt incurratur irregularitas, debere eam esse expressam in iure, alioqui non incurri, & quamuis sit expressum in iure, irregularitatē contrahi ob morbum caducum, at non est certum, N. laborare hoc morbo, cum nonnulli medici scriptis confirmarint, morbum, quo N. laborat, non esse essentialiter morbum caducum, ergo præsumendum est pro libertate N. quod scilicet possit promoueri

5 ad omnes ordines. Quarto. Cum iura partium sunt obscura, reo potius est fauendum quam actori. regula cum sunt de regulis iuris in 6. & tradunt Boerius consil. 30. num. 8 Ioannes de Amicis cons. 79. num. 7. & fauorabiliores sunt rei quam actores, vt dicitur in lege 168. de regulis iuris. vbi notat Glossa in dubio reum esse absoluendum, & pro reo regulariter præsumi solet, vt probat Cephalus vol. 2. cons. 172. num. 1. & actore non probante reus absoluitur l. qui accusare. C. de eden. l. actor. C. de probatio l. in exception. ff. de probation. cap. accusator. 6. quæst. vlt. cap. vnico §. cum enim. vt Ecclesiastica benefic. cap. inter dilectos. ff. de fide instrum. cap. finali de iureiur. & tutius est nocentem absolute, quam innocentem condemnare. l. absentem. ff. de pœnis. & in dubio reus magis est absoluendus quam condemnandus l. Arianus. ff. de actio. & obligatio. cap. ex literis. de probatio. nam absolutio est fauorabilis, condemnatio vero odiosa dicta l. fauorabiliores.

6 & fauores ampliandi sunt, odia vero restringenda. l. cum quidam. ff. de liber. & posth. cap. odia. de regulis iuris in 6. & affirmant Rolandus à Valle vol. 1. cons. 45. num. 79. Paulus de Castro vol. 2. cons. 299. col. penult. in fine, & cons. 189. col. 2. Ancharan. cons. 23. Marsilius in sua practica. num. 7. ergo in

casu

casu nostro si non probetur, quod N. sit irregularis & veluti reus, sed de hoc res maneat dubia, debet absolui, & ferri sententia in fauorem suæ libertatis, & iudicandum est, illum non esse irregularem, nec inhabilem ad recipiendos ordines.

Quinto. Irregularitas est pœna quædam vel illi valde affinis, atque æquiualens, ergo est de illa iudicandum sicut de alijs pœnis, quarum natura est, vt à solo dubio non oriantur, nec propter dubium imponantur, nisi in quibusdam casibus aliter sit in iure statutũ.

Sexto. Iudex non tenetur, nec debet imponere pœnam alteri, nec iudicare illum esse dignum pœna, donec illi constet de delicto, quod alter admisit, ergo nullus superior tenetur, nec debet iudicare N. esse inhabilem ad ordines clericales, nec in eum exequi pœnam hanc inhabilitatis, donec illi constet de illius irregularitate, cum igitur N. non possit condemnari per iustam sententiam de irregularitate, tuta conscientia poterit promoueri

7 ad ordines. Septimo. Si Papa vel Episcopus reseruet sibi aliquem casum verbi gratia homicidium, si quis dubitet, an in illum casum inciderit, non tenetur se præsentare Papæ vel Episcopo, nec sequi tutiorem partem, sed poterit absolui à sacerdote inferiori, nam cum illud præceptum sit odiosum & poenale, stricte est interpretandum, vt nempe præceptum sit de homicidio certo & non

8 de dubio. nam, vt dicitur in cap. 1. de iureiuran. in 6. & in l. quicquid astringendæ. ff. de verbo. obligatio. quando agitur de obligatione contrahenda, stricta interpretatio est facienda, ergo cum dubitatur, an aliquis sit irregularis & inhabilis ad ordines, non tenetur homo sequi tutiorem partem, quæ est, vt is non possit suscipere ordines, nec superior debet ferre sententiam, quod ille sit irregularis, nisi in aliquo casu aliter fuerit iure cautum, ac proinde in casu nostro non tenetur N. se præsentare Papæ, vt cum illo dispenset in receptione ordinum, sed absque dispensatione poterit ordines recipere, nam quando Papa imponit præceptum, vt nullus irregularis promoueatur ad ordines, tale præceptum tanquã odiosum & poenale est stricte in-

interpretãdam, nempe vt præceptum sit de irregularitate certa & non de dubia, imo N. potest pratice deponere dubiũ ob rationes allatas, & afferendas,& poterit probabiliter credere, se non esse irregularem, at qui sequitur opinionem probabilem,est tutus in conscientia, & non peccat, vt est communis opinio.

9 Quod vero nõ teneatur homo eligere, & sequi tutiorem partem, sed satis esse,si sequatur tutam, docent Antonin.1. part. tit.3. cap.10. §. 10. vers. pro cuius enodatione. Sotus lib. 7. de iustit. quæst. 3. art. 2. Angelus verbo opinio. num. 2. Syl.eodem verbo.quæst.1.in fine,& verbo ieiunium. num.27. Henriq. lib.14.de irregul. cap. 3. num.4.in fine. Gutier.lib. 1. quæstio.canon. cap.31. nu.41. Nauar.in cap.si quis autem. n. 34. vbi ait. quod quis debeat eligere tutiorem partem,est cõsilium, & non præceptũ,vt etiã ait Syl.dicto num. 27. & idem Nauarr. in allegato textu. nu. 41. scribit; quod quis in dubijs teneatur eligere tutiorem partem ex vi præcepti, est tantum verum in casibus expressis in iure,secus vero in alijs casibus, & quidem esset præceptum nimis onerosum & rigorosum, quod semper teneantur homines eligere sub peccato mortali partem tutiorem etiã extra casus in iure expressos.

10 Octauo. Ad hoc, vt aliquis condemnetur ad aliquam poenam grauem,vel inhabilitatẽ, vel onus, & alia similia rigorosa, acerba, onerosa, quæ valde homines vexat, & cruciant, requirũtur clarissimæ probationes, & quæ omnino conuincant, vt nempe is, qui debet puniri, vel debet iudicari inhabilis &c. commiserit delictũ, propter quod debet puniri,vel quod sit in aliquo statu, vel cũ aliqua conditione, cui in iure sit imposita poena,vel inhabilitas,vel alia huiusmodi, vt cõstat ex l.finali. ff.de probatio.l. absentem. ff. de poenis. l. qui sententiam. C. eodem. l.addictos. C.de appellatio. l.vbi. C. de falsis. cap. sciant cuncti. 2. quæst.8.cap. Epiphanium 5. q. vlt. & affirmant Mantua vol.1. cons.56.num.24.Roland.vol.1. cons. 16.num.30.Marsil.vol.1. cons.1.num.24.& vol. 2. cons. 101.num. 20. Natta vol.2.cõs. 411.nu.26. Io.de Amicis cons. 53.num.4.& cons. 60.num. 1.

Imola

Imola conſ. 137. num. 2. Riminald. vol. 1. conſ. 11. num. 18. Decius conſ. 189. num. 15. & conſ. 249. num. 8. & conſ. 615. num. 8. Cephalus vol. 1. conſ. 113. nu. 11. & vol. 2. conſ. 204. num. 21. Ancharanus conſ. 27. & conſ. 73. Socinus ſenior vol. 1. conſ. 17. nu. 7. & vol. 2. conſ. 164. num. 17. ſed N. non eſt in ſtatu tali, vt clariſſime probetur, quod ſit irregularis, & quod debeat repelli à ſuſcipiendos ordinibus, imo eſt valde probabile, quod non ſit irregularis, ergo hæc rigoroſa pœna, ſeu inhabilitas non eſt illi infligenda, recte enim dicitur in l. ſciant cuncti. C. de probatio. quod quando aliquis debet condemnari ad aliquam grauem pœnam, vel inhabilitatem, vel onus, vel impedimentum, requiruntur probationes luce meridiana clariores, quæ probatio nō eſt in caſu, de quo eſt præſens difficultas.

Nono. Dictus N. nunc bona vtitur valetudine, & morbus, quo fuit vexatus, fuit valde leuis etiā intra terminos morbi caduci, eſt iuuenis, & ita cum aliqua diligentia, & medicamē to adhibito poterit humores iſtos peſtiferos repellere, & cohibere, eſt religioſus, doctus, poteſt in ſalutem aliorū cū ædificatione incumbere, poteſt etiā occaſiones morbi vitare prudētia religioſa, quæ omnia probāt N. poſſe tuta cōſcientia ad ordines omnes promoueri, præſertim ſi accedat conſenſus medicorū, & non eſt illi imponenda grauiſſima pœna, & pœnitētia abſque textu vel ratione conuincente. Hæc mihi ad liberandum N. ab hac magna anguſtia videntur probabiliter poſſe dici.

SVMMARIVM.

1 *De iure antiquo filij etiam legitimi in beneficijs parentum non poterant immediate ſuccedere, poterant vero mediate.*

2 *Solus Papa poteſt diſpenſare, vt filius etiam legitimus immediate ſuccedat in beneficio paterno.*

3 *In Cōcilio Tridentino prohibetur, ne filij clericorum illegitimi in Eccleſijs, vbi eorum patres beneficium aliquod habent, aut habuerunt, poſſint obtinere aliud, neque illis Eccleſiis miniſtrare &c.*

4 *Si Pater habuit, vel habet beneficium in aliqua Eccleſia, eius filius illegitimus non poteſt in ea canere tāquam muſicus ſimplex.*

5 *Si filius illegitimus iret proceſſionaliter ad aliquam Eccleſiam, in*

qua eius pater esset beneficiatus, quamuis filius esset capellanus alterius Ecclesiæ, non potest celebrare, vel ministrare in illa Ecclesia, in qua eius pater habet beneficium.

6 *Si illegitimus ante decretum Concilij habebat beneficium in Ecclesia, in qua eius parens habuerat etiam beneficium, sed tempore talis decreti Concilij pater erat iam mortuus, vel illud resignauerat, in tali casu filius potest illud beneficium retinere.*

7 *De ratione legis est regulariter respicere futura, & non præterita.*

8 *Quando verba legis sunt communia, & possunt trahi ad præteritum & futurum, in dubio intelligenda sunt potius de futuro, quam de præterito.*

9 *Si pater fuit prouisus de beneficio in aliqua Ecclesia, cuius tamen possessionem non est adeptus, filius potest obtinere beneficium in ea Ecclesia.*

10 *Si pater ministrauit in aliqua Ecclesia tanquam capellanus amouibilis sine titulo beneficij, tunc filius eius illegitimus potest in ea habere beneficium.*

11 *Pater potest succedere etiam immediate in beneficio filij, siue filius fuerit legitimus siue illegitimus.*

12 *Frater potest succedere in beneficio, quod eius frater obtinuit.*

13 *Si filius de facto habeat beneficium in aliqua Ecclesia, pater non potest in eadem Ecclesia habere aliud beneficium.*

14 *Si beneficiatus alicuius Ecclesiæ priuatæ teneretur ex officio aliquo die ministrare in Ecclesia verbigratia matrice, filius illegitimus non potest consequi beneficium in illa Ecclesia priuata, si eius parens fuit, vel sit beneficiatus in Ecclesia matrice.*

15 *Si pater habeat facultatem transferendi pensionem, potest iuxta aliquos eam transferre in filium suum clericum etiam illegitimũ.*

16 *Pensio non est beneficium.*

17 *Pensio in multis regulatur tanquã beneficium. Ad obtinendum beneficium & pensionem requiritur ætas 14. annorum.*

18 *Beneficiatus excommunicatus nõ facit suos fructus beneficij.*

19 *Pensionarius excommunicatus nõ facit suos fructus pensionis.*

20 *Collatio beneficij facta ex communicato est nulla.*

21 *Resignatio & reseruatio pensionis facta excommunicato est nulla.*

22 *Collatio beneficij facta irregulari est inualida.*

23 *Resignatio & reseruatio pensionis facta irregulari est inualida.*

24 *Collatio beneficii & pensionis facta illegitimo est inualida.*

25 *Collatio beneficii secularis facta religioso est inualida, & idem est dicendum de pensione.*

26 *Quãdo in legibus canonicis & Põtificiis dicitur. & alia quæcunque beneficio. sub prædictis verbis comprehenduntur etiam pensiones.*

QVAE-

QVÆSTIO LXXIX.

An filij presbyterorum possint succedere in beneficiis parentum.

1 Dico primo. Olim de iure antiquo filij legitimi in beneficijs parentum non poterant immediate succedere, nisi cum illis dispensasset Summus Pontifex, poterant vero mediate succedere. ita Decius in cap. inter ceteras. de præscript. num. 6. & 7. Nauarr. in cap. si quando. de rescript. except. 21. num. 2. Nicol. Garzia de benefic. parte 7. cap. 3. num. 18. Gonzalez in regul. 8. Cancell. glos. 5. num. 33. Salzedo ad Diaz cap. 48. num. 3. Rodericus tom. 1. quæst. regular. quæst. 13. art. 7. Puteus decis. 225. lib. 3. & patet ex cap. ad extirpandas. de filijs presb. vbi dicitur. Fraternitati tuæ mādamus, quatenus si qui filij presbyterorū prouinciæ tuæ teneāt Ecclesias, in quibus patres eorum tanquam personæ vel vicarij nulla persona media ministrarunt, eos, siue geniti sint in sacerdotio, siue non, ab eisdem Ecclesijs nō differas amouere. & notat ibi Glos. verb. amouere. vbi ait. hoc prohiberi, ne videatur locū habere successio, secus si media persona intercessisset, quia de iure cōmuni possent præfici, cum sint legitime nati. Idem etiam constat ex c. dilectus filius. eod. tit. de filijs presbyt. vbi etiam dicitur solū Papam posse dispensare, vt filius obtineat beneficiū, quod, nulla alia persona media, obtinuit pater. Idem patet ex c. ex transmissa. eodem tit. & docet Glos. ibi. verb. obseruato, vbi ait prohiberi filios succedere in paternis Ecclesijs, cum in Ecclesia successio esse non debeat. c. Apostolica 8. q. 1. in quo textu auctoritate Apostolica prohibetur, ne quis Ecclesias, & præbendas, præposituras, capellanias, aut aliqua Ecclesiastica officia hæreditario iure valeat vendicare, aut expostulare præsumat. Non solum vero in beneficijs paternis nō possunt immediate succedere filij presbyterorum, & aliorum clericorū, qui habent ordines sacros, sed nec etiam filij clericorum, qui

habent minores ordines ex Maiolo lib. 1. de irregul. c. 6. n. 6.

2 Quod vero nemo nisi solus Papa possit dispensare, vt filius etiam legitimus immediate succedat in beneficio paterno, docet Glos. in cap. 1. de filijs presbyterorũ in 6. verb. tale. & ibi Fran. n. 7. Mandos. de signatura gratiæ in tit. de desponsatio ad beneficia in Ecclesia in qua pater. Rebuf. in praxi tit. de despõsat. super defectu natalium nu. 24. & 55. Staphil. de litter. grat. tit. de qualit. & stat. benef. vers. 1. quod sit illegit. Gemin. in c. 1. n. 8. de filijs presb. in 6. Campanil. in diuers. rubr. 11. c. 13. n. 87. Ricc. in praxi aur. resolut. 369. Barbos. alleg. 65. n. 30. & patet ex dicto cap. dilectus.

3 Dico secundo. In Concilio Tridentino sess. 25. de reformat. cap. 15. prohibetur ne filij clericorum illegitimi in Ecclesijs, vbi eorum patres beneficium aliquod habent, aut habuerunt, possint obtinere aliud, neque in illis Ecclesijs ministrare, nec habere pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt. Quod si in præsenti pater & filius in eadem Ecclesia beneficia obtinere reperiantur, cogatur filius suum beneficium resignare, aut cum alio permutare extra Ecclesiam intra trium mensium spatium, alias ipso iure eo priuatus existat, & super ijs quæcunque dispensatio subreptitia censeatur. ita Concilium. Quare si ante hoc decretum pater, & filius erant in eadem Ecclesia beneficiati, debet cogi filius ad resignandum suum beneficium, quamuis pater esset paratus suum beneficium resignare. Nam Concilium præcipit, vt filius suum resignet beneficium. deinde est maior ratio, cur cogendus sit filius ad resignandum beneficium, quam pater, nam persona filij magis repræsentat incontinentiam patris, quam è contra, & tamen Conciliũ id statuit, vt paternæ incontinentiæ memoria à locis Deo consecratis longissime arceretur.

4 Dico tertio. Si Pater habuit, vel habet beneficium in aliqua Ecclesia, eius filius illegitimus non potest in ea canere tanquam musicus simplex. ita Nauar. cons. 1. de constit. q. 17. Sayrus decis. 1. de constit. Stephan. Gratian. tom. 4. cap.

397. num. 26. & seqq. Garzia de benefic. part. 7. cap. 3. num. 68. Barbos. de offic. Episcop. allegat. 65. num. 20. Aloysius Riccius in collectan. decisio. collectan. 1367. versic. vt amplia. part. 4. Armendariz loc. cit. n. 29. nam in Concilio dicitur, ne filij clericorum illegitimi in dictis Ecclesijs quoquo modo ministrent. at canere in Eccle-
5 sia est ministrare. eamdem ob causam si filius illegitimus iret processionaliter ad aliquam Ecclesiam, in qua eius pater esset beneficiatus, quamuis filius esset capellanus alterius Ecclesia, filius non potest celebrare, vel ministrare in illa Ecclesia, in qua pater habet beneficium. Hoc vero decretum Cōcilij intelligitur, quando filius in Ecclesia paterna ministraret ex officio, vel ratione mercedis, secus vero si ibi celebraret, vel ministraret ex deuotione, vel ex propria voluntate. ita Roder. in sum. tom. 1. c. 247. nu. 1. Campanil. in diuersor. rubr. 11. cap. 13. num. 67. Garzia loc. cit. num. 73. Armendariz num. 33. & Barbo. nu. 24. & vsu ita est receptum, quamuis Nauar. dicta quæst. 17. num. 46. neget id posse facere, quia, inquit, licet non videatur tam ministrare Ecclesiæ, quam suæ consolationi consulere, negari tamen non potest, cum ministrare aliquo modo in illa Ecclesia in altaris ministerio, & constat rationem fugandi memoriam incontinentiæ paternæ attingere aliqua ex parte celebrationem illā priuatam. & sententiam hanc Nauarri sequitur Salzedo ad Diaz in praxi crimin. cap. 48. litera A. sed prior opinio, cum in praxi sit recepta, tuta conscientia potest amplecti.

6 Dico quarto. Si illegitimus ante decretum Concilij habebat beneficium in Ecclesia, in qua eius parens habuerat etiam beneficium, sed tempore talis decreti Concilij pater erat iam mortuus, vel illud iam resignauerat, in tali casu filius potest illud beneficium retinere, nec est cogendus ad resignandum. ita Salzedo loc. citato. Vega in sum. part. 1. c. 36. casu 18. Rodericus in sum. tom. 1. cap. 29. num. 4. Garzia de benefic. part. 7. cap. 3. num. 43. Armendariz infra citandus num. 10. Farinac. decis. 81. in nouiss. Barbosa de offic. Epis. allegat. 65. num. 10. & ita di-

citur sacra congregatio respōdisse, probatur, quia in dicto decreto dicitur quod si in præsenti pater & filius in eadem Ecclesia beneficia obtinere reperiantur &c. at tempore Concilij pater non amplius obtinet beneficium, cum illud resignasset, vel esset iā mortuus, ergo Concilium non loquitur in hoc casu. deinde quod filius teneatur resignare beneficiū, si in eadem Ecclesia pater esset beneficiatus, est lex noua,
7 at de ratione legis est regulariter respicere futura & non præterita iuxta textum in l.leges. C. de legibus, vbi dicitur constitutiones, futuris, certum est dare formam negocijs, non ad facta præterita reuocari. idē habetur in cap. finali, & in cap. cognoscentes de constitutionibus, & docent ibi communiter doctores, & in Authentica de nuptijs. in princip. §. duo igitur, & in §. finali in Authent. de hæredibus ab intestato. collatio. 9. & asserunt Tuschus practicarum cōclus. verbo lex. cōclus. 264. nu. 1. & seqq. Andr. Gayl. lib. 2. practi. obseruationū obseruatione 9. nu. 3. & quan-
8 do verba legis sūt communia, & possunt trahi ad præteritum & ad futurum, in dubio intelligenda sunt potius de futuro, quam de præterito, cum natura legis sit respicere futura & non præterita. vt notant Glosa in cap. 2. de constitut. in 6. verbo commiserint, & in cap. vnico de clericis non residētibus. in 6. Curtius in l. omnes populi ff. de iustit. & iure. nu. 143. ergo Concilium loquitur, si pater tēpore decreti haberet beneficium, & non si iam illud dimisisset, vel pater iam esset mortuus.

9 Dico quinto. si pater fuit prouisus de beneficio in aliqua Ecclesia, cuius tamen beneficij possessionem nec per se, nec per suum procuratorem est adeptus, vigore huius decreti Concilij non prohibetur filius obtinere beneficium in ea Ecclesia. ita Nicolaus Garzia de benefic. part. 7. cap. 3. num. 56. in 2. & 3. declarat. Campanil. in diuersor. iur. canon. rubr. 11. cap. 13. num. 67. Armendariz in additio. ad recopilat. legum Nauarræ lib. 2. tit. 19. l. 1. de filijs, præsbytero. numero 20. & 44. Barbosa de offic. Episcop. allegat. 65. numero 7. nam Cōcilium ita decreuit ad arcendam memoriam paternæ in-

incontinentiæ, & ne inducatur successio in beneficijs, quæ duo cessant, quando patri est quidem collatum beneficium, cuius tamen possessionem non comparauit. si vero eius possessionem habuit, sed sine canonico titulo, vel non pacifice, tunc filius in eadem Ecclesia beneficium habere non potest, nam verba Concilij verificantur in eo, cum vere habuerit beneficium quamuis absque legitimo titulo. Garzia dicto cap. 3. nu. 59. Armendariz nu. 23. Barbos num. 8. Præterea si
10 pater ministrauit in aliqua Ecclesia tanquã capellanus amouibilis sine titulo beneficij, tũc filius eius illegitimus potest in eadem Ecclesia ministrare, & habere beneficium. Stephanus Gratian. to. 2. discep. cap. 397. num. 24. & seqq. Armendar. nu. 32. Garzia num. 72. Barbosa num. 5. qui dicunt ita esse decisum à sacra congregatione. nam Concilium solum loquitur in casu, quo pater habet, vel habuit beneficium, at qui inseruit alicui Ecclesiæ, vel in ea ministrat, non propterea dicitur habere in ea beneficiũ. quæ ratio idem probat, si pater & filius velint celebrare in eadem Ecclesia, in qua neuter habet beneficium.

11 Dico sexto. Pater potest succedere etiam immediate in beneficio filij, siue fuerit filius legitimus, siue illegitimus. ita Glosa in cap. Apostolica 8. q. 1. Azor tom. 2. cap. 4. quæst. 18. quia iura, inquit, solum vetuere filium, beneficium habere, quod pater habuerat. ex quo
12 etiam fit, nullo canone esse interdictum, ne frater beneficium obtineat, quod frater eius habuerat. sic etiam sentiũt Abbas in cap. ex transmissa. de filijs presbyt. num. 7. Lessius lib. 2. de iustit. cap. 34 num. 91. Rebuffus in praxi. tit. de dispẽsat. super defectu natalium. num. 29. Bernard. Diaz. in praxi crimin. cap. 48. num 4. Gigas de pension. quæst. 86. nu. 10. Campanil. in diuersor. rubr. 11. cap. 13. nu. 78. Rota coram Seraph. decis. 1442. Garzia de benefic. par. 7. cap. 3. num. 28. & 29. vbi dicit ita fuisse decisũ à sacra congreg. Barbosa de offic. Episc. allegat. 65. nu. 17. Armendariz loc. cit. num. 4. Vega in sum. par. 1. cap. 36. casu 18. Roder. in sum. tom. 1. cap. 29. nu. 4. Sayr. lib. 6. de censuris cap. 10. num. 45. nam nullo iure ha-

Tt 4 be-

betur parentem non posse succedere in beneficio filij, & pœnæ & odia non sunt extendenda, sed restringenda. regula in pœnis de regulis iuris in 6. deinde non est par ratio. nam filio succedente in beneficio patris, videtur in beneficijs dare quædam successio. quod iura detestantur, quod non ita significatur, patre succedente in beneficio filij. Item si filius succedat in beneficio patris, valde per talem successionem viget incontinentiæ paternæ memoria, quod non ita accidit, si pater succedat in bene-
13 ficio filij. Si vero filius de facto habeat beneficium in aliqua Ecclesia, pater non potest in eadem Ecclesia habere aliud beneficium post Conciliū Tridentinum, nam Cōcilium prohibet, ne pater & filius in eadem Ecclesia simul habeāt beneficia, & cum filius antea acquisierit beneficium, non est illo absque culpa priuandus, & cum agat filius de retinendo beneficio & consequenter de damno vitando, & pater de acquirendo beneficio, & de lucro captando, recta ratio exigit, vt pater potius arceatur ab obtinendo beneficio in illa Ecclesia, quam vt cogatur filius beneficium iam antea legitime obtentum dimittere.

14 Dico septimo. Si beneficiatus alicuius Ecclesiæ priuatæ teneatur ex officio aliquibus diebus, vel aliquo die ministrare, vel canere collectam, vel versiculum in Ecclesia matrice, vel in alia Ecclesia. filius illegitimus non potest consequi beneficium in alia Ecclesia priuata, si eius parens fuit, vel sit beneficiatus in Ecclesia matrice. Rota decis. 6. de concession. præbend. in nouis. & decis. 8. de præbendis in antiquis. num. 2. & seqq. Garzia de benefic. par. 7. cap. 3. num. 68. in tertia declaratio. & nu. 69. Armendariz loc. cit. num. 30. & 31. Barbos. allegat. 65. num. 22. Campanil. in diuersorio rubr. 11. cap. 13. num. 67. nam videretur filius inseruire Ecclesiæ matrici, in qua eius parens habet beneficium, & tamen in Concilio prohibetur, ne filius illegitimus Ecclesiæ, in qua pater habet beneficium, quoquo modo ministret, posset vero cōsequi illud beneficium, si per substitutum posset ministrare, seu canere collectam in Ecclesia matrice, secus vero

ro si teneretur personaliter id facere.

15 Dubio octauo. Si pater habeat facultatem transferendi pensionem nonnulli putāt, posse eam transferre in filium suum clericum etiam illegitimum. ita Giga. de pensionib. quæst. 86. num. 1. & seq. Paris. libro 6. de resignat. benefic. quæst. 4. num. 18. & seqq. Gonzalez in regul. octauam Cancellariæ glosa 5. §. 5. num. 22. & 23. Azor. tom. 2. lib. 8. cap. 8. quæst. 7. Garzia de benefic. part. 7. cap. 3. num. 34. Stephan. Gratian. tom. 2. cap. 397. num. 1. & 7. Riccius collect. 1367. in fine. part. 4. Barbos. num. 27. quia pensio non

16 est beneficium, ex Felino in c. ad audientiam. 2. de rescript. in princip. Couarr. lib. practic. quæstion. cap. 36. num. 10. vers. Quarto. Selua de benefic. par. 1. quæst. 3. num. 11. Sarnens. tract. de expectati. num. 74. Palæottus de nothis. cap. 58. nu. 4. & iura solum prohibent, ne filius succedat in beneficio patris, & cum simus in pœnalibus, & odiosis; & à iure exorbitantibus; quod statutum est de beneficijs, non est extendendum ad pensiones contra regulam in pœnis, & regulam quæ à iure. de regulis iuris in sexto. Non tamen posset trāsferre suam pensionem in filiū, quando illa pensio fuisset imposita in beneficio, quod prius obtinuerat pater, & illud resignauit reseruata sibi pensione super eo beneficio, vt bene docent Paris. loc. cit. num. 22. & 23. Gonzalez num. 23. nam in dicto decreto Concilij Tridentini sess. 25. de reformat. cap. 15. prohibetur, ne filij clericorum, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, possint habere pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt. Sed hæc doctrina nēpe quod pater possit trāsferre pensionem in filium, non caret difficultate. & quidem non posse transferre putat Mādos. de signatura. tit. de translatio. pension. ad finem in no-

17 uis. nam licet pensio non sit beneficium, at succedit loco illius, & in multis regulatur tanquam beneficium, & sicut ad obtinendum beneficium requiritur ætas quatuordecim annorum ex Concilio Trident. sess. 23. de reformat. cap. 6. pariter eadem ætas requiritur ad ob-

obtinendam pensionem, vt notat Emanuel Sà verb. beneficium. num. 30. & talis est stylus Datariæ, vt pensio non detur nisi clerico quatuordecim
18 annorum. & sicut beneficiatus excommunicatus nō facit suos fructus beneficij, quandiu est in excommunicatione. cap. pastoralis. §. verum. de appellat. & asserunt Suarez tom. 5. de censur. disp. 13. sect. 2. Vgolin. de censuris tabula 2. c. 12. Tolet. lib. 1. cap. 13. num. 12. Sayr. lib. 2. de censur. cap. 5. nu. 24. & 30. Cenedo lib. quæstion. practicab. quæst. 1. nu. 44. Gabriel in 4. dist. 18. quæst. 2. art. 3. dub. 1. Antonin. part. 3. tit. 24. cap. 79. vers. nono excommunicatus. Angelus excommunicatio vlt. nu. 10. Syluest. clericus 4. quæst. vlt. Peregrin. de iure Fisci lib. 3. tit. 11. num. 7. Io. Ocon. in repetit. cap. vnici de cleric. non residentibus in 6. num. 72. Moneta de distribution. par. 2. q. 15. n. 18. Henriq. lib. 13. cap. 13. nu. 4. Marian. Socin. senior in cap. sacris. de senten. excōmunic. num. 109. & sequentib. Giga. de pension. quæst. 64. in princip. Gutierrez lib. 1. quæst. canon. cap. 1. num. 90. & seqq. Farinac. decis. 121. Puteus lib. 1. decis. 280 Ripa in cap. 1. de iudic. num. 27. Paris. lib. 4. de resignat. quæst. 3. num. 52. & lib. 5. quæst. 6. num. 76. Couar. lib. 3. variar. cap. 13. num. 8. versic. duodecimo hinc. Mandos. de signatur. gratiæ tit. de absolutione ab excommunicatione in fine. Lancellot. par. 2. de attentatis cap. 12 lim tatio. 22. num. 1. Borgasius. de irregular. par. 6. tit. Quot sint effectus excommunicationis. Vega in summ. part. 1. cap. 36. casu 1. Petrus de Ledesma in summ. part. 1. de excommunic. cap. 6.
19 ita nec pensionarius excōmunicatus facit suos fructus pensionis ex Suario tomo 5. de cē-
20 suris disp. 13. sectio. 1. & sicut collatio beneficij facta excommunicato est nulla. cap. postulastis. de clerico excommunicato ministrante, & tradunt Toletus lib. 1. cap. 13. num. 2. Sayr. lib. 2. de censuris. cap. 5. n. 1. Suarez tom. 5. de censuris. disp. 13. sect. 1. num. 2. 25. & 30. & disp. 1. sect. 3. num. 13. Selua de benefic. par. 3. quæst. 4. Rebuff. in concord. tit. de excommunicatis non vitandis. versic. aduertendum est. & in repetit. dicti cap. postulastis.

co-

notab. 2. & consi. 53. Parisi. lib. 4. de resignat. benefic. quæst. 3. num. 44. & seq. & libro 5. quæst. 6. Caputaquens. decis. 1305. par. 2. Cassador. decis. 1. de præbendis. Hēriq. in summ. lib. 13. cap. 3. §. 3. & cap. 13. §. 1. Couarr. in cap. Alma mater, part. 1. §. 7. Puteus lib. 1. decis. 67. Vega. in summ. part. 1. capi 36. casu 15. Auila de censuris parte 2. cap. 6. disp. 5. dubio 2. Mandosius de signatura gratiæ. titulo de prouisio. versic. clausula. Nauarr. in summ. cap. 27. num. 21. & 271. versic. 8. alias num. 273. & consilio 13. de clerico excommunicato nu. 4. Philiarchus parte 1. lib. 13. cap. 12. Salzedo ad Diaz cap. 33. additio. 1. Roderic. in sum. tomo 1. cap. 29. num. 5. Vgolinus de censuris tabula 2. cap. 13. num. 2. & §. 1. Cæsar de Graffis decis. 191. num. 12. Lopez in instructorio tomo 2. par-
21 te 2. cap. 17. ita etiam resignatio & reseruatio pensionis facta excommunicato pariter est nulla ex Suario tomo 5. de censuris disp. 3. sectione 1. numero 9. Couarr. in cap. Alma mater. parte 1. §. 7. num. 29. versic. 9. Sayro lib. 2. de censuris cap. 5. num. 15. Vgolino de censuris tabul. 2. de excommunicat. cap. 13. §. 2. num. 8. Giga. de pensionib. quæstion. 14. Zechio de beneficijs & pension. cap. 11. num. 7. Rebuffo in concordatis. tit. de excommunicatis non vitandis. versic. 20. Cucho. in institutio. canon. par uis. libro 2. tit. 8. §. in primis. Toleto in summ. libro 1. cap. 13. Parisio libro 4. de resignatio. quæst. 3. num. 48. Lopezio in instructorio tomo 2. par. 2. cap. 17. Henriq. in summ. lib. 13. cap. 13. §. 2.

22 Et sicut collatio beneficij facta irregulari est inualida cap. 3. & cap. diuersis. de clericis coniugatis cap. 2. in fine. de clerico pugnan. in duello. cap. 2. de clerico non ordinato ministrante. & cap. finali. de cleric. excommunic. ministra. & tradunt Nauarr. in sum. cap. 27. num. 249. versiculo 6. alias num. 261. & consil. 40. num. 3. & consil. 97. num. 14. de simonia. Molina de iustitia. tractatu 3. disp. 78. numero 2. Henriq. in summ. libro 13. cap. 14. §. 1. & cap. 56. §. 1. & lib. 14. cap. 2. §. 5. Couarr. in cap. Alma mater. prima part. §. 7. num. 1. & in regula peccatum parte 2. §. 8. num. 6. Vgolinus de

de irregulari. cap. 65. in principio. & §. 1. Auila de censuris parte 7. disp. 2. dub. 6. Felinus in cap. inquisitionis. de accusation. num. 7. Hoieda de incompatibilita. beneficiorum. prima par. cap. 24. num. 83. Sayr. libro 6. de censur. cap. 2. numero 21. Rebuffus de pacific. possess. numer. 280. alias 226. Flamin. libro 4. de resignation. benefic. quæst. 3. num. 32. & seqq. & lib. 5. quæstione 3. num. 181. Rodericus in summ. tomo 1. cap. 182. numer. 3. Gutierrez libro 1. quæstion. canonic. cap. 5. num. 92. Azor tomo 2. libro 6. capit. 7. quæstione 2. Caputaquens. decisio. 236. num. 4. part. 2. Zerola in praxi Episcopali prima parte verbo beneficia. §. 5. dubio 5. Achilles decisio. 341. numero 3. Lessius libro 2. de iu-
23 stit. cap. 34. num. 120. ita etiam resignatio & reseruatio pensionis facta irregulari est inualida ex Parisio libro 4. de resignat. quæstione 3. num. 37. Vgolino de irregularitate cap. 65. §. 1. num. 3. Sayro lib. 6. de censuris. cap. 2. numer. 22. Nauarro consilio 63. de simonia. num. 5. & consil. 44. de homicidio, num. 3. vbi ait ita seruari ex stylo curiæ. Zerola in praxi Episcopali part. 2. verbo irregularitas. §. 8. & verbo pensio. §. 6.

24 Et sicut collatio beneficij facta illegitimo est inualida. capit. innotuit. de electione. capit. finali de filijs presbyter. cap. 1. eodem titulo in sexto. ita pariter collatio pensionis facta illegitimo pariter est inualida ex Nauarr. consilio 61. de filijs presbyter. numero 3. vbi ait talem esse stylum curiæ. Zerola in praxi parte 2. verbo
25 pensionarius. §. 1. Et sicut collatio beneficij secularis facta religioso est inualida. cap. cum de beneficio. de præbendis in sexto. & docent Nauarr. consilio 10. de regular. & consilio 11. de statu monachorum. Couarr. in capit. 2. de testament. num. 3. Nauarr. consilio 10. de regular. Rota decis. 5. de iure patron. & decis. 28. de præbendis in nouis. Bellamera decisio. 713. & 750. Gomez. de gratijs expectatiuis. numer. 70. Zauall. quæstione 28. Corras. de benefic. parte 3. cap. 5. numero 13. ita resignatio, & reseruatio pensionis super fructibus beneficij secularis facta religioso sine dispensatione

Sum-

Summi Pontificis pariter est inualida ex Mandosio de signatura gratiæ titulo de pension. versic. militibus. Zecho de benefic. & pension. capit. 11. numero 7.

Cum igitur pensio succedat loco beneficij, & ordinarie reguletur tanquam beneficium, sicut filius non potest succedere in beneficio patris, ita nec in eius pensione poterit succedere, & consequẽter pater, qui habet facultatem transferendi pensionem, non potest eam transferre in filium. Præterea in constitutione Clemẽtis vij. edita anno 1530. & habetur in Bullario, estque 36. inter constitutiones dicti Pontificis prohibetur, ne filij presbyterorum ex fornicatione progeniti nullo vnquam tempore obtinere possint quæcunque beneficia, quæ eorum patres aliquando
26 obtinuerũt, at quando in legibus canonicis & constitutionibus Pontificijs dicitur alia quæcumque beneficia, sub prædictis verbis comprehẽduntur etiam pensiones, vt aduertunt Felinus in cap. postulastis. de rescriptis. num. 8. & in cap. de quarta de præscriptio. num. 16. Rebuffus de pacificis possessoribus. num. 132. alias 114 si igitur filij non possunt succedere in beneficijs paternis, nec etiã poterunt succedere in pensionibus paternis, & propterea pater non potest suam pensionem transferre in filium. Item non potest filius illegitimus succedere in beneficio patris, vt paternæ incontinentiæ memoria arceatur, ergo nec etiam poterit succedere in pensione patris propter eamdem rationem.

SVMMARIVM.

1 *Filij illegitimi non sunt de familia & agnatione illorum, quorum sunt filij.*

QVÆSTIO LXXX.

An spurii, seu illegitimi sint de familia, agnatione, & domo illorum, quorum sunt filii.

1 Respondeo negatiue, ita Bartol. in l. pronunciatio. §. familiæ. num. 2. ff. de verbor. signif. & in l. tutela. ff. de ca-

capit. diminut. num. 4. & in l. final.C.de verbor.signif.n. 1.& ibi Baldus num.4. Idem Bartolus de insignijs & armis. n. 11. Farinac.in prax. crimin. 1. par. quæst.13. num. 53. & seqq.Rojas de successio.c.20.n.104. Felin.in c.præsentia.de probat.n. 23.Tuscus tom.2.cócl.414. lit. S. Mantica de coniectur. lib.8. tit.12.nu.20. Tiraquell.de nobilit.cap.15.num.11.& seqq.& de retract.lignag.§.1. glosa 8. num.6.Mieres de maioratibus. 2.par.q.2. num. 19.& 23.Guillel. Benedic. in repetitio. cap. Raynutius.de testamen. verbo Raynutius.de clero nu.33.Molina lib.1.de primog.cap.4. nu. 46. Matienzo in rubr. tit.1.nu. 126.& in l.7. tit.11.glosa 2.n. 2.lib.5.recopil. Ceruantes in l. 10.Tauri. num.34. Palæott. de nothis. cap.59.& 60. Roch. de iure patron.verb.competens.q. 2. in fine.n.10.Castillo in l.74. Taur. num. 24. Spino de testamen. glosa 16. num.26. Velazquez in l.40.Tauri.glosa 11. n. 44.Menoch.de præsumptio.lib. 4.præsump.88.n.5.& 13.Greg. Lopez in l.1.tit.11.par.7.glos.4. Peregrin.de fideicom. ar. 22.n. 82.Gutier.lib.2. practic.quæst. q.155.n.1.& 3.Hinc sequitur, quod quãdo quis fundauit capellaniam cum conditione, vt ad illam præsentetur vnus de familia,domo,sanguine fundatoris, non possint ad illam præsentari filij illegitimi, possint tamen præsentari, si fuerint legitimati vel à Papa,vel à Principe. ita Peregr. de fideicom. ar.23. nu. 26. Molina de iustit. disp.173.& 589. n.5.Couar.in 4.decretal.par.2. c.8. §.8.nu.4. & §.10.n.2.Azeuedo in l.6. tit. 8.lib.5.recop.n.4.Rojas de successio.c.23.Anton.Gomez in l. 9.Tauri.n.66.& 69. Molina de primogen.lib.1.c.4.n.44.& lib. 2.c.11.n.18. & tales legitimati sunt de familia & agnatione eorum,quorum sunt filij.Illegitimi vero & spurij ex parte matris sunt de eius familia, genere,parentela,& cognatione.ita Spino de testam. glosa 16. nu. 31. & 60. Palæott. de nothis. cap.41. num.3. & cap. 43. nu. 2. Azeuedo cons. 24. num. 37. Peregrin. de fideicomm.ar.22. num.85. & colligitur ex l. hac parte. l. si spurius. l. Modestinus. ff. vnde cognati,quia mater semper est certa. l. quia semper. ff. de in ius vocan.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Ad valorem census non necessario requiritur, vt res, in qua est impositus, producat fructus eius pẽsionis, quæ debet solui.*

2 *Iuris correctio est odiosa, & omnino vitanda.*

3 *Lex & constitutio posterior iuxta antiquiorem legem & constitutionem est intelligenda, nisi expresse illi contradicat.*

QVÆSTIO LXXXI.

An ad valorem census necessario requiratur, vt res, in qua est impositus, producat fructus eius pẽsionis, quæ debet solui.

1 RESPONDEO non necessario requiri, sed satis esse, si producat aliquam speciem fructuum, quæ si vendatur, possit inde extrahi pecunia, si census sit pecuniarius, vel aliquã aliam speciem fructuum, si cẽsus sit fructuarius, quare in vinea potest constitui census tot mensurarũ frumenti, & in agro tot mensurarum vini. ita Boninsignius de censibus cap. 2. num. 7. & cap. 4. num. 15. & seqq. Salas de censibus. dub. 7. nu. 8. vers. nota tertio. & dub. 34. vbi asserit licitam esse talẽ impositionem, vbi non est lex vel consuetudo in contrarium. Emanuel Sà verbo census. nu. 7. vt potest, inquit, solui pro censu pecunia, ita fructus aliquis ex pacto, etiamsi locus cẽsui subiectus talem fructum nõ ferat. Rebellus de obligation. iustit. lib. 10. quæst. 6. num. 6. Cencius de censibus. part. 1. c. 3. quæst. 2. art. 1 num. 15. Bonacin. tom. 2. de contract. disp. 3. quæst. 4. punc. vni. nu. 20. vers. rursus non est necesse. Molina tom. 2. de contrac. disp. 389. clausula 1. vers. non defuit. & sic videtur expresse sensisse Rota in causa Beneuentana census 26. Maij 1614. coram Cardinali Pamphilio. nam in bulla Pij V. solum dicitur census esse collocandus in re fructifera, non vero in ea dicitur, quod res debeat ferre eos fructus in specie, quorum pensio est soluenda. Secundo. De iure antiquo id licebat vt patet ex cõstitutionibus Martini V. & Calixti III. & asserit Molina tom. 2. de iustit. disp. 389. clausula 1. vers.

verſ.nō defuit,ergo cum à iure antiquo abſque textu expreſſo
2 nō ſit recedendū,cū iuris correctio ſit odioſa, & omnino vitāda.l.præcipimus.in fine.C.de appell.& docent gloſ. in c. cupiētes.§.quod ſi per viginti. de elect.in 6.Bal. in Auth. cui reli ctū.C.de indic. vid. toll.Ceph. lib. 1.conſ.55. n. 4. Alex.lib.4. conſ.85.n.12. Abb.in cap.cum olim.in fin.de ſent. & re iudic. Bero.in c.quoniam.de iure pat. n. 31.Anton.in c.cum dilectus. de conſuet. n.15. & ibid.Imola n.12.Mieres de maiorat. 1.par. q.1.n.74.Felin.in c. non poteſt. n.7.verſ.limita dupliciter.de ſēten.&re iud.Decia.li.2.cōſ.47. n.17.Alba Mandel.conſ.773.n. 10.li.4.Riminal.iuni.lib.4.conſ. 497.n.63.Corn.lib.3.conſ.198 n.2.Hōded.li.1.cōſ.24.n.11. Aymo cōſ.259.n.2. nec cōſtitutio à iure exorbitās ſit extēdenda, ſed potius coarctāda,quantum cōſtitutio patitur, erit etiā nūc licitū conſtituere cenſum in re fructifera aliorū fructuū, quos res cenſui ſubiecta non producit,cū in bulla Pij V. non appareat hoc eſſe prohibitū. Tertio.
3 Lex & cōſtitutio poſterior iuxta antiquiorē legē & conſtitutionē eſt intelligēda,niſi expreſſe illi cōtradicat.l.ſed & poſteriores.ff.de legib.& docēt gloſ. in l.ſciendū. verb. nō compelli. ff.qui ſatiſd. cog. & ibi Bart. in princ.nu.1.& 2.Iaſ.nu.3.gloſ. in Auth.de ſucceſſ. ab inteſt. non longe à princ.verb.vacantibus. Nauar.in c. placuit. de pœnit. d.6.n.148.& in ſum.c.27.n.260 Abb.vol.2.conſ.24.n.1.Idē Bar. in l.omnes populi.ff.de iuſtit.& iur.q.3.& in extrauag.ad reprimendū.§.nō obſtātib.n.6. Dec. ff.de reg.iur.reg.90.n.12.& reg. 80.n.11.Bal.in Auth.offer. tua. n.12.in princ. C.de litis cōteſt. Iaſ.in l.1.ff.ſolut.matr.n.9.Lud. Gomez in reg.de trienn. q.16. verſ.tertius intellectus. Burgos de Paz in l.1.Tauri.n.570. ſed cōſtitutio Pij v.ſolū ſtatuit cēſū eſſe collocādū in re fructifera. & cum per conſtit. Martini V. & Calixti III. liceret cōſtituere cēſum in fūdo,qui nō redderet illos fructus, quos tenetur ſoluere vēditor cēſus,ſed alios,ſequitur etiā poſt Bullam Pij hoc eſſe licitū,cum hæc Piana conſtitutio prioribus conſtitutionibus non contradicat.

Laus Deo, Beatæque Mariæ ſemper Virgini, & omnibus Sanctis.

INDEX RERVM

QVAE IN HOC OPERE

CONTINENTVR.

V u ben-

Amor.

Amphibologia.

tio-

pa-

Di-

Beneficium.

Con-

Confessio.

Consiliarius.

Consuetudo.

Di-

Di-

 sij,

ex

Fi-

Ge-

G

Generalis.

Genus.

Gratia.

H

Honestatis publicae impedimentum.

I

Ignorantia.

Illegitimus.

Impedimentum.

Imperatrix.

Incestuosus.

Iubileus.

Iu-

Matrimonium.

Ma-

Mu-

Pax.

Præ-

Professio.

Pro-

Subsidium.

Suspensio.

T

Tacitum.

Tempus.

Testamentum.

Vo-

F I N I S.

ERRATA.

Pag.7. A.lin.15.ac Princeps leg.at Princeps.
pag.20.A.lin.21.Cardinalē. leg. Cardinalatu.
pag.31.B.lin 3.beneficij. leg.beneficiarij.
pag.36.B.lin.24.de legatis 1.dele hæc verba.
pag.41.A.lin.2. curam. leg.cura.
pag 41.B.lin.24.studijs. leg.studij.
pag.48.A.lin.30.Respublica. leg.Respondeo.
pag.67.B. lin.28.Glos.o. leg. glos 6.
pag.71.B.lin.10. debet. leg. debent.
pag 75.B.lin.21.vllo. leg. sine vllo.
pag.80.B. lin 5. inseruiant. leg. inseruiat.
pag.80.B.lin.22. sit. leg. sic.
pag.106.A.lin.34. Episcopi. leg. Capituli.
pag.106.B.lin.8 quorum. leg cuius.
pag.113. A. lin.5. habent, leg. habet.
pag.123.A.lin.10. non. leg. vel.
pag.123.A.lin.27. quod. leg. quando.
pag 149.B.lin.pen praticab. leg praticar.
pag.169.A.lin.8.ex cap. ignorantiæ. dele hæc verba.
pag.189.B.lin.31.vtensium. leg. vtentium.
pag.191.B lin.8.gaudent. leg gaudet.
pag.200.B.lin.22. simplicis. leg.simplex.
pag.203.A.lin. 29. ac. leg. at.
pag.217.A.lin.1.Pontificem.leg.Pontificiam.
pag.234.A. lin. 10. succedat matrimonium. leg. succedit monasterium.
pag.234 A.lin.26.substitutio leg. substituti.
pag.245.A.lin.18.Molina lib,12. de primog. c.5. num.29. dele omnia.
pag.251.A. lin.23.lata. leg.lata contra.
pag.268.A. lin.22. patri. leg patrem.
pag.268 B.lin.1 attendentes. leg.ascendentes.
pag.282.B.lin.26.lib couenire leg.coueniri.
pag.284 B.lin.25.alimentum.leg.alimenta.
pag. 290. B. lin. 1. rationabilem. leg. irrationabilem.
pag 301.B.lin.25 in d.c.1.num.11.dele totū.
pag.306.B lin.penult omnes. leg.ordines.
pag.307 B.lin.21.Cum legitimatio differat. leg. legitimatio differt.
pag.311.A.lin.5.non placet leg.non placent.
pag.331.B.lin.30. ab. leg. ad.
pag 334.A.lin.14 erit. leg erat.
pag.356.B.lin.21. putant. leg. putat.
pag.370.A lin.15. supponit. leg supponunt.
pag.370.A.lin.31. Tertio. leg. 2 Tertio.
pag.376 A.lin.final. officijs. leg officij.
pag.402 A.lin.23.sed quanti emptum est.dele totum.
pag.423.B.lin.15. interno. leg. externo.
pag.443.B.lin.12.Grafflus. leg. Graffius.
pag 445 A.lin 24.factum leg.factam.
pag.447.A lin.16. die secunda. dele hoc.
pag.453 A.lin.7.Quinto.leg. 49 Quinto.
pag.492.A.lin.10 in l. leg. in 6.
pag 494 A lin 24.Mādosius loc.cit.dele hoc
pag 495. A.lin.6.absoluere. leg.absolute.
pag 496.A. lin.antepen.deessent. leg. deesset.
pag.521.A.lin.10 n.5. leg. 70. n.5.
pag.524.A.lin.penul.n.1.2. leg. num.2.
pag 531.B.lin.8.inualida. leg.valida.
pag.435.A.lin.17. da. leg ea.
pag.540.B.lin.14.leuitatis.leg.lenitatis.
pag 544.A. lin.11.quod. leg. quando.
pag.544.A.lin.30. hæc ita. hæc verba.
pag 590.B.lin.16. ad. leg. ob.
pag 592.A.lin.16.propriationis. leg. expiationis.
pag.610.B.lin.17. posse. leg potest.
pag.657.A. lin. 14 suscipiendos. leg. suscipiendis.
pag.667.A.lin.19.lib.13. leg.lib 3.

REGESTVM.

a A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Omnes ſunt quaterniones.